




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Devonii Oratoris Et Philosophi
Ingolstadiensis Panegyrici Dvo**

Turner, Robert

Ingolstadii, Anno M. DC. IX.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-69598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69598)



X
IV T.

Ph. 5838.





ROBERTI TUR-
NERI DEVONII
ORATORIS ET
PHILOSOPHI INGOL-
STADIENSIS PANEGYRICI
DVO, DE DVOBVS TRIVMPHIS CLARIS-
simis, illo Romæ in translatione Gregorij
Nazianzeni; hoc Leodij in inauguratione
ERNESTI Ducis Bauariæ, & Electoris Co-
loniensis; inumbrati ad formam anti-
quorum partim Declamatorum,
partim Panegyricorum.

Lib. coll. Socy Jesu Eiusdem Paderborn. a. 1610

ORATIONES XVI. ET
TRES COMMENTATIONES IN
LOCA SCRIPTURÆ, EXPRESSÆ
*ad imitationem antiquorum Ec-
clesiæ Doctorum.*


Additæ sunt eiusdem Epistolæ.



Cum gratia & priuilegio sacre Cæs. Mai.
INGOLSTADII,

Ex Typographeo ADAMI SARTORII.

ANNO M. DC. IX.





SERENISSIMO
PRINCIPI, GVLIELMI
DVCIS MAXIMILIANO, COMITI
PALATINO, VTRIVSQUE BAVARIAE
Duci, spei Germaniæ, Domino suo,
ROBERTVS TVRNERVS

S. P. D.



OMES ES, MAXIMI-
LIANE. quantulum i-
stud in tua fortuna? CO-
MITIS gloriolam, tan-
quàm stellulã luna, Du-
cis honor vel obscurat splendore, vel
obruit magnitudine. DVX ES, MAXI-
MILIANE. DVCEM esse, mihi crede,
parum est, immò multis labes est. nam
plurimos huius notæ principes vide-
mus Duces esse & antesignanos ad Lu-
therum, ad Antichristum, ad Satanam.
spes es Germaniæ, Maximiliane. istud in
istac ætatula est sanè maximum, in tua

A 2 for-

PRAEFATIO.

Fortuna certè quidem minimum. nam quemadmodum est semen, vt fiet herba; sic est spes, vt fiet virtus. si ex semine non fundatur herba, dolèdum; si ex spe non floreat virtus, pudendum. quare quòd spes luceat in te, est ætatulæ laus; si hanc spem tanquam bonum semen studio & diligentia excitaueris ad virtutis frugē, erit virtutis tuæ summæ summum ornamentum, ac Germaniæ tuæ afflictæ certum firmamentum, hoc spero fore, & hanc spem nixam tuo genere, nixam tua indole, nixam tua forma, nixam tua educatione puto non posse mihi excidere & in terrā defluere. nam cui auus Albertus, pater Gulielmus, mater Renata, is est maximus spes, & qui est spes, debet esse virtute. vide auum. in mediis Germanicorum tempestatum procellis fluitantem suam Bauariam, & fluitantem quasi mediam appulit ad quietis portum. hîc si non aduerteris prudentiam, vbi aduerteris? Vlysses fabulæ mirantur constantem, quòd vtram-

PRAEFATIO.

gramq; sibi aurem opleuerit, ne syrenum vox, tanquam mentis lena, labesque influeret. constantior fuit auus tuus, qui heresim audiuit synerem, & contempsit syrenem, id est, heresim audiuit suauiter blandulam, & contempsit fedè meretriculam, aurium, manuum, oculorum munia, mirum est, quàm despersuerit ad varietatem commodè, quàm dispensarit ad iustitiam moderatè. aurem vnã tantùm dedit accusatori, vt accusato integram seruaret alteram: oculos non diuidebat duos duabus, sed vni tribuebat vtrosque: manibus eam præscripsit legem, vt quàm esset vna ad accipiendum complicata, tam explicata esset ad dandum altera. vno verbo, non quærebat anfractus viarum, viam semper terebat vnã, illam virtutis directam, expeditam. quippe factorum dictorumque semper fuit tam constans æquabilitas, vel æquabilis constantia, vt in summis potentiam, prudentia; in infimis prudentiam, authoritas, in me-

PRAEFATIO.

diocribus auctoritatem, lex temperaret ac moderaretur. ex hoc auo tuus pater, quātus? ita facit, ita dicit, ut habeant tam pōdus verba, quāmodum facta. in templo est Arsenius, in aula Constantinus. quanquā in eius sacello omnia sunt expressa tam pulchrè ad imitationem vr̄bis, ut qui viderit Romam, putet Romā commigrāsse Monachium; aut qui videt iam Monachium, non facilè postea Romam miretur Romæ: tamen Romā tacebo Monachiensem, loquar Constantini aulam. quam? ita descriptam munis, ut sacellum, cœli; bibliotheca, Academiæ; magnificentia, mundi; disciplina speciem præferat monasterij. tuus pater in monasterio hoc ita est sanctus, in Academia hac ita doctus, in mundo hoc ita princeps, in hoc cœlo ita DEVS, ut exclamarem, *Optimum; Maximum*, antiqua formula, nisi verer fore, qui mihi aulicum oggannirent pro Theologo, Aristippum pro Turnero. non assentor Aristippus, auum tuum
pater

PRÆFATIO.

pateriam tuus vincit, ne putes imitator-
rem, *seruum pecus*. & quid ni vinceret? in
quem vno se nexu illigârunt duæ stir-
pes, Austriaca atque Bauarica, orbis
maximæ, semperque florentes fructu,
regnorum illa, factorum hæc, religionis
& supremi imperij vtraque. de Serenif-
sima matre tua quid narro? alias mulie-
res dum laudamus, satis laudamus, si
hanc Lucretiam, illam vocemus Susan-
nam. at mater (Maximiliane Princeps)
tua ita Princeps est, ita sancta est, vt illu-
strior laus accessura videatur ad Lucre-
tiam, si prædicetur Renata; quàm ad
Renatam matrem, si dicatur Susanna.
vniuersum hoc. vis singula? silebo eam
esse Reginae Dacæ filiam, maxima illa
laus est, eam habuisse patrem, habere
fratrem Lotharingum. cuius familiæ
quot Duces, tot fuerunt Ecclesiæ Ro-
manæ athletes, quot vrbes Galliæ, tot
illi fecerunt testes suæ vel beneficentiæ
in Catholicos, vel iustitiæ in hæreticos.

illis ex gente Lotharinga, alij alia po-

A 4 nant

PRAEFATIO.

nant trophæa, ego hoc vnum pono, maximū, quia pietatis est; gloriosissimum, quia æternitatis erit; eos hæresi latè per Galliam tot amputâsse capita, vt nisi illa Hydra fuisset, contrita quidem iam diu fuisset. ex hoc aureo patre quem exspecto filium? aureolum, quem tu (Maximiliane Princeps) præfers spe. nam quatuor familiæ orbis amplissimæ in te vnum videntur diuino consilio coisse, Austriaca, Bauarica, Lotharinga, Dana, vt te, in gloriæ stadio si langueas, excitent Austriæ Caroli; si subsistas, impellant Bauariæ Theodorici; si pergas, illiciant Daniæ Christerni; si attingas metam, ornent Lotharingiæ Godefridi. quid? spem hoc genere nixam posse excidere? non excidet, vel quia hoc semen spargitur in indole familiæ Bauaricæ, vel quia hæc indoles excolitur à Petreo. quo homine? artifice ingeniorum, vt dicam simplici nudaque voce. nam si quid abundet in tuo ingenio, tanquam agro fertili, rescabit facilè, vidi prudentiam;

PRAEFATIO.

dentiam; si quid desit in tuo ingenio, tanquam agro inculto, inseret affabrè; noui doctrinam, antiqui Sophistæ Arabiam gloriantem vno Phœnice ludebant omni irrisione, quasi sola Græcia duos aut habuerit, aut potuerit habere Phœnicees, Alexandrum discipulum, Aristotelem præceptorem. ingeniosè hoc quidem ad colligendam gratiam, sed ad rei notionem falsò, cùm Germania etiam à Sole, qui solum Græcum percoquit, longissimè remota, iam post multa secula duos etiam ediderit Phœnicees, Maximilianum diuinè principè, quia poliat; Petreum egregiè artificem, qui poliat. non fingo ad gratiam orator, sed scribo ad stimulum. adhibitus semel ad tuam mensam (foelicitatem meam) tantam hausi voluptatem, quantam pectoris mei angustia vix ac ne vix quidem poterant capere. nam siue incederes, in conformatione corporis Veneres; siue diceres, in labellis suadae medulla; siue rideres, in oculis Cha-

A s . . . rites;

PRAEFATIO.

rites; siue orares, in vultu^a Theodelinda videbantur insidere, vel arte sic posita, vel sic impressa natura, vt non tam stupuerim naturam, quae tantam in te elegantiam impresserit; quam amarim Petreum, qui tantam in te artem expresserit. quare cum omnia sint in te (Maximiliane princeps) insignia, genus ad stimulum, indoles ad gloriam, ædificatio ad virtutem, singula ad spem, volui tibi indicare verbulo, quantam arborem sperant, qui de tali radice sperant. at vox mea ne videretur intempestiua, si hoc tantum indicaret, indicat etiam meum in tuam Celsitudinem animum plenum amoris, plenum obseruantiae, plenum pietatis. quippe cum superioribus annis lussem Panegyricos aliquot ad imitationem Pacati, Mamertini, ac Plinij, mei penè dixeram Dei, duos hos volui esse testes meae in te mentis; non quod tanto principe sint digni, sed vt
meus

(*a Theodelinda erat ex familia Bavarica, cui propter sanctitatis famam Gregorius Papa nuncupauit suos dialogos, Diuus Diua.*)

PRÆFATIO.

meus animus esset extra periculum abortus, si quem parturiebat amorem, aliquo modo pareret. Iuno Lucina, nihil moror, si absis mihi parturienti, satis pario foeliciter, si adsit Maximilianus, Iuppiter meus. huic lito thure, huic lito calamo, vt hunc meum partum tenellum blandulè palpet. quòd si (Maximiliane princeps) huius mei filioli reuerentis nullum audiero quiritatū, indicem plagæ, sistent se tibi nō multò post Albertus auus, & Gulielmus pater, antiquorum Panegyricorum veste contecti, incultè quidem, contecti tamen. sed nullus erit quiritatus, sat scio, aut si quis fortè sit, quiritatus erit amoris, non doloris. quippè cū hic meus infans vagiat vno Panegyrico laudes D. Gregorij, altero triumphum Serenissimi Ernesti, amabis generosum, quòd sanctum Dei audeat; & osculaberis pium, quòd patrum tuum velit honestare, quantum potest per etatulam. vide decorum, *laus Sanctorum in ore infantis*; vide amorem, *laus*

PRAEFATIO.

laus principis in ore clientis, non pergo, omnia cùm singulis tam aptè conspirant, vt tam debeas amare amorem meum, quàm ego soleo venerari familiam tuam. valeat Serenissima sua Celsitudo. Ingolstadij, 4. Nonas Octobres.

Serenissimæ vestræ
Celsitud.

Æternùm, devotus
ROBERTVS
TURNERVS.

ROBER-



I
R O B E R T I
T U R N E R I S E R M O
P A N E G Y R I C V S D E D I
V I G R E G O R I I N A Z I A N Z E N I
corpore Romæ ex diuæ Virginis æde in
campo Martio ad Petri, summa
pompa, translato.

Ad

GEORGIVM STOBÆVM.



VIDEREM nouarum agitur iam Ro-
ma, quæris? de Roma non ineptè sanè
queris, solet namque esse nouorum
monstrorum vel mater fœcunda, vel
altrix sedula. sin autem cogitas Gregorium ad Roma-
næ iam urbis gubernacula sedentem, vide sis ne pa-
rùm prudenter de rebus nouis quæras; cùm quantum
alij opera posuerint in pariendis nouis, tantum iam
iste figat in restituendis antiquis. obleuerat Romas
seu potius aula Romæ florens, Sacerdotes moribus pu-
tidulis sanè illis, & indignis ista, quam præ nobis fe-
rimus, vita irrepserat in nostros mores pro religione
Species

*species pulchra, sed inepta; pro osculo sancto verbum
splendidum, sed fictum; pro ritibus sacris ceremonie
luculenta, sed mimice. non consector singula, ne (quod
est malevolentie) videar potius mores Ecclesie aper-
te malos perstringere, quam insigniter bonos pradi-
care. quanquam quidni perstringam, & orationis
omni acerbitate persequar? sunt enim potius aula
noue prodigia, quam antiquae Romae praescripta. ali-
am iam formam induxit Gregorius, non istam impo-
litam, quam irridemus in rusticis: sed antiquam il-
lam, quae ita grauis est, vt habeat vrbauitatis salem
suauiter interspersum; seu potius ita vrbana, vt ha-
beat grauitatis gemmulam perpulchre intertextam.
vrbana est Roma (mi Georgi) & sine affectationis no-
ta sancte vrbana; grauis est Roma, & sine rusticitatis
labe decenter grauis; religiosa est Roma, & sine su-
perstitutionis macula pie religiosa; prudens est Roma,
& sine calliditatis nota sincere prudens. denique vt
multa conseram in vnum, quicquid haereticis Sacra-
mento penè contendunt Romam esse; id totum liqui-
dò iam iurauero, Romam non esse. obiiciunt scdam
esse, nitet castitate; irride commentum, vociferantur
esse superstitiosam, splendet religione; contemne con-
uitium, blasphemant sentinam esse improborum, est
asylum Sanctorum; detestare blasphemiam, seruit for-
tasse, qui ergo inepti homines ogganniunt Roma ape-
riri licentiae quandam quasi officinam? sed seruiat sa-
ne, quia seruire Gregorio summa est libertas. superbit,
qui*

quî ergo stulti homines eam contemnunt tanquam
 minuta angustaq; mentis abiectâ? sed superbiat pla-
 nè, quia ex veræ virtutis illustris fama ingentes colli-
 gere spiritus, ac planè superbire, ea demùm est animi
 perfectâ summissio. sed refellendæ hereticorû orationis
 stultæ, ne plus æquo videar impertire, reliqua vitia,
 seu veriùs conuitia, quibus Romã notant heretici, ex
 triuiis arrepta collige iam mente; & Romam certè
 miraberis contrariis virtutibus, tanquam stellulis, il-
 luminatam. humana est, vt non auersetur rusticos;
 simplex est, vt amet candidos; misericors est, vt non
 oderit hereticos; hospitalis est, vt mensa tectog; exci-
 piat Catholicos; exteris est ita domestica, vt domesti-
 cos tamen secernat ab exteris. quanquã exteros tam
 tenui discrimine secernit à domesticis, vt potiùs esse
 velit exteris extera, quàm domesticis nimis indulgē-
 ter domestica. miraris? sed vt mireris minùs, velim
 intelligas, Romam his omnibus ornamentis fuisse Gre-
 gorij vel exemplo cultam, vel beneficio cumulatam. ò
 fortunatam natã, Gregorio Pontifice, Romam: immò
 planè; ò fortunatum natũ, Gregorio Pontifice, mun-
 dum. siquidem videre videor tempus illud, in quo, suc-
 cisis vitiorũ quisquiliis, errorumq; euulsis fibris, anti-
 qua illa pietatis religioniq; forma, tanquam noua se-
 ges, toti mundo denuò succrescat. antea fuerũt omnes
 partes, qua patet Christi nomẽ, putidæ lutulentæq; ad
 imitationẽ Romanæ vrbis: erũt iam bella & speciosa
 ad Romanæ vrbis exemplar. est enim exhausta senti-

na. antea fuerunt plerique praesules liberi, seu veriùs
 omni parte dissipati ad formam Romani magistra-
 tus, erunt iam ad similitudinem Romani magistra-
 tus solidi, disciplinaeque seueritate astricti. expolit enim
 omnia Gregorius, & ita expolit, hinc exemplo, illine
 consilio, vt in tanta tamque sincera summi magistra-
 tus actione planè putem diu non posse subditorum aut
 mores dissolutè fluere, aut mentes errorum prauita-
 tibus obstrictas secedere abescere. nosti (mi Georgi) no-
 sti, quantum sit momenti in nauclero ad nauem vel
 regendam consilio, vel euertendā negligentia; in pa-
 store ad ouem vel continendam vigilantia, vel incu-
 ria dissipandam; in capite ad corpus vel inficiendum
 contagione, vel integritate vegetandum; in summo
 magistratu ad populum vel prauitate corrumpen-
 dum, vel exemplo tenendum, certique doctrina ac vir-
 tutis limitibus coercendum. habebant in turpissimis
 rebus antiqui, ornare caput viridi colore: ad id postea
 politulum videbatur orbi. quid ita? quia id cultum
 videbatur & politulum Poppae Neronis. crinis cala-
 mistris intortus languidiuscula priùs videbatur men-
 tis, ac mollitie quadam muliebriter fracta, at postea
 inuri calamistris, placebat populo. quid ita? quia id
 placebat Domitiano. atque ne tempus perdam in nu-
 merandis principibus, qui mollicula aut flagitiosa
 mundo probarunt tanquam pulchra & honesta, satis
 iam sit, recognoscere in Pio V. quanti referat, Eccle-
 siam habere caput, non labeculis, tanquam vitiosis
 humo-

humoribus, infectum, sed religionis vitæq; sinceritate, tanquam apta æquabiliq; humorum conformatione, pulchrè coagmentatum. quanquam cur hoc volumus recognoscere in Pio V? satis hoc videmus in Gregorio XIII. qui ita nauclerus est, vt nullus scientior; ita Pastor, vt nullus vigilantior; ita caput, vt nullum integrius; ita summus magistratus, vt nullus iustior aut prudentior nostra ætate, ac haud scio an vlla possit inueniri. fuerunt alij Pontifices naucleri, sed hic volebat remum suum tangere litus solum Florentinum, ille Parmense: fuerunt alij Pontifices Pastores, sed hic malebat ouem vrbinatam benè curatam, ille Mediolanensem: alij Pontifices fuerunt capita, sed hic studebat humoris sui integritatē traducere in Flandriam, in Galliam ille. alij Pontifices fuerunt summi magistratus, sed hic potestatis suæ rem optabat in re Hispanica consumptam, in Italica ille, non vitupero iam reliquos Pontifices, quorum singuli singulas Ecclesiæ partes sumpserunt perpoliendas, sed laudo Gregorium, qui sic Italo est Italus, sic Bononiensi Bononiensis, vt etiam se aperiat Anglum Anglo, Germanum Germano, Iudæo Iudæum, Græcum Græco, Suecum Sueco, ac Hungarum Hungaro: denique qui suas omnes rationes cogitationesq; sic instituit, vt non certi loci certum se ostendat ciuem, sed totius orbis vel patrem, dum omnes comprehendit beneficentia; vel dominum, dum omnes deuincit auctoritate. ô si videres urbem, orbem diceres non urbem, & orbem non sin-

B

gula-

gularum prouinciarum labeculis inspersum, sed pietatis doctrinæq; præceptis atque institutis sanctè informatum: vt facile urbem, seu meliùs orbem agnoscas Gregorij tanquàm antiqui magistri nouum discipulum. Roma namque Anglizat, idq; sine obstinatione summissè, Germanizat, idq; sine errore religiosè, Iudaizat, idquè sine commentis Rabinorum Christianè; Gracizat, idq; sine schismatis nota Catholicè. violant fortassè tuas aures, teretes sanè illas ac rotundas, verba hæc parum Latina. sed noli quæso esse tam lautus, vt non liceat mihi per te noua cudere verba, in nouis laudibus Gregorij: cuius virtuti non satis est facere magna, nisi faciat etiam illa, in quibus exprimendis sterilis esset lingua Latina copia, si dictionis istius politioris ac Ciceronianæ lege velimus teneri. nam Gregorium effecisse, vt Roma Hungarizet sine Turcismi litura cultè, aut Vandalizet sine stuporis crimine prudenter, nolui dicere, quia tanta in illis barbaris nominibus est vastitas, tamque penitus infixa, vt videantur vix posse limari, & ad Latinæ elegantia formam commodè traduci. quanquam nihil est necesse, vt verbis liberiùs nouandis, tanquam falsis coloribus, elegantem Latinæ lingua faciem contaminem, cum aliæ laudes Gregorij penè infinitæ satis loquantur Deum singulari prouidentia hoc nostro tempore viuã in eo veramq; veri Pontificis expressisse formam. nam nihil sanè est in rebus humanis, quod quisquã Pontificum curauit diligentius, quàm istud
 Grego-

Gregorius, vt ad Pauli normam fiat omnia omnibus. senex est, atq; aded omnium, quos Sol videt, grauissimus, placet tamen seni surridere in carmine pueri, vt puer velit fieri pueris: Christianus est atque omnium sanè, quos tenet Ecclesia, sincerissimus, gratum tamen est Christiano supplaudere in veste neophyti, vt neophytus velit fieri neophytis: Princeps est, & omnium profectò, quos mundus habet, summus, iucundum tamen est principi commoueri in miseris pauperum, vt pauper velit fieri pauperibus, pauperè velle fieri pauperi, in homine est humanitas, in principe pietas, quid in principe summo? quid? in principe summo est misericordia summa, neophytum velle fieri neophytis, in homine est suauitas, in Christiano religio, quid in Christiano sincerissimo? quid? in Christiano sincerissimo est charitas sincerissima, puerum velle fieri puero, in homine est summissio, in sene prudentia, quid in Gregorio? quid? in Gregorio est summa perfectio. nam hoc illud est, bonum esse Pastorem; hoc illud, ponere animam pro ouibus suis; hoc illud, omnia fieri omnibus; hoc illud, velle anathema esse pro fratribus suis, quid? anathema pro fratribus? non quod quisquam quicquam debeat habere prius aut antiquius illa charitatis communionem, qua est Christo deuinctus: sed quòd Gregorius ad Pauli normam velit, quasi anathemati addictus, potiùs orbari voluptatibus ornamentisque omnibus, quibus boni & viui in terris, & mortui

circumfluunt in caelis, quàm non fingi & refingi senex in pueri, Christianus in neophyti, princeps in pauperis, Italus in barbari, vnus in omnium formas, vt vnus omnes in foelicitatis aeternae societatem asciſcat. quòd ſi fortasse paulò diligentius perquiras de iãta virtutis aliquo facto illustriori nonne tibi magnum videtur, eum vel Romam in mundo, vel mundum perpoliisse in Roma? magnum sanè, sed non satis fortasse tanti Gregorij tantae personae sustinendae. quid? eum sic deposuisse Italum, id est, innatam propriae naturae vim, vt ad omnium se gentium vel formas Polypus, vel naturas Paulus effingat, nonne hoc satis? satis virtuti tritae & communi multorum, sed non satis fortasse gloriae Gregorij. etiamnum quæris maius? Paulum ostendi. vis Petrum? & Petrus est, & Paulus est satis sit tibi hoc tempore me id posuisse verbo, facto namque explico in vniuersa illa Pontificum historia, quã iam rudem & in classes coniectam perpolio. ibi enim Gregorium foelici conceptu satum edo in lucem, spe rectaq; indolis expectatione orno puerum, doctrina probisq; moribus limo iuuenem, iudicij maturitate, rerumq; vsu instruo virum, ac perpetuo quodam virtutum bonarumq; actionum filo perduco ad senectutem, ad Concilium Tridentinum, ad purpuram, tandemque Pontificem informo auctoritate Petri, charitate Pauli, atq; eum pingo, quem sine exquisita multorum factorum appositione velim vt credas esse hoc tempore. quanquã ne ex eorum ego schola
videar

videar Philosophus, qui fidem solent non tam extor-
 quere ratione, quàm emendicare auctoritate, placuit
 vnum eius triumphum post natam Romã longè glo-
 riosissimum indicare, tenuiq; colore meæ dictionis ob-
 scurè inumbrare. in quo eum videbitis tam magna-
 nimum, vt nihil ille putet terram totam afficere be-
 neficentia, nisi cœlum etiam comprehenhat beneficio.
 Gregorius Nazianzenus, qui virtutis doctrinæq; suæ
 fama & admiratione totum orbem impleuit, multos
 iam annos Romæ latuit perangustis obscuri tumuli
 terminis inclusus. quanquam autem is verè non dici-
 tur latere, quem Roma habebat, amabat, colebat: ta-
 men cum summos Ecclesiæ antisthetes debeat ornare
 non solum summæ vrbis summus honor, sed in summa
 vrbe summus etiam locus, voluit Gregorius suo Grego-
 rio id præstare, ne videretur latere: ac quod solum be-
 neficium impertire Sanctis iam gloria cœlesti fluenti-
 bus potest, corpus eius ex tenebris erutum aliò trans-
 ferre. quò? ad Petri. in qua æde quanquã omnia sint,
 siue spectes ætatem, antiquissima; siue fabricam, splē-
 didissima; siue famam, celebratissima; siue hominum
 pietatem, summa: Gregorio tamen suo Gregorius no-
 ster, heros heroi, sed viuus mortuo, curauit nouum do-
 micilium, quod & antiquissimis venerationis, &
 splendidissimis decori, & celebratissimis fama, &
 summis summæ gloria primas facile præripuerit.

Cum primum igitur increpisset fama de Grego-
 rio Nazianzeno transferendo, populus haret, senatus

gaudet. religiones consecratæ orant, ornant præfules,
 parant omnes, pro sua quisque facultate, vel florem,
 vel tapetem. vno verbo, tota vrbs rei expectatione ita
 commouetur, vt quantò maiori studio omnes tan-
 tum sacri corporis honorem expetierint, tantò mole-
 stiùs tulerint, diem honori huic semel dictum extra-
 hi ac prorogari. egrè namque ferimus omnes falli no-
 stram spem in rebus magnis, ac si res hæc condiantur
 voluptate, irascimur. quid si communi voto expeti-
 tæ? penè certè insanimus. vnde ignosces meo iusto do-
 lori, si subirascerer sacris virginibus, quibus corporis
 transferendi moram tribuebant. nam inter corporis
 primò transferendi famam, & corpus iam transla-
 tum, annus plus minus interfluxerat. quanquam e-
 nim facile putabam sanctum Gregorium libenter a-
 pud has sanctas virgines latere (iucundum namque
 fuit illi in tota vita latere, & in monasterio latere, &
 apud virgines latere) neque apud quas tam diu tam
 familiariter hospitatus est, ab illarum commercio
 suauissimæq; communionè voluisse aut segregari subi-
 tò, aut dimigrare libenter: in illam tamen opinionem
 magis propendebam, virgines has vel lachrymis ab
 hominibus, vel precibus à Deo elicuisse, vt sacra pom-
 pæ aut excluderetur spes, aut tempus extraheretur. ô
 quoties optabam sanctas illas virgines potiùs non il-
 lo loco esse, quàm D. Gregorium non summo loco fo-
 re? ô quoties reprehendebam lachrymas illarum vel
 mulierum ineptas, vel filiarum ingratas? cur enim

non paterentur, & libentes paterentur suum patrem, suum patronum, suum hospitem erui ex campi Martij tenebris? ex monasterij obscuri angustiis? Gregorius lumen fuit eloquentiæ, latuit in campo Martio; quid eloquentiæ cum Marte? Gregorius lumen fuit Ecclesiæ, conditur in tenebricoso loco; quid lumini cum tenebris? fuerunt (doctissime Stobæ) hæ querelæ meæ, vt ab amore, piæ; vt in sacras virgines, iniuste. nam Gregorij non fuit recusantis, non virginum flentium, quod honos sacro corpori decretus differretur (quanquam nec virgines fuerunt tam iniquæ filia, vt libenter se sinerent priuari tam dulcis patris præsentia, nec Gregorius tam ingratus hospes, vt à tam piis filiabus vellet ipso momento digredi) sed diuinæ fuit prouidentia, & spem primò excitantis, & moram deinde neccentis: vt dum mora spei tenerentur mentes hominum suspensæ, spe mora studium honestandi corporis excitaretur ardentius. quarum enim rerum desiderio tenemur, illæ vt dilata dolorem, sic renouatæ nescio quo modo studium excitant in animis hominũ multò vehementius. quod in vlla vnquam re si eluxerit, in hac sanè eluxit maxime. quippè dum omnes dolent extrahi sacri triumphi tempus, ecce tibi Gregorius dicit triumpho diem tertium Idus Iunij quonuncio ita sunt mentes hominũ ad studium ornandi sacri corporis inflammata, vt si spe prius rei incertæ tota vrbs fuerat commota, nunc certa triumphi expectatione tripudians, loco cessisse videatur. hic namque

legit florem, ille spargit; tapetem excutit vnus, alter insternit; alius putat frödem, dissipat alius; puluerem cogit seruus, effert auriga; numeros exquisitiores colligit poëta, flosculos orator; Græcus libat ex Demosthenis lepore, ex Ciceronis deliciis Latinus, quod afferant ad pompam illustrandam quid? illud quanti fuit stuporis, videre hinc scaturientem fontem in fenestris? illic in arido solo littus horrescens hædera, concha, lapillo? qua montem subsidentem in vallem, qua vallem subeuntem in montē? ac ne cogites magnum aliquod miraculum, arte isthæc fiunt omnia: nisi illud fortasse maius sit miraculum, omnia hæc arte tam affabrè exprimi, vt planè iurares viuum fontem non scaturire iucundiùs, verum littus non horrescere asperiùs, naturalem nec vallem cadere precipitantiùs, nec montem assurgere aptiùs. hæc etsi possint audientius videri summa, nobis tamen, qui vidimus, eiusmodi fuerunt, vt à transeuntibus, tanquam conuiujs, in plurima exquisitaq; dape, vel libarentur tanquam minutula, vel contemnerentur tanquam nulla. sternit Goliath David, litat Isaacum Abrahamus, cedit Abelem Cainus, quid deliniremur aquula scaturigine? excinditur Troia, tota Priami domus sordidata iacet in lachrymis, scapellis traicitur Cesar, quid littoris horrenti specie moueremur? Colinaus Carolo insidiarum pœnas morte pendit, Carolus in confessu Gallorum longè amplissimo necis authores purgat, Luteitia de sublatiis hæreticis triumphat, quid montis aut
vallis

vallis aspectu moueremur? leuia aspicientes non retinent, vbi texta, picta, ficta commouent, at hic vel acus filo, vel penicillus colore, vel manus argilla illas res superius positas, tam mirifice expressit, vt ars videretur naturam non tam secuta, quam affecuta. quid narro illas pauculas res superius tactas? quicquid tenuit Flandria tapetum, tenuit exquisitissimos; quicquid adidit Gallia cadiu, adidit immanissimas; quicquid Italia inumbravit imaginum, inumbravit pulcherrimas: id totum iam Roma protulit, siue ad suae letitiae significationem clariorem, siue ad speciem triumphi Gregoriani illustriorem. denique ne aliquid videretur in tanto triumpho mancum esse, si nullus; aut non summum esse, si non summus de sancti Doctoris laudibus peroraret: Gregorius has Panigarole partes imposuit, viro sane verae germanaeque eloquentiae antistheti, ac penè dixerim Deo. habet memoriam. quam? si quam putas non tenacissimam, erras. videtur enim non loqui memoriter, sed recitare descripto, ita in multiplici, varieque picta oratione nunquam haesitat. orationem fundit. quam? si quam noto inferiorem summa, mentior. videtur enim non publice orare pro concione, sed ad regulam domi commentari, ita perpetuam dictionis seriem artis librili semper perpendit. nam siue vinciat periodum, & in quadrum redigat, admirareris Demosthenem; siue dictionem liberè sponteque fluentem edat, suspiceres Isocratem; siue flosculos interspergat ornamentaque dictionis, ama-

ves Ciceronem ; siue neruos colligat firmamenta q̄ ar-
 gumentorum , obstupesceres Platonem . neque amor
 facit , vt illi aliquid affingam falsæ laudis (quanquam
 mirum in modum amo hominem egregiè oratorem)
 sed virtus eius omni parte enitens extorquet , vt de eo
 dicam , quæ possum infima , cum non possim , quæ de-
 beam , summa . frater est ex diui Francisci familia re-
 ligiosissimus , bellus tamen est , & ex nobilitatis disci-
 plina venustulus . atque ne fortè contempnas in Fran-
 ciscano venustulam vitæ rationem , ita frater est , vt
 in cucullo non affectet venustatem , ita venustulus ta-
 men & cultus , vt ames potiùs in cucullo simplicem
 hanc candidamq̄ fratris suauitatem , quàm in diade-
 mate forsan regio illam aulici venustatem immodicè
 expolitam . surridet ? surridentis formæ videtur di-
 ua virgo aspersisse leporem . dolet ? dolentis orationi
 videtur Ambrosius inussisse motum . permulcet ? per-
 mulcentis ori videtur Chrysostomus instillasse dulce-
 dinem . commouet ? commouentis studio videtur
 Christus impressisse aculeos . denique ita est & pater
 sanctè religiosus , & Theologus solide doctus , & ora-
 tor omni laude cumulatus , vt nullum profectò alium
 Nazianzenus optasset sibi virtutis suæ præconem ,
 quàm meum Panigarolam . hic ergò Panigarola con-
 sumptis omnibus eloquentiæ natureque viribus , ita
 Nazianzenum laudauit , vt vna in re tres amplif-
 simum sint fructum consecuti ; eloquentiæ summa
 Panigarola , quòd Nazianzenum ornarit ; felici-
 tatis

tatis Nazianzenus, quod Panigarolam habuerit
 praconem; iudicij Gregorius decimus tertius, quod
 Nazianzenum voluerit à Panigarola ornari, id
 est, Gregorium illum Graecae eloquentiae principem
 ab alio post multos annos Italo Gregorio. audisti ha-
 ctenus triumphii apparatus, vide iam ipsam pom-
 pam.

Tertio idus Iunij, sol, confecta sui orbis, ac stati
 curriculi altera parte, vix se nobis aperuit, cum popu-
 lus contra quam solet, cõuenerit, hinc curiosior ad sa-
 celli Gregoriani intuendam magnificentiam (ante
 namq; inclusum septis, & asserum, quasi aggerum, ob-
 iectu interseptum latuit) illinc religiosior ad corporis
 Gregoriani honorem amplificandum: vtrinque tan-
 ta contentione, vt viuus Gregorius si optaret suum sa-
 cellum honestari, non optaret, frequentius; aut mor-
 tuus Gregorius si cuperet suum corpus honorari, non
 cuperet sanè, sanctius nobis, qui Transalpinas partes
 tuemur, mirum sanè videri debet, quod dicam de po-
 puli Romani modestia, suauitate, lenitate. nam vix
 conuenimus aliquando Parisiis, Londini, Antuer-
 pie (quibus ciuitatibus nihil sanè habent Transalpi-
 nae partes elegantius aut suauius) ducenti, quin mox
 audiantur garritus muliercularum, puerorum va-
 gitus, hominum conuicia vel tuentium sua loca, vel
 inuolantium in aliena: vsque eò vt nulla comædia
 sit integra à tragædia, nulla nundina à contentione,
 nullum forum à iurgio, nullus publicus locus à fu-
 roris

roris odiq; vestigiis, penè dixeram, apertis notis. at
 quid Roma in tanta multitudine? quid? eunt, rede-
 unt, certo loco cōsistunt frequentissimi; sic tamē eunt,
 sic redeunt, sic loco certo consistunt, vt nec ire, nec re-
 dire, nec certo loco consistere videantur. nihil hoc, il-
 lud est, quod stupeas magis. vici, angiporti, fenestra,
 tecta, aliq; loca plurima excitata ad prospectandum,
 virginum, puerorum, virorum turbis opplentur, vt to-
 ta iam Roma se videatur certatim effudisse in plateas
 & conspectum hominum, in his tamen turbis nulla
 sunt turbæ. quid loquor turbas? Romani tanta hu-
 manitate sunt politi, ac naturæ quadam suauitate
 præditi, vt siue hæreant, siue terant numerosissimi
 viam à campo Martio ad sanctum Petrum, aut à san-
 cto Petro ad campum Martium duobus millibus pas-
 suum benè longam, tamen nec inuenis puellam ocello,
 nec vir puerum voce, nec puer virum petulantia, nec
 vir viram vultu violauerit: quin potiùs singuli
 cum singulis sic contenderint humanitatis officiis, ce-
 dendo hic, sequendo ille, vt videre: ur hic nolle ire, po-
 tiùs quàm præire molestè; aut iste nolle incedere, po-
 tiùs quàm procedere superbè. verùm populus Roma-
 nus etsi natura sua modestior sit ac religiosior, quàm
 vt velit sacri triumpho perpetuam seriem interrumpere,
 & descriptionem ordinibus variis pulchrè desi-
 gnatam permiscere: Gregorius tamen pro prudentia
 sua cogitans turbulentiore esse ac furentiore ex-
 ternum, quàm qui optimi populi optimo exemplo pos-
 sic

sit intra modestiæ septa contineri, interposuit aucto-
 ritatem, edictumq; carcere pecuniâq; sanxit, ne quis
 vel equus, vel currus (solent namq; in publicis specta-
 culis occludere omnes vias) post decimam sextam ho-
 ram intercurrentem viam (quæ à supplicanti-
 bus paulò post terenda erat) obsessam teneret. quare dum om-
 nes, honoris ille, curiositatis iste, utriusq; utraq; causa
 pleriq; vel mirabundi, vel venerabundi expectant:
 eccum tibi licitorum præf. Etum cum sclopetariis vica-
 rium lustrantem, si quis contra edicti Pontificij æqui-
 tatem, supplicationi, quæ iam in procinctu erat, vi-
 am impediret. quoniam nisi graues essent futurae
 præfecto partes, & summouendi plebem equosq;, si
 qui irruerent; & præscribendi ordinem, quem quisq;
 suum seruaret perpetua serie: illa cura incumberebat
 præfecto viarum, ac statoribus consistorij, cærulea ve-
 ste ad talos dimissa, & baculo, tanquam caduceo, de-
 center ornatis, ut irent, redirent, præscriberent toti
 supplicationi, quomodo, quo ordine, qua lege esset pro-
 cedendum. verum horum opera & auctoritas cum
 latius nec pateret, nec patere possit, quam ad totam
 supplicationem, ut perpetua & quasi contexta conti-
 nuatione, prioris ordinis fini iungeretur sequentis
 initium: in singulis societatibus (ab his enim pende-
 bat omnis splendor) singuli sunt statuti, qui incita-
 tos reprimerent, tardos incitarent, raros & disiectos
 cogèrent, densatosq; secernerent, atque in ordinem re-
 digerent. denique cum facile fieri potuisset, ut con-
 tentio

reutio inter societates de honore loci exorta, rem a-
 lioqui summo ordine descriptam dissiparet, ne vlla
 pars vel prudentiæ vel prouidentiae in negotio tam so-
 lenni possit desiderari, cauit Pontifex, ne quid cui-
 quã aut primus locus addidisse, aut vltimus detra-
 xisse hodie videretur: sed quem quæque societas lo-
 cum primum occupasset, eum illa tueretur, non suo
 iure ad præiudicium, sed Pontificia auctoritate, ad
 confusionem, quæ poterat ex illa contentione nasci,
 vitandam. dum via perpurgantur, dum societates &
 religiones conueniunt, dum populus est in expecta-
 tione, dum reliqui curant reliqua foris, quæ faciunt
 ad sacri triumphipompam, Episcopus, qui vaticano
 templo præsidet, aliq; præsules procurant negotium
 religionis in Ecclesia monialium apud campum Mar-
 rium. ibi enim erat corpus sancti. at quo modo erat
 ibi? virgines quondam Græcæ declinantes intestina
 bella, quibus Græcia id temporis miserabiliter consti-
 ctata fuit, Romam veniunt, repretiosa beneq; lauta
 instructa monasterium in campo Martio extruunt,
 ibiq; fixo suarum fortunarum, vitæ & sanctitatis do-
 micilio, imaginem diuæ virginis (à qua habet Ecclesia
 nomen) corpusq; diui Gregorij Nazianzeni, tanquam
 sacra spolia, è medijs Græciæ flammis erepta, ac Ro-
 mam perlata, honorificè reponunt. harum virginum
 sanctitas certis statiq; legibus & præscriptionibus re-
 ligiosè vincta, multas nobiles Romanas inflammavit
 in eiusdem vitæ studium imitationemq;, vt Græcis
 virgi-

virginibus Romana semper haecenus, tanquam noua
 herba, succreuerint; ac sancti Gregorij prece, diu a quae
 virginis tutela, tanquam caelesti rore irrigata, & Grae-
 cis Graeca virtutis memoriam conseruauerint, & Ro-
 manis Romana magnanimitatis expresserint exem-
 plar, & utrisque vera gloriae trophaeum perpetuum
 erexerint. at quale trophaeum? quod & Graecorum
 superet Mauseolos, quod sanctum fuit; & Romano-
 rum obeliscos, quod perpetuum erit. in hoc ergo loco,
 procurata religiose re sacra, omnibusque peractis care-
 moniis, quas in tali negotio Ecclesia Romana habet
 praefinitas, ecce tibi horam decimam sextam, qua om-
 nes societates, religiones, ordines, partim venia pec-
 catorum plena inuitati, partim Pontificio edicto
 compulsi, se sistunt ordine, corpus sacrum honestaturi.
 Episcopus ergo dum corpus sublatum, atque in feretro
 honorifice positum curat non efferrī tanquam ad tu-
 mulam, sed praeferrī tanquam ad pompam: musici ac
 Canonici sancti Petri illo tempore acquisituri ius in
 tam sanctum thesaurum, altissima voce, flexionibus-
 que ad artem eleganter modulatis, excipiunt o Do-
 ctor optimè. & illud rei accommodatius adiu-
 gunt, surge sancte DEI. quam suauiter & artifi-
 ciosè modulantur, si roges: mentem videris habere nec
 intentam in scientiam eorum, qui hic hoc in genere ex-
 cellunt; nec infixam in prudentiam illorum, qui &
 solent & possunt in re summa curare omnia summa.
 sed loca prius notabo, ne postea importunè intercurrē-
 tia

ria supplicationis perpetuam seriem intercidant. pro-
 ceditur ab hac Ecclesia campi Martij non via, quæ re-
 cta & trita est in sanctum Petrum, sed ad pompam
 & commoditatem, paululum intorta. deflectitur e-
 nim ad viam illam, quæ à sue marmorea nomen ha-
 bet. inde itur ad viam, primò ad ium lateribus vtrin-
 que angustius inclusam, mox templi, quod diuo Au-
 gustino est sacrum, primam frontem latius aperien-
 tem; recta quæ transitur ad turrin sanguineam per ar-
 cum sancti Apollinaris. transeuntibus, antequam in-
 grediuntur arcum, duæ collegij Germanici partes ne-
 cessariò obiiciuntur; ac superato arcu, altera mox pars
 eiusdem collegij, oculis in dextram partem paululum
 deflexis, facile inspicitur. istinc ad sinistram si diuer-
 teris, platea est nec lata, nec longa ad viam illam (cui
 populus nomen Mariæ de anima ab Ecclesia indidit)
 & benè longam, & pulchrè latam. hac insistitur vsq;
 ad statuam illã melliti Pasquilli egregiè pulchellam.
 hæc via siue à forma, siue ab officiis verè pontificia
 ducit ad montem Iordanum; mons Iordanus ducit ad
 templum Martyrum Nazarij & Celsi, id est, ad vi-
 tam, cui à commutatione pecuniarũ, nomen Bancho-
 rum positum est. hæc deinde via per pontem Ælium
 & arcem Angeli, recta, pulchra, lata semper teritur
 vsque ad vaticanum. vides viam commodam, sed hoc
 nihil est vidisse, nisi id, cuius causa hunc viarũ sinuo-
 sum flexum sequantur, etiam videris. quærunt non
 viam, sed in via pompam; quærunt non flexum, sed

in flexu magnificentiam; ut cum via sit lata, pompa non obscuretur; & cum flexus sit commodus, magnificentia animaduertatur. quare per hunc viarum longiorem tractum nisi veneris in cogitationem pompæ ac magnificentiæ summæ, nec facis, quod exspecto à tuo iudicio; nec vides, quod queritur à mea oratione. quid? cogitas pompam, quam legisti in triumphis illis Pompeianis aut Cesarianis? magnam cogitas, sed non hanc, quam vellem intelligi, summam. cogitas magnificentiam, quam audisti in illis Cyri & Alexandri spectaculis? cogitas id, quod Zenophon potuit scribere bellè pulchrum, sed non hoc, quod deberem ego describere insigniter varium. Latine dico non oratorie; immò si vellem certè oratorie, non possem, cum omnis oratoria oratio deberet in hac re videri tantum Latina. nam si Liuius noster aut Zenophon, hic lectissima phraseos, ille vinctissima orationis summam laudem tulerint, in illis frondibus, arcubus, lapidibus, aliisque tenuioribus triumphorum ac spectaculorum rebus describendis, in nostris certè tapetibus, gemmis, imaginibus, emblematis, auro, argento, carmine, applausu, religione, & Zenophon esset tam exquisitè vinctus, & Liuius tam vinctè exquisitus, ut non possit dici, hic Zenophon, ille Liuius, sed vnus verè esset & Zenophon & Liuius, id est, vterque haberentur vtraque & facilitatis culta, & solida coagmentationis dote egregiè politus. afferunt namque res, ut nosti, & verbis suum pondus, & eloquentiæ

C

natu-

naturali cumulum. atq; vt taceam vestem pretiosissimam ex fenestris ac locis aditioribus pulchrè pendulam. flores operientes terram, frondem ornantem fores, tapetes suspensos ad parietem, artificis lautissima quæque exposita ad pompam: duo in primis erant ad ornatum splendida, ad magnificentiam per insignia, vnum totius vrbis commune, alterum proprium nostri collegij. quod commune fuit, habuit admirationem; quod proprium fuit, habuit stuporem. nam propria etsi caco quodam amore, tanquam caligine quadam, mentes nostras oppleant, vt pessima nostra facile præferamus optimis alienis, illa tamen vox populi aures omnium vndique circumsonans fecit nobis fidem, Romam tam libenter celsisse nobis illa die, vt potius superet nostra, quàm miraretur sua. quidni superet Roma, se vinci magnificentia à collegio, ac quæ prima triumphos instruxit, triumphiforma iam superari à Germano homine, triumphorum, tanquam fumorum, contemptore? quanquàm ne erres aut de Romanorum virtute, aut de nostra mente, nec Romani sic stupebant, vt nobis nostra inuiderent; nec nos nostra sic amamus, vt ex iis vllam gloria partem ad nos velimus permanere, cum gloria hac, quanta quanta fuerat, Romæ ac Romanorum tota fuerat. nam quem admodum maioris gloria fuerat Numæ Pompilio ex Volcis cooptasse, ac disciplina fecisse Romanos: quàm Romulo ac Remo, defendisse, & natura lege edidisse Romanos: sic Romam urbanitate ita

te ita limâsse Germanos, vt Germani non se putent e-
 gregiè Romanos, nisi Romæ vincant Romam, maioris
 carè gloriæ est, quàm si arcus, statuas, trophæa exci-
 tâssent omnia. hoc die mirabar, stupebam Romanos
 mirantes, stupentes, Germanum factum sua discipli-
 na Romanum. nihil est, mirari, stupere, amant Ro-
 mani Germanos hodiè, tanquam suum nouum par-
 tum, tanta teneritudine, vt videantur non minori
 comprehendere beneuolentia Germanos iam factos,
 quàm illos antea natos Romanos. quare in utroq; il-
 lo, quorum vnum dixi commune, alterum nostrum,
 admirare Romam: nec quicquam putes à me dici pro-
 prium nostri, commune Romanorum, quasi ipsi nos
 segregemus à Romanis, sed nostrum hoc, commune il-
 lud, vt singula secernantur à singulis. verùm ne te diu-
 tius teneam, illo die siue spectarè nostra, siue amarem
 Romana, ita fui extra me spectando, amando, vt Ro-
 ma videretur & cœlum propter religionem, & propter
 pompam terra. de cœlo cogita, de terra vide. inter om-
 nia magnificentia opera, illud maximè splendebat, ac
 splendore suo ipsas hominum acies planè perstringe-
 bat, quòd à templo S. Nazarij & Celsi, quod in Ban-
 chorum platea supra posuimus, parietes omnes, pon-
 tibus latera vtraque, fenestræ, ostia fuerant instrata ta-
 petibus vel arte tam affabrè factis, vel auro tam pre-
 tiosè intextis, vel gemma tam bellè distinctis, vt du-
 bites vtrum insignius, aurum arte, ars auro, an utroq;
 gemma. id tantum possum dicere, omnia tanti fuis-

se, vt hic putarit se rem exaggerasse, si scribat valere
 omnia centies millibus aureorum; ille, si dicat Indi-
 am nihil habere pretiosius; vnus, si Praxitelem, al-
 ter, si Zeuxem putet hic superari. at horum singulo-
 rum quicquid putas, nihil putas, cum omnia simul
 si dicantur, infra rem dicantur: vt maiorem sane pu-
 tem me iudicij laudem laturum, si taceam omnia;
 quam eloquentiae, si scribam singula. taceo igitur re-
 liqua, & quod in Iphigenia extremo luctu Apelles, si-
 lentij quodam quasi sacro integumento inuoluo, vt
 summum ac praeclarissimum quod vellem, quod minus
 possum dicendo assequi, et si singula dicam; eò tu faci-
 lius assequaris intelligendo, dum taceo omnia. id so-
 lum non taceo, viam totam hanc à Banchis ad vati-
 canum, quasi tabernaculum, superne intentam ad o-
 pacandas plateas, ac calores pellendos, qui illo tempo-
 re solent esse aut haerentibus periculosi, aut proceden-
 tibus molesti. quod quidem tantum faciebat ad orna-
 tum, vt vix spectares commoditatē; tantum ad com-
 moditatem, vt facile contemneres ornatum. magna
 ista sunt, sed quid collegium Germanicum? superatur
 auro, superat ordine, ordo facit pompam; vincitur ga-
 za, vincit amore, amor parit magnificētiam. est quod
 terogem hoc loco, vt patiare meam diligentiam esse
 in ista descriptione minutam. nam in reliquis rebus
 etsi minuta diligentia sit iocularis, filij tamen dili-
 gentia minuta in matris rebus describendis habet si
 non voluptatis salem, certè excusationem amoris. at
 colle-

collegium Germanicum ita est mihi mater, ut filium non me putem esse, nisi eius minuta & colligam, & adamem. quæ ut videas clarè, primùm intelligas, ex collegij Germanici tribus illis lateribus, quæ suprâ monui transeuntibus esse obiecta in supplicatione, vnum esse, quod multis, ut videtur, parietibus, à reliquo collegio disclusum, templo sancti Augustini ex altera parte respondet. hæ omnes partes tapetibus elegantissimis, imaginibus diuum Gregorium exprimentibus, ac per insigni charta rufa, frondis, ac rosæ varietate distincta sunt & ornata idquæ tanto artificio, ut probè intelligas, amor quàm facile fingat homines vel rudes, ut sectentur polita; vel pauperes, ut contentur magna. quia defuerat trophæum, trophæi magnificentiam constituimus in versu: quia gemma non aderat, gemma pompam instruximus in fronde. frondem pro gemma inuenit amor, frondem gemma fecit meliorem amor. amor acuit, amor polit. sed ut ames nostrum amorem magis, aduertas ordinem, quo res rebus fuerunt contextæ. parietem infernè insternebant tapetes, supernè illa, quam descripsi, varietas, ex multis rebus tam commodè nexa, ut rosam charta rufa colore infecta, ac Nazianzeni imaginem versus omni parte elegantes vtrinque semper includerent. ac ne planior illa forma perpetuò continuata minùs placeret, effectum est si non studio, certè commodè, ut frondes arte in longiorè speciem complicatæ extarent, ac singula à singulis eleganter secernerent.

in quibus etsi omnes mirabantur omnia, laudabant
 tamen, doctus versum, curiosus rosam. at quam, que-
 so, rosam? arte quidem factam, sed ex auro, va-
 rio colore, ac concisa charta tam eleganter factam,
 ut nullus sanè hortus protulerit natiuo colore & re-
 liquis partibus pulchriorem aut perfectiorem, non co-
 nabor describere folia pulchrè extantia, semina in-
 clusa, ac radice non benè forma nutantia, maculas
 varij coloris decorè inspersas, spinus hinc inde horri-
 diusculè implexas. nam ars, quam diuersi inuene-
 runt diuersam, in vna rosa exprimenda superat om-
 nem orationem; ut putem sanè naturam ipsam sup-
 puidisse, qua rosam profert semper eandem, se ab ar-
 tis hodiè varietate fuisse victam. quid? quòd sancti
 Apollinaris arcus, qui necessariò in venientium ocu-
 los incurrit, fronde, flore, pictura, imagine, rosa,
 alia varietate sic ornatur, ut aurum gliscens, ars va-
 ria, ordo pulchrè descriptus omnium animos stupore
 defixerit? satis fortassè de ornatu reliquo vin' iam
 tandem aliquid de versibus? omnes ascribam, ut si re-
 liqua nostra displiceant, hi sanè placeant, artis pi-
 que amoris notis perinsignes. primum carmen habet
 apostrophem ad Nazianzenum, apostrophe habet per-
 insignem contentionem & amoris inflammati in di-
 uum Gregorium, & honoris Gregorio Pontifici debi-
 ti. ille inuitat Nazianzenum ad se, iste diuum Gre-
 gorium cedit Gregorio parenti. vides sensum, lauda
 artem.

Nazian-

*Nazianzene pater toties mutare sepulchrū,
 Et noua quid toties querere tecta iuuat?
 An quaris, qui te demū amplectatur amico
 Hospitio, & hospitij candida iura colat?
 Huc diuerte precor, nec nostrū despice limē,
 Hic fas aeternam constituisse domum.
 Sin, ut fama est, te Petri successor & haeres
 Gregorius vocitat limina ad alta Petri,
 Gregorioq; patri cedo, Petroq; magistro:
 Nil miror, i, Petri tecta superba cole.
 Tu modò cōmunem mecū defende patronū,
 Hospitiumq; hospes hospiti in arce para.*

*Quinque sunt Diui tumulo in Ecclesia nostra ob-
 tecti, omniq; officio à Romanis & nostris piè culti,
 utpotè quos virtus ardensq; charitatis studium laude
 martyrij ornārant. his afficta fuerunt prosopopæia,
 singulis singula, quæ habent artem, aut si artē fortas-
 sè non magnam vides, decori certè speciem tam ma-
 gnā, ut debeas videre. fuit Eugenius nobilū, at à no-
 bili quid expectes, nisi Tyaram? dicit Tyaram. fuit
 Auxentius Sacerdos, at à Sacerdote quid speres, nisi
 Diuos ac sydera? loquitur Diuos & sydera. fuit Ore-
 stes miles, at à milite quid velles, nisi Armeniam, Ca-
 padociam, Romam? fulminat Romam, Armeniam,
 Capadociam. fuit rusticus Nardarius, à rustico quid
 optares, nisi victum? victum precatur nobis à Grego-*

rio, quo soueamur peregrini. fuit ignotus Maxentius. praeo tamen est fama, ut videatur hic decori lex violata. sed quid feceris istis? videntur non arte pungere versus, sed effundere fortuito, ut mirer in versibus istis non hominum iudicia, sed Dei spiritum, quo concitante, homines vel nulla arte tincti, vel artem non ita magni facientes scribunt ad decori normam. sed ponamus Sanctorum prosopopaeias, ut iudices tu, id quod finguntur loqui, qua arte & quo iudicio finguntur loqui.

EUGENIVS NOBILIS
ad Nazianzenum.

*Construitur Petro Diuis distincta Tyara,
Magne pater, te apicem summa Tyara
manet.*

Carmen est obscurius, ut facile agnoscas nobilem in hac politiori literatura non multum fuisse versatum. sed versus fortasse Eustratij & elegantior & clarior, quae Eugenio amico potest inuri obscuritatis nota, totam vel abstergit, vel tegit.

EVSTRATIVS AD
Gregorium N.

*En patria nostra Sol, tecum oriente, coortus;
A patria tecum, cum sepeliris, abest.*

AVXEN-

A V X E N T I V S A V R E C E N O -
rum presbyter ad eundem.

*Cingitur innumeris Diuorum vrbs Romula
gemmis;*

Has gemmas inter, syderis instar eris.

O R E S T E S M I L E S

ad eundem.

*Non piget, Armenia, Romam petiisse, re-
lictā:*

Hic fas Cappadocem cernere Gregorium.

N A R D A R I V S R V S T I C V S

ad eundem.

Hic ego Gregorij foueo Pastoris alumnos;

Si quid Gregorium diligis, hosce foue.

M A X E N T I V S I G N O T V S

ad eundem.

*Tu quoque lux Asia Romanas tendis ad arces,
Scilicet ut toto clarius orbe mices.*

*Sed cum in singulorum prosopopæis non satis vi-
deatur amor noster expressus, prosopopæiam effecimus
vnam omnium: ut quem nostrum singulorum amo-
rem singuli sancti non poterant inumbrare, omnium
omnes liberius & copiosius effundant.*

C 5

DIVI

30 GREG. NAZ. TRANSLATI
DIVI COLLEGII GERMANICI
tutelares omnes ad Gregorium
Nazianzenum.

*Quot cælum stellis, totidem vrbs micat in-
clyca Diuis;*

Hos inter, veluti Cynthia plena, nites.

*Haftenus pro nobis loquuntur Sancti, cur non nos
pro nobis? loquimur hisce versibus, in quibus videbis
amorem, amabis iudicium.*

COLLEGIVM GERMANICVM
ad Gregorium N.

*O lux Christiadū, cæli decus, & decus orbis,
Notus es Eois, notus es Hyßperis:*

*Eccenouum solē Arctous vocat orbis, & orat,
Vt tenebras clara lampade disicias.*

*Nilopus hinc migrare, arctos huc mittit a-
lumnos,*

Horum corda tua luce nitere sat est.

*Et si omnia hęc sint ad sensum peregregia, sensus
tamen amoris acrior est, quàm vt in tam paucis possit
esse consumptus. intexuit ergo alter suo carmini amo-
rem dubitantem de hoc vel triumpho, vel funere. ci-
neres loquuntur funus, pompa loquitur triumphum.
sed ex versibus expedi mihi quæso vel funus vel tri-
umphum, aut si non possis, lauda hominem, qui in
qua-*

quatuor versus simul illigauit funeris luctum, & triumphum latitiam, idq̄ tam dubia oratione, vt & ames in funeris forma pompã, & lugeas in triumphum pompa funus.

Vtrũ Gregorij funus video, an ne triumphũ?

Pompa triumphalis, clausura funerea est.

Quid feretrum, cineresq̄ volunt, si est ille triumphus?

Sin funus, quid agunt agmina leta chori?

Scilicet inuectum claro super astra triumpho

Roma triumphali funere ducit ouans.

Sed ne Gregorius, qui viuis pia sensa in numeros illigauit, sepe, artificiosè, libenter, mortuus non videatur capi poëseos suauissima modulatione, affinximus Gregorij prosopopœiam, qua siue poëtulis poëta versus, siue amantibus amans pietate respondet egregiè.

D. GREGORIVS NAZIANZENSIS
ad amantem Poëtam.

Miraris cur Roma vetus me relinquere tem-

Inq̄, Petri tectis poscere tecta mihi? (plũ,

Desine mirari, Grauis tibi missus ab oris,

Nuncius en adsum, gaudia magna ferēs,

Affore mox tempus, quo sese subdat habenis,

Imperioq̄ tui Gracia tota patris.

Gregorium, qui tam fausta precatur Sedi Romanae, nonne ornaremus? ornamus, proq̄ tam scelici auspicio

*spicio consecramus & diuo templa, & pio laudes, quas
ultima solum dies obruet, & ne vltima quidem ob-
ruet. sed prius inuitabimus te ad templa, mox subte-
xemus laudes, pro vario affectu varias.*

GRATVLANTVR SEQVENTES

Gregorio de templo Gregoriano,
alius alio modo.

*Quas tibi Gregorius, referēs tua nomina po-
Egregias ades, Diue benigne, subi. (nit,
Sic te olim gentis summus moderator Eoē
Alto conspicuum collocat in solio.*

*Quē Deus in terris tanto dignatur honore,
Quantus in aetherea sede beatus erit?*

Carmen in eandem sententiam.

*Orbis Roma caput stellanti cincta corona
Te, pater, in summa ponere fronte parat.*

In eandem sententiam.

*BiZati ede locat viuum terra arbiter; urbis
Aede locat bustum clauiger athereus?*

*Quid par Gregorio est? unum, suprema pote-
Vtrag, suprema Sedis honore colit. (stas*

In eandem sententiam.

*Fallor, an athereus tibi tātos cœtus honores
Inuidet? in Diuos si cadit inuidia.*

Mutua

*Mutua sed superas deuincit gloria mentes,
Totum hac pompa iuuat religiosa polum.
O te fœlicem, qui vni dum altaria ponis,
Omnes cœli colas in tua vota trahis.*

In eandem sententiam.

*Semistructa, pater, piguit sub tēpla venire:
Sol latuit, festas obruit vnda vias: (Sol,
Nunc facilis perfectamigras in templa, nitet
Immodicos astus temperat aura lenis.
Credite mortales, Diui perfecta requirunt,
Nec cœlo assuetos semiparata iuuant.*

In eandem sententiam.

*Marmoreum struitur tibi, Nazianzene,
facellum,*

Quale optet rutulis Sol habitare comis:

*Exoriare aliq̄s superũm de sanguine Prasul,
Qui magno statuas nobiliora Petro.*

*Immò Gregorio fingis qui ex marmore sedē,
Viue diu, vt ponas aurea tect̄a Petro.*

*Quid? putan' hac sensa sumpta ex media Catulli,
Tibulli, Virgilij, Ouidij sæce, ac non potiũs cogitatio-
nes ex ipso cœlo delibatas? videntur sanè summi ho-
nores D. Gregorio habiti in cœlis, quem diuina qua-
dam vi & Imperator in occidente auctoritate sum-
ma, & in oriente Pontifex summo templo debebat
ornare,*

ornare,

ornare, nonne est hoc neruosum? neruosum, id colligunt primus & secundus. possunt sanè cœlites inuidere Gregorio tantam templi magnificentiam; sed non inuident, cum in cœlo singulorum sic sint singuli honores, ut propter illam illorum cum diuina voluntate consensionem arctissimamquæ coniunctionem, omnium sint omnes. vnde sanè efficitur scœlicem esse Gregorium Pontificem, qui in Gregorio Nazianzeno totum cœlum sibi videatur obstrinxisse religione beneficij, nonne est iste sensus peracutus? peracutus, eum pede & numero astrinxit tertius. est certè omnium omnibus precibus eliciendum à Deo, ut terra ipsa pariat, aut cœlum è suis sedibus alléget, qui Petro excitet pulcherrimum templum; sed fac, Deus, ut nullus è cœlo demittatur, sed Gregorius in terris ad hoc seponatur, qui ut Gregorio Gregoriana, sic Petro summa & vult Gregorius, & potest Pontifex figere monumēta, nonne hoc explicat Gregorij Pontificis munificam pietatem, Gregorij sancti summā scœlicitatem, sacelli Gregoriani singularem magnificentiam? explicat sanè, id conatur quartus. Roma caput vult Gregorium, tanquam gemmulam, nitere in sua fronte, nonne lepidum est? lepidum, id ludit quintus. noluit Gregorius migrare in Petri adem hyeme, cum Sol abderet suum caput, & pluuia copiosius decidens omnia cogeret in lutum: æstate voluit, cum Sol, & via; omnia aperirent commoda omnibus. quicquid enim volunt Sancti, perfectum id volunt, & omni parte cumulatum.

istud

istud ultimo epigrammate persecutus est ultimus. sed
 aduerte, quaso, ultimum versum. nonne noëma est?
 nonne concisum est? nonne pulchrum est? sed ineptus
 sum, qui impedio tuum cursum, cum satis videas om-
 nia esse tam facilia, tam pulchra, tam ingeniosa, tam
 lepida, ut contra quam sentiunt quidam, agnoscas
 nostros posse & Catulli lepiditatem acutam, & Ovi-
 dij foelicitatem tersam, & Tibulli inuentionem acrem,
 & Virgilij ingenium diuinum assequi, si paululum
 nervos intenderint. quid tibi videtur de sequente
 poemate?

*Rex vigil, infesto qui circumcingitur hoste,
 Suprema virgiles urbis in arce locat:*

*Gregorium sic Gregorius summam urbis ad
 arcem,*

*Qua Petrus est, vigilem ducit & ipse
 vigil.*

O bellam comparationem. rex hostium insidiis im-
 petitus, ac periculis vndique obsessus, aptissime vigiles
 locat in arcibus: nisi aptius fortasse in summa Petri
 arce locet Gregorius Gregorium, id est, vigilem vigil,
 summus summum. reliqua, quae de templo quid ha-
 bent, tenuiora fortasse sunt, quam ut ex eorum le-
 ctione possis capere voluptatem. patere tamen illam
 tantulam, quam afferunt, influere in aures mentem-
 que tuam. nam sic amo collegij nostri omnia, ut om-
 nia velim recensere.

DE

36 GREG. NAZ. TRANSLATI
DE TEMPLO GREGORIANO.

*Gregorio eximios templi largitur honores
Gregorius, templo dignus & ipse pari.*

Aliud.

*Aurea Mygdonio rident tibi marmore tem-
Egregio egregij munere Gregorij. (pla
Iam licet interdum spernas cœlestia tecta,
Cui stent in terris amula tecta polo.*

Aliud.

*Si Nazianzenus supera descendat ab arce
Ac tam magnificum contueatur opus:
Forsitan hac specie captus, tua templa tenere
Malit, in aethereas quàm remeare domos.*

Duo vltima epigrammata etsi contra legem Poë-
tis ab Aristotele positam, ita assurgant supra natu-
ram, vt videantur præ se ferre non tam hyperbole or-
namentum, quàm mendacij luculenti puerilem spe-
ciem, tamen ea æquabilitate bene coagmentata flu-
unt, vt non facile possis contemnere. satis iam fortasse
videntur nostra carmina honestasse Gregorium in
templo, audi nunc eius reliquas laudes quibus versi-
bus intexuimus.

CARMEN IN LAUDEM

Gregorij Nazianzeni.

*Constantinopolis gemino splendore nitebat,
Et sede Eoa, Gregorioq; patre:*

Nescia

*Nescia mox gemino splendore nitere, fugavit
Gregoriū, geminis nunc tegitur tenebris.
Roma sed excipiens duplicato sole lucebit,
Cælum syderibus quā magis atra micat.*

Aliud.

*Spernis adhuc viues claros orientis honores,
Virtutes vltro quos peperere tibi.*

*Et vita dudum functo ter maximus orbis
Arbiter, Hesperij templa superba dicat:
Sic quos sol oriens quondam malè dempsit
honores*

Hos tibi nunc gaudet sol reparare cadens.

Aliud.

*Hesperiam in magnā cum venit nobilis he-
Plurima lux oras venit ad occiduas: (ros,
Solis & occasus subito concessit in ortum,
Et nox hinc cessit, cessit & inde dies.*

Aliud.

*Virtutem, noua Roma, tuam pater expulit o-
Roma vetus festo suscipit ossa sinu; (lim,
Profuit exilium, meritos cumulauit honores
Roma vetus, debet quos noua Roma tibi.*

Aliud.

*Naxianzene tuas virtutes nouit Eous.
Deerat adhuc, qui te nosceret, Hesperius.*

D

Id

*Id iam Roma facit: perfecta est gloria, nouis
Iam tua sol oriens nomina, solq; cadens.*

Aliud.

*Hesperio fulget capiti, qui fulsit Eoo,
Sol cadit exoriens, exoriturq; cadens.*

Aliud.

*Martius Eoos fugienti campus honores,
Gregorio fasces subiicit Hesperios.*

Aliud.

*Quid mirum, si Roma nouo micet aurea sol?
Finibus hunc pepulit Gracia caca suis.*

Aliud.

*Caca tuo es merito, repulisti Gracia lumen,
Illustrat templum quo Deus ipse suum.*

His omnibus versibus comprehenditur Gregorij
virtus tam insignis, vt illius virtutem & doctrinam,
honor verus veraq; religio videantur semper vestigijs
quasi persequi. si orientis plagam tueatur, in oriente;
si demigret in occidentem, in occidente religio. veraq;
que gloria videntur velle domicilium collocare. ma-
gna quidem hac laus est, & multorum Sanctorum
communis, illam tamen Poeta supra tam ingeniose
carmine effingunt, vt D. Gregorij videatur propria. in
quibus etsi omnia sint siue ad voluptatem conditio-
ra, siue ad vtilitatem insigniora; tamen illa perillu-
stres antitheses Solis nunc orientis, nunc occidentis.

illa

illa perbella contentiones vel Gregorij fugientis honorem, vel honoris persequentis Gregorium, ornant artem tanquam emblemata, aut potius tanquam nerui vinciunt sensum. sed rem docent fortasse clariùs, atque amplificant elegantius sequentes Poeta. quorum notiones inuolutas vt elicias faciliùs, id intelligas, D. Gregorium, dum Byzantinorum mores fluentes Euangelica doctrina lege deuincire conatur, tantam in se principum virorum inuidiam concitasse, vt cedere dignitate, ac penè in solitudinem se abdere cogeretur. sed illa Gracia pœna iustissima proposita est, vt cum iugum Christi leuissimum velit subterfugere, Turca grauissimam seruitutem cogatur subire.

IN LAUDEM GREGORII
Nazianzeni Carmen.

Iapponia gentis, & diuitis ostia Gangis,
Roma, tuas leges, & tua sacra petunt.
Gracia at illustres violat dum perfida Diuos;
Et refugit Latij præsulis imperium;
Excidit imperio, terris inuisa poloque,
Mite iugum fugiens, fert iuga barbaria.
At tu dum profugis ornas altaria Diuis,
Roma, tibi adiungis fœdere cœlicolas.
Sic terra pelagoq; tuos extendis honores,
Sicq; nouũ imperiũ, sic noua sceptrã paras.

D a Aliud.

Aliud.

*Theologū Graius praesul vero ore tonantem
Negligit, at Latius Theologi ossa legit.
Scilicet ille nefas nullū est immanius unquā
Ausus; at hic nullum clarius egit opus.*

Aliud.

*Aede sua exturbat viuum Byzantia tellus
Gregorium; cineres vrbs capit aede sua.
Cōstātinopolis velut hoc dedit omine pœnas,
Sic Roma hoc fœlix omine semper erit.*

O acumen plusquam Chrysippeum scribunt Astrologi eandem stellam in oriente, quod solem anteeat, dici Luciferum; in occidente verò, quod solem perpetuo quodam cursu subsequatur, Hesperii trito nomine signari. Poëta noster ludit apta similitudine Gregorium Christo tanquam soli, si orientem suæ gratia radiis illustret, Luciferum; si occidentem suæ lucis claritate perfundat, Hesperum esse. pulchra sanè comparatio, qua singula singulis tam concinnè respondent, ut mirer ingenium. sed non minùs fortè placebunt reliqua.

Aliud.

*Dum sol iustitiæ terras lustraret Eoas,
Nazianzene, Asia Lucifer alter eras:
At simul ingratas viduauit lampade gētes,
Et cursum populos flexit ad Hesperios.*

Sub-

*Subsequeris solem, Hesperias & diligis oras,
Lucifer alter eras, Lucifer alter eris.*

Non tam certè facit natura certa lex, vt soli eadem stella; quàm artis elegans inumbratio, vt Christo idem Gregorius videatur & Lucifer & Hesperus.

Aliud.

*Gregorium insanos mores dū legibus aquis
Corrigit, eiectum videt ab arce Deus.*

*Tum sic alloquitur, cœlis dignissime, terras
Desere; conspectum non meruere tuum.*

*Sedibus athereis animus, nostroq; fruetur
Aspectu, nihil hîc, quod timeatur, erit.*

*Vrbs sacrorum, orbisque caput Roma inclyta
condet*

Seruandū extremā corpus ad vsq; diem.

*Immò etiam similis pietate & nomine pastor
Insigni, augustam construet arte domum.*

*Hîc tibi maiores laudū seruantur honores,
Quàm fuit à Gracia dedecus inuidia.*

Aliud.

Obuia cœlesti surgent cum corpora regi,

Qualia tum cœlo sydera Roma dabit?

Principibus iunctus tum, Nazianzene, fereris,

Principibus vita iunctus, vt imperio.

D 3

Aliud.

Aliud.

*Constantinopoli viuens, sed mortuus vrbi
Inuigilat; dispar exitus officij est.
Despicitur viuens, colitur sed mortuus, an
mos*

Eous tantum distat ab Hesperio?

Per insignis est antithesis, qua uiuo mortuus, Constantinopoli Roma, Eoo mori mos Hesperius quasi e regione respondent tam apte, vt penè later Gregorium vel superbe contemptum à Gracis, vel officiose cultum à Romanis subministrasse lautam exquisitamq; materiem & Poëta, vt sit lepide artifex; & Ecclesia, vt sit insigniter felix.

Aliud.

*Diue, quem summus Latio Sacerdos,
Mille quem patrum celebrant Tyara,
Clara quem circum volitans Quiritum
Turba salutat.*

*Diue, facundis docuisse gentes
Cui datum verbis, stolidamq; doctis
Heresim scriptis domuisse cæli
Fulminis instar.*

*Diue, quem tellus generosa cælo
Fudit, & cuius tenebris beatos*

EXTA-

*Extulit mundo cineres fidelis
Pastor ouilis.*

*Sydus ô clarum, peregrinus ultra
Non eris Roma, medius sed inter
Principes stabis, decus occidentis,
Et pater urbis.*

*Vade nunc fœlix, pete vaticanum,
Et tuam sedem placida quietis
Vise, qua maius nec uterque mundi
Viderit axis.*

Aliud.

*Obscura illustres cineres contexerat urna,
Nunc meritò insolite lucis honore nitent.
Quod fecit viuus, fecit quoq; mortuus, imas
Dum sedes quarit, sternit ad astra viam.
Disce hinc, qui alta petis cœli, dum splendor
Eoi.*

In Latio latitat, clarior inde emicat.

Diuinus sensus, diuinum carmen, vt putes fuisse
Paulum, sinxisse Ouidium. nam sensus facit Poëtam
Paulum, versus facit Paulum Poëtam: ita ille sen-
tit de summissa mente altè, ita hic narrat de graui
re artificiosè, quanquam si roger sententiam, mal-
lem istic amari pium Paulum, quàm suspici venustu-
lum Ouidium. quæ sequuntur carmina, non idèd re-

ieciimus in postremum locum, quia nihil habebant
sciri (habent namque suum genium) sed quia lau-
dem sancti cum laude Pontificis ac templi ita impli-
cuerunt, ut ad certum aliquod caput non potuerint
reuocari.

*Eoas Draco seruat opes, non poma; neque
hortis*

Hesperidum vigil est, sed vigil ad Petri.

Protritum id est de Dracone, qui excubabat ad
poma Colchidis. hoc Poëta refert ad Gregorium Pon-
tificem, cui à Dracone, quem praefert in insignibus,
nomen ponit Draconis, eius tamen, qui intendit a-
ciem non in poma orientis, sed in opes, Gregorium
nempe Nazianzenum, neque hoc in hortis Colchidum
seruus, sed in ad Petri Pontifex.

Aliud.

Gregorij vigilant duo Petri ex arce, sed alter

Excubat alta etiam Diuus ab arce Dei.

Non pastor de valle, suum sed spectat ab alto

Monte gregem: gaude Roma beata tibi.

Gauisura magis, cum te spectabit & alter

Alto ex monte alta Diuus ab arce Dei.

Sensus clarus est, sedere scilicet in vigilia, ad Petri,
duos Gregorios. felicem Romam bino vigile. hinc è
caelo, illinc è Pontificatu, feliciorum futuram, è caelo
cum fuerit vterque vigil.

Aliud.

Aliud.

*Dum Græcus summi pastoris Episcopus vlnis
Excipitur, Petrus vidit, & obstupuit:
Mortu⁹ en viuū, summos en vincit honores
Pauper, ait. tantum vita beata potest.*

*Somniat Poëta, sed non sine iudicio Christiani;
iudicat Christianus, sed non sine somnio Poëta. ita
tamen vtrunque vterque, vt careat & iudicium hoc
peruersitate Christiani, & somnium illud vanitate
Poëta.*

Aliud.

*Te genuit Pontus, didicit te multo magistro
Sed Ponto & Ponti fluctibus aqua fides.
Roma tua arato quæ pignora pectore clausit,
In Petra cassum lumine pectus habet.*

Hoc Carmen referas ad templum.

*In mare prouoluens flumē de rupibus undas
Rursū agit occultas prima sub antra vias:
Sic quoque Gregorium mundi de gurgite
fas est*

De Petro natum flumen adire Petrum.

*Bellè, siue flumina spectes effusa ex mari, refusa in
mare, siue Gregorium ames fluentem ex Petro; reslu-
entem ad Petrum. quippè non rectiùs videtur natura
deriuare flumina in mare suam originem, quàm ars
Gregorium referre ad Petrum suum parentem. vtro-*

biq₃ exitus, vtrobiq₃ reditus, vterq₃ vtrobiq₃ rectus, di-
 uersa tamen venula, ibi natura, hīc artis. quid mora-
 ris tantulum diuersum? cū ars & natura duos ri-
 uulos reuocent ad duos fontes tam aptè, vt si præferas
 ibi arti ingenium, requiram iudicium; si hīc natura
 artem, desiderem ingenium. hæc carmina. in carmi-
 nibus nōne vides Mauseolos? in ordine nōne mira-
 ris triumphum? sed quicquid vel vides, vel miraris, ni-
 hil est, nisi videas, mireris, animos inclusos in carne,
 sine labe carnis. et si carmen, pictura, frondes, imago,
 tapes, aurum, reliquusq₃ ornatus fuerint maxima: ta-
 men illa pompa inclusa in mentibus nostris facit, vt
 hæc maxima videantur nulla. quippè si potuissemus
 aut ego pingere, aut tu videre illum nitorem animo-
 rum, illos imbres lachrymarum, illa suspiria, illa ci-
 licia, illas flammæ precum, videres nō homines crea-
 tos ex carne, sed carnem inductam mentibus diuinis.
 mirareris non homines sublatos in cælum, sed Sera-
 phinos delapsos in terram. Seraphinos? Germanos,
 vt ames magis, delapsos in terram? Romæ, vt mireris
 minùs. hæc, quia non potuimus exprimere colore, in-
 umbranimus carmine. Satis de apparatus, siue ille fue-
 rit collegij, siue vrbis, eccam supplicationem, proce-
 dentem, orantem. hīc cupio ad pompæ speciem repetam
 animo vias, quas suprâ tetigi eos institisse, qui sup-
 plicabant. repetisti? easdem etiam inspice instrata
 flore, fronde, rosa, tapete. inspexisti? satis. iam vt vi-
 deas ordinem, volo priùs videas, esse plurimos Romæ,

qui

qui Sodalitatum nomine censentur. Latini eos, qui coibant societatem de re amplificanda, vocârunt Sodalitates. Romani iam hoc nomen traduxerunt ad eos, qui suffusi calore spiritus capita conferunt, faciuntq; coitiones sacras de augenda re Christiana: ut quot sunt functiones hominis egregie Christiani, tot ferè iam Sodalitates numerentur Romæ. in carceribus sunt indigi, vnus pecuniarum, alter consilij, hic cibi, ille potus: his vel subleuandis vel redimendis est Sodalitas. Pauperes ne tyruncium quidem habent, quo sepeliantur; suis sumptibus tanquam suos sepelit Sodalitas. multis perit virginitas, vel quodd non possint, vel quodd non velint certi lecti sancta lege asringi, hac cura Sodalitati. multi magna nota viri iniquo fortunæ vulnere commoti sunt, pudoreq; nonnunquam ingenuo præpediti medicinam vulneri non querunt petendo, sed augent acerbitatem tacendo, horum & fronti & necessitati consulit Sodalitas. qui peregrinantur, aluntur à Sodalitate; qui ignorant, docentur à Sodalitate; qui orbantur, subleuantur à Sodalitate. breui comprehendo, singula penè charitatis munia à singulis Societatibus Romæ obiri rectè, impleri Christianè. Sanctam institutionè. hac specie puto primos Ecclesiæ conditores globatos in concionem contulisse capita, operas, opes ad proximorum vel inopiam subleuandam, vel excitandam tepiditatem. quis iam hæreticus mentiatur Romam esse Babylonem? immò quis demon nõ frendeat Babylonem factam

Etiam

Etiam cœlū? ab his Sodalitatibus magnus est splendor, pompa magna, siue orent, siue incedant, siue nitentur. prima sunt ordine, prima forma, prima cultu. ex his tres suprā triginta (vt suprā tetigi) circa horam decimam sextam, quæ ad normā horologij Germanici propè abest à meridie, conueniunt in campo Martio, reliquūq; processuris muniunt viam, hoc ordine.

Prima fuit Sodalitas Catechumenorū. sodalibus illa cura est, vt Iudæos è tenebris seruitutē, qua tenentur eorum non tam corpora, quàm mentes, vindicent in lucem libertatemq; Euangelij. vindictos alunt, confirmant, conformant. ô spiritum Apostolicum.

Secunda illa fuit, quæ S. Marcello dedit nomen. hæc multi est honoris, & quod antiquissima, & quod frequentissima. sodalibus nigra vestis.

Tertia fuit illa, quæ nomine corporis Dominici consecratur ad S. Quirinum in monte. sodalibus alba vestis.

Quarta Bergamatum, sacra D. Bartholomæo.

Quinta S. Andreæ. sodalibus cerulea vestis.

Sexta sartorum, insignis nomine & tutela Sancti boni hominis. sodalibus nigra vestis.

Septima Geneuensium, consecrata S. Ioanni Baptistæ. his vestis albi & rudissimi panni, specie cilicij ac cineris. hos præibant quidam sacco negligenter inuoluti, cinere fœdè aspersi, nudi pedes, tecti facies, nixi

bacilli

bacillis vastè rudibus, ex quorum capitibus extabant cruces lignea, facta eò concinnius ad artem, quò minus videbantur esse facta ad artem. forma hæc expressa ad antiquorum Pœnitentium imitationem, mirum est, quanto pietatis sensu affecerit etiam eos, qui, quasi esse plumbeos esset laus, gloriantur se non posse affici.

Octava S. Blasij. sodalibus vestis alba, tenuissimi fili.

Nona Mediolanensium, dicata S. Ambrosio. sodalibus vestis cerulea.

Decima S. Iuliani. sodalibus vestis cerulea.

Undecima S. Rochi. sodalibus vestis obscure viridis, hi præferebāt manibus faces vel simplices, vel præfixas extremis bacillis ad eum usum affabrè factis.

Duodecima S. Mariæ in hortis. sodalibus vestis cerulea.

Decima tertia sanctissimi Sacramenti. sodalibus tutelaris est S. Celsus, vestis linea & alba.

Decima quarta fabrorum lignariorum in carcere Tulliano. sodalibus vestis cerulea.

Decima quinta S. Gregorij. sodalibus vestis cerulea.

Decima sexta. S. S. Sacramenti sub tutela sancti Triphonis apud Augustinianos. sodalibus vestis alba.

Decima septima S. Mariæ plangentis, Christumque in sinu ferentis, vulgò à pietate nomen habet sodalibus

dalibus

dalibus vestis mista colore partim viridi, partim nigro.

Decima octava mortuorum, sodalibus vestis nigra, his cura mortuorum, reorum, damnatorum. nam ad sunt mortuis prece, reus consilio, damnatis cruce. horum pietate, charitate, consilio fit, ut qui Romæ plectuntur, libentes plectantur, cupiantque morte piare scelus, quo Deum, hominem, remp. violarunt. hi etsi id habeant priuilegij, ut nunquam prodeant in publicum, nisi die veneris sanctæ, aut cum supplicium alicuius extremum eorum requirat charitatē, hoc tamen die extrusi sunt in pompam edicto Pontificio. his præferebatur crux, in qua totis artibus horreres imaginem mortis, quasi ipsam mortem, eò magis, quòd minabatur omnibus hoc elogio, Nemini parco.

Vnde vigesima sanctæ Mariæ Lauretanae, sodalibus vestis alba, vexillum pulcherrimum. hæc Sodalitas numerosior videbatur, quòd sese huic adiunxerant illi, qui S. Chrysogoni Sodalitati dederunt nomen; eodem colore, eadem penè forma vestis.

Vigesima Boloniensium, dicata S. Ioanni Euangelista. hæc præ reliquis fuit insignis veste, crucifixo. nam vestis linea tenuissimi filii, albißimi coloris, manicarum fluentium, capucij hinc inde penduli, ac ea parte, qua tegebat vultum à fronte ad pectus vsque, insigniti cruce, mirum, quantum ornarit Sodalitatem honore, supplicationem pompa. crux expressa ex panno serico aut holoserico rufi coloris in albißi-

ma veste lucebat, quasi Sol in cælo nihil poterat fingi ad rem nitidius, ad formam cultius, ad splendorem pulchrius. crucifixus præferebatur, qui quod arte factus, in ærorem impressit pius; quod auro illitus, admirationem expressit curiosis. quanquam ad crucifixi pulchritudinem non tantum accessit, quod caput pelucebat auro, quam quod pes videbatur non sustineri manu, tanquam factus, sed tanquam natus, in nitidibus montibus.

Vigesima prima sanctissima Trinitatis. hac numero, pietate, charitate est consecuta, ut dicatur Archifraternitas. quoties hanc Archifraternitatem cogito, toties miror hæreticos ita sine fronte esse, ut negent Romam sanctam esse. si non essent Romæ, qui scelus piarent cinere & sacco; si non essent, qui Hebræos informarent præcepto & exemplo; si non essent, qui reos redigerent in ordinem verbo & facto; si non essent, qui reliqua officia Christiani hominis obirent verè, sincerè: tamen hæc vna Archifraternitas florens summa sanctitatis laude Romam faceret summam, faceret sanctam, faceret cælum. quid ogganniunt hæretici? charitas vera, quæ huius Archifraternitatis cancellis includitur, si non obscuræ penitusque obruat totam illam sanctitatem, quæ specie ficta pellucet in hæretica face. Calvinianus sim, id est, ad perpetuam flammam damnatus antiquitate, damnatus ratione, damnatus propria conscientia. nam purpura hæc & diadema abiiciunt se ad pæuperis

ris sordes, ad pauperis pedes. maximi viri Christum, Christi exemplo, lingunt infectum in Lazaro, vestiunt nudum in Ioanne. sariant esurientem in Petro, recipiunt eiectum in Iona, docent rudem in Centurione, lauant q̄ sordentem in Apostolis. Cardinalibus, Episcopis, Ducibus, Principibus, Nobilibus, maximis plurimis, qui in hanc Archifraternitatem asciti sunt, non satis est, pecuniam subministrare ad sumptus: adsunt ipsi pauperibus, excipiunt, exuunt, lauant, abstergunt, docent, consolantur, iuuant cibum adsunt; iuuant pecunia, dum redeunt. si videres Cardinales & Duces nixos genibus, vt lauent; si videres pauperes & sordidulos pedibus refugientes, ne lauentur; tot putares te videre Christos suauiantes, tot Petros renuentes. hinc & hinc lachrymæ. in Cardinale amoris, in paupere pudoris. sed vincit Christus Petrum, & vincit verbo, non manu. vidi flens scribo triumphans, sed triumphans de heretico, ne putetis superbum. charitatis, quæ in hac Sodalitate ardet potius quàm viget, illud sit signū, quod hæc vna centum viginti millia pauperum, qui anno Iubilei visebant sancta loca, exceperit tecto, pauerit cibo, informaret exemplo. iuuerit comætu. sodalibus vestis rufa, cingulum rufum, calceus rufus. pulchrè ad speciem, aptè ad notam charitatis. etiam splendor erat ex vexillo, maximo maximus, pulcherrimo pulcherrimus.

Vigesima secunda Campi sancti. sodalibus vestis nigra.

Vigesima

Vigesima tertia S. Catharina Senensis. sodalibus vestis alba.

Vigesima quarta S. Alexij. sodalibus vestis caerulea.

Vigesima quinta SS. Faustini & Iovita. sodalibus vestis linea & alba.

Vigesima sexta S. Maria ad quercum. sodalibus vestis alba.

Vigesima septima S. Laurentij in Damaso.

Vigesima octava Neapolitanorum. sodalibus vestis alba subtilissimi filii. calceus albus ad dorsum appesus, albus galerus, margine latè fluente, sed lana rudissima, formæ q̄ non ita polita.

Vigesima nona eorum, qui equos regunt in vinculo ad S. Petrum, dicata diuo Iacobo. sodalibus vestis linea, alba.

Trigesima Florentinorum sub tutela D. Virginis, qua à pietate cognominatur sodalibus vestis caerulea.

Trigesima prima Confalonis. sodalibus vestis ex lino alba. plurimus istic erat ornatus ex cruce in pectore inclusa circulo.

Sodalitates has claudebant Orphani, amicti veste alba, pileoq̄ albo, rotunda formæ. non possum hîc statuere, quid statuam de splendore harum sodalitatum. nam fuit splendor in numero, splendor in ordine, splendor in ornatu, splendor in musica. unde de numero? sex millia capitum censebantur supra apparitores, & Sacerdotes. de ordine? bini procedebant perpetua serie contexti. Sodalitates primas muniebant

E

niebant

niebant crux, & apparitores, extremas claudebant
Sacerdotes & Clerici, medias secernebant vel vexillū
vel musica, vel vtraq;. de ornatu? singulis erat vestis
promissa ad talos, caputium (vtor nouo verbo in re
noua) vesti assutum, quo poterat tegi vultus: fax sin-
gulis in manu vel simplex, vel praefixa bacillo. alij e-
rant operti vultum, aperti alij. de musica? concinebāt
psalmos, hymnos, laudes Deo Diuinę, hi alta, illi di-
missa; alij naturaliter fusa, alij modulatè conforma-
ta voce: arte omnes tam concinnè, vt putares esse non
hominum, sed diuinarum mentium harmoniam, cō-
centumq; suauissimum. de grauitate nihil quere;
Germanica fuit; de pietate nihil, Græca fuit; de
religione nihil, Romana fuit. Sodalitatibus suc-
cedebant ordines sacri.

Primus erat eorum, qui apud D. D. Ioannem &
Paulum in monte Caelio etatem terunt in negotiis,
non studiū, hæc causa, cur vulgò dicantur ignoran-
tes.

Secundus S. Onuphrij, in monte Ianiculo.

Tertius eorum, qui vestigia S. Francisci de Paula
persecuti, austeritate, sinceritate, bonitate, bonorum
hominum meruerunt cognomen.

Quartus S. Francisci conuentualium apud S. Da-
mianum.

Quintus Capucinatorum, Angelorum penè dixerā,
& quod auget laudem, Angelorum in carne huma-
na. nam ita viuunt, quasi nihil haberent carnis; ita

mo-

moriuntur, quasi nihil haberent sensus. Spiritus sunt, si spectes nullam titillationem sensus; Diui sunt, si spectes nullam suauitatem carnis. cibus illis est meditatio, potus lachrymæ, consolatio flagellum, vestis cilicium. breui perstringam, Diui sunt in terra. horum numerus multus, & si duces principes, doctos cogites, magnus.

Sextus eorum, qui D. Francisci præscriptionem calcæati sequuntur apud SS. Apostolos.

Septimus eorum, qui arctiorem D. Francisci regulam nudi pedes sequuntur, in Ara cœli.

Octauus Augustinianorum.

Nonus eorum, quos dicimus S. Augustini obseruantes ad portam populi.

Decimus S. Chrysogoni trans Tyberim.

Vndecimus Carmelitarum apud S. Martinum in monte.

Duodecimus Carmelitarum apud D. Virginem Transpontinam.

Decimus tertius S. Clementis.

Decimus quartus seruorum apud S. Marcellum.

Decimus quintus Dominicanorum apud Mineruam.

Decimus sextus Religiosorum apud S. Alexium.

Decimus septimus Canoniorum regularium apud S. Petrum in vinculis.

Decimus octauus congregationis Oliuetanæ apud S. Mariam nouam.

Decimus nonus Cisterciensium obseruantium apud S. Praxedem.

Vigesimus Camalduensium apud S. Gregorium.

Vigesimus primus Benedictinorū apud S. Paulum.

Vigesimus secundus Canoniorum regularium sancti Augustini apud Mariam de pace.

Vigesimus tertius S. Saluatoris in Lauro.

Sacros ordines terminabant Canonici, Sacerdotes, reliquique, qui administrant rem Zenodocij sancti Spiritus, quo nihil habet Ecclesia aut sanctius institutum, aut pulchrius constitutum. de ordine, religione, pietate, precibus nihil dico. quanquam omnia dico, si id vnum dico, religiosos fuisse. horum numerus, duo millia. sacris ordinibus continentes erant magistratus Camerae, alius alia veste, Sacerdos demissa breui laicus, ornata vterq; his adiungo Notarios, Protonotarios, Aduocatos, Camerae, Archiui, Rotae, quorum facilius iniaeris numerum, quam expresseris ordinem. ducenti supra mille numerabantur omnis notae magistratus. bini semper procedebant, ac praeferebant faces albas, singuli singulas. nihil pulchrius. his subiungebantur illi, qui in seminario Romano imbuuntur moribus & literis ad Ecclesiarum in vrbe vel ruinas reficiendas, vel functiones obeundas. lectissima est iuuentus. clericis seminarij continens erat reliquas vrbis clerus longe numerosissimus, in his tres Patriarchales Ecclesiae S. Petri, S. Ioannis Lateranensis, & S. Mariae Maioris splendebant, vel quod vltima,
vel

vel quòd summa. magna erat pompa harum trium Ecclesiarum in musica; in umbraculis, in tintinnabulis, in crucibus, in vexillis factis ad imitationem Pyramidum. augebatur pompa, quòd has Ecclesias præiuerant Canonici S. Laurentij in Damaso, & S. Mariae Transyberinae, eadem forma, eodem splendore. singulis erant in manu singulae faces, albae, magna. alterum coelum mirabar distinctum stellulis.

Ultimo loco erant Praesules, multi, magni. hic maxima pars erat Canoniorum S. Petri, qui præter reliquos honorificèrissimi aliquam præclaram functionem in aula Pontificia obibant, Datarius, Thesaurarius, & loci huius alij. hi proxime præibant sacrum corpus, illudq; humeris sustinebant, eo ordine, ut fatigatis summitterentur integri. id fuit hic ad magnificentiam ornatissimum, quòd hi Praesules amiciebantur vestibus Ecclesiasticis summi pretij. aurum hic & argentum instar erant nihili. gemma, lapillus, alia pretiosa lautæque materies, texta, picta, incisa, præstringebat & intuentium oculos splendore, & admirantium animos pulchritudine. sacrum corpus erat in cistula inclusa ferro, perlita cera, ne quis ventulus se insinuaret, & obiecta holo serico. cistulam hanc sustinebat feretrum affabrè factum, ac argento vndique pellucens. ex eius singulis lateribus extabant bacula pulchrè polita, quibus (quod in efferendo funere solet esse) humeros suos subiiciebant Canonici, quos diximus sustinuisse corpus sanctum. cistulam locatam

in hoc feretro lugubri, vel potius triumphali curru, tegebat supernè pannus intextus filo argenteo (vmbellam vocant Romani aut vmbraclū) qui quatuor baculis altè sustinebatur à senatoribus, & tribunis plebis, à Baronibus, & nobilibus, qui in Camera habebāt nomen, non illis fortuitò obiectis, sed iudicio selectis ad hunc honorem. alternæ erant hîc vices sustinentium, cedentium, non impositæ auctoritate, quasi inuitis; sed summa voluntate libèribus susceptæ, ita ardebant pietate in sanctum Dei. hanc puto esse notam veram veræ nobilitatis. ad latera huius vmbraclū fluebant panni serici, in quibus effigies D. Gregorij erant pulchrè expressæ, habitu Episcopi, in campo aureo. Græci adolescentes (quos Pontifex ad spem purgandæ Græciæ curat in vrbe pietatis ac religionis puritate tingēdos) habitu coloris cerulei. formæ Græcæ eleganter amicti cingebant corpus sui Diui, ac faces præferabant, singuli singulas. feretrum muniebat hinc & hinc armata cohors Heluetiorum, ponè ala equitum Pontificiorum. incedebant illi pedibus, hi equis; illi bipenni, hi hasta instructi. vestis Heluetiis sua; equitibus Romana, rufi coloris, aperta lateribus, simbrias holoserico rufo latè ornata. cohors Heluetiorum, & equitum ala, etsi instruebantur ad necessitatem, vt populi irruentis, ac seriem intercisuri importunus ardor reprimeretur, tamē cedebant ad pompam. hoc ordine proceditur. ad arcem S. Angeli corpus excipiunt cormeta bellica magno numero, horrissono fragore, tremo scribens,

bens, quid putas audienti? inter plateam, quæ vulgò dicitur Burgo, & extremos gradus Palatij ac S. Petri est area, quæ tam longè lateq; patet, vt centum millia hominum nullo periculo capiat. huc cum ventum sit, Pontifex cum suis venit obviam sacro corpori. hic ordo. primi fuerunt domestici Pontificij, qui sunt à cubiculo secreto, qui sunt à cubiculo non secreto, qui sunt à cubiculo extra septa cubiculi (hi postremi succedunt vicarij opera secretorum cubiculariorum in rebus extra parietes priuati cubiculi) & capellani, quibus partes præferendi mitram & diadema Pontificium. his omnibus talaris vestis purpureo colore suffusa, manica stricta propriè manum, paulatim cubitum versus diductior, ad cubitum omnino fluens, propè humeros tumida ac sinubus multis & eleganter implicita, quibusdam pendeat neglectim, quibusdã venustè inducebatur. tot, tam magnos, venustulè purpuratos, quis non suspiciat potiùs quàm inspiciat? post hos sequebantur nobiles quidam, qui summis è insident gradus extremos subiectos solio Pontificio: his succedebant conseruatores ciuitatis. conseruatoribus perpetui erant oratores regum & principum. hos excipiunt senatores Romani; hinc locus legato Imperatoris: huic succedunt principes, qui occupant gradus substratos sedi Pontificia. post hos musici Pontificis, Abbreuiatores qui dicuntur, Acolyti cum candelabris. post hos subdiaconus Dalmatica reliquisq; sui ordinis vestibus ornatus, præfert crucem, me-

dius inter duos ostiarios, singulos singulis virgīs oblongis, quasi caduceis, insignes, post crucem, subeunt primo loco Sacerdotes, qui praesunt conscientibus in aede D. Petri (pœnitentiarios vocat trita voce) altero Abbates, tertio Episcopi quarto Archiepiscopi (hi tres ordines numerosi fuerunt, quod Pontificio vocatu omnes se stiterant, qui quinquaginta millibus passuum aberant ab vrbe) quinto Praesules oratores, sexto Vicarij Põtificis, qui Assistentes vocantur, septimo Cardinales, sua quisque veste ornati splendide, Episcopus tyara, Sacerdos pianeta, alius alia, proximè ante Pontificem insignes praeter ceteros erant duo Cardinales diaconi, qui Pontifici in re sacra nauant operam, tres Acolyti, quorum vnus nauiculam incensit, alij duo duo ferebant thuribula pulchre pendula post hos Põtifex eminebat sublatu humeris duorum, qui sunt a pedibus; tectusque umbella, quam quatuor bacillis sustinebant equites S. Petri hoc ordine, hac pompa, his praeeuntibus, venit Põtifex obuiam sacro corpori fertur sublimis sub umbella usque ad extremum gradum S. Petri, hic paululum subsistens descendit, ac cum moneretur figere gradum, pietatis sensu instinctus, se incitat celerius, nixusque genibus coram corpore sancto fudit preces ardet, fundit lachrymas effuse. postquam aliquandiu flexu genibus illachrymatu erat corpori, surgit, ac feretrum demissum quasi in terram complexus, osculoque dissuauians secedit in sinistram partem, ipso punctulo redeunt Pontificij in sacellum Gregorianum eo ordine, quo venerunt in aream;

Põnti-

Pontifex subsistit, ac feretrum sublatum persequitur, proxime, solus. dum corpus subit in eadem diuisi Peetri, auditur tantus fragor tormentorum, tantus campanarum tinnitus, tantus buccinarum clangor, tantus tympanorum concentus, tanta reliqua musica tamq̃ suavis modulatio, vt Roma nunquam viderit triumphum, si nunc non viderit. ventum est ad Sacellum, corpus primo die d. ponitur ad altare, quod fumabat thure, gliscebatur auro fulgebat face. post depositum corpus, Pontifex adhibet thus, incepit vespervas S. Gregorij, ac cum reliquis Praesulibus extraxit in noctem. nam numerus procedentium fecit, vt translationem ad meridiem coeptam exciperet tardissima hora. altero post die Pontifex obiuit solennia missae, post missam caeremonia stata corpus sanctum reposuit in magnificentissimi sacelli magnificentissimo loco. de sacello quid dico? editior pars emblemate vermiculato, & tesseralis pulchre compositis distincta, media autem pars longe lateque ad pavementum vsque Graeci atque Africani marmoris, quod imitetur Pyropum aut flammam, facile dicunt, dum tacent, Ierosolomitannum templum equari hic, atque adeo (si tantulum cum tanto, tam angustum cum tam Augusto conferatur) superari. imperfectum est opus adhuc, sed, vt mireri splendorem, quae est confecta pars, nonaginta millibus aureorum confecta est. quinquaginta opera inchoarunt prius opus, vrserunt paulo post trecenta quinquaginta. quid pergo? singula loquuntur. ac,

quamdiu stabit Roma, loquentur & Pontificis munificentiam, & rei magnificentiam. in hac & illa est bonitas Dei sanè summa, qui sanctos suos è latebris & cauernis omni etate eruit, & collocat in luce splendoreq; mundi. pretiosa est mors Sanctorum, pretiosa in caelo coram Deo, pretiosa in terra coram hominibus. Neronis obruit etas, aut inurit notum infamia; Gregorios ornat etas, & illuminat stellulis gloria. si subiicerem versus, quibus Graeci, Latini, Hebraei, Arabes, Itali, Galli. S. Gregorium ante mille ducentos annos mortuum celebrârunt, annus esset, nausea esset. vt anno parcam, vt medear nausea, vnũ pono epitaphium, vnum poëma. epitaphium expressit Catena, qui est Alexandrini Cardinalis à secretis; poëma panxit Frizolius: antiquè ille, pulchrè iste, ingeniosus vterque. in epitaphio est vita Gregorij Nazianzeni, in poëmate est splendor Gregorij XIII. sed tacebit Turnerus, loquentur Catena, & Frizolius.

E P I T A P H I V M.

D. O. M.

D. GREGORIO. CAPPADOCIAE
 RETHORVM. PHILOSOPHORVM.
 Q. STVDIIIS. ERVDITISS. CO-
 GNOMEN. THEOLOGO. PRIMVM.
 SALIMORVM. DEINDE. NAZIAN-
 ZENO. EPISCOPO. HAERESIM
 SVM

SVM. EXPVGNATORI. CON-
 STANTINOP. PRAESVLI. QVA.
 DIGNITATE. DEPOSITA. PRI-
 STINA. Q. SEDE. TANDEM. RE-
 LICTA. RVRI. MONACHI. VITAM.
 RELIGIONE. AC. STVDIO. CO-
 LVIT. COMPLVRIB. SAPIENTIAE.
 AC. ELOQVENTIAE. EDITIS.
 MONVMENTIS. SVB. THEODO.
 PRINC. DECESSIT. CVIVS COR-
 PORE. HVMILOCO IACENTE.
 ROMAM DELATO. IN CAMPO
 MARTIO. SVB SACRARVM VIRG.
 GRAEC. CVSTODIA CONDITO.
 GREGORIVS XIII. PONT. MAX.
 IN OPEROSVM. VATICANI. TEM-
 PLI. SACELLVM. GREGORIA-
 NVM. DITISSIME A SE EXTRV-
 CTVM. AMPLISSIMA. P. R. OM-
 NIVM. Q. SACRORVM ORD. SV-
 PPLICATIONE. VENERATIONE.
 Q. TRANSLATO. HONOR. NO-
 MINIS. AC. PIET. CAVSSA. IPSE
 HONORIFICENTISSIME POSV-
 IT DED. Q.

AN. S. M. D. LXXX.
 III. ID. IVN.

SACEL.



SACELLVM

GREGORIA-
NVM LAVRENTII
FRIZOLII.

GREGORIO XIII.
PONT. MAX.

*Da veniam tua, sancte Pater, tenuâsse fatenti
Grandia. non studij hac culpa, sed ingenij.
Qui poterant magni vates, cessere: relictum
Hoc subij, sana vix ego mentis onus.
Sit voluisse aliquid, non laudem, aut munera posco,
Sat veniam leuibus me reperire modis.*

EXTVLERAT lucem nitido sol au-
reus ortu, (cipis adem
Etiam tempus erat Petri sub Prin-
Augustam translata, sacris de more peractis,
Condere Nazanxi monumēto antistitis ossa:
Excelsūmq; opibus tantis ditare sacellum,
Gregorij Magnum quod habet de nomine
nomen. (gens,
Concursus templum populi compleuerat in-
Perq;

Perq̄ vias gentis celebres properatis eodem
Agmina perpetuo fluxu glomerata ruebant.

Quisq̄ nouum miratur opus, fixisse superbos
Luminibus fertur suspensa mente per orbis.
Sedibus huc effusa suis pulcherrima rerum
Pulchrius aspexisse nihil se Roma fatetur.

Hic placidi Laurens non infimus accola

Apruse

Sepè pererratis stupefacto lumine templis
Tyrrenum Antigenem, quo cum loca visere
sancta,

Et studio externas pietatis querere terras
Sueuerat, aggressus dictis cōpellat amicum.

Antigenes, teētis dudum vagor auis altis;
Ignota obiiciunt oculis se plurima, mentem
Diuerso qua sollicitam certamine pulsant.

Tu mihi, tu rerum prudens, dum sacra pa-
rantur,

Induitur niuea summus dum veste Sacerdos,
Succurre, & cupido monstrata ediffere, sedes

Qua liceat patrias repetēti audita referre,
Antigenes iussa antiqui facturus amici,

Iucundoque iterum visurus teēta labore

Aurea, Laurentem sic contra affarier orsus.

Tolle oculos, pietosq̄ alta testudinis arcus

Suspi-

Suspiciens, operis mecum spectacula tanti
 Perlege, & impositas tectis hinc disce figuras.
 Ordine percurrēs breuiter tibi singula pan-
 Teg, tuis oculis etiam manifesta docebo. (dā,
 Aspice inaurato sublatam formice molem.
 Vt tollens aquis se partibus undique surgit,
 Leniter & curuans alti fastigia templi
 Interius sinuat circo caua tecta rotundo.
 Conuexi medium (cernis) sol influit orbem
 Lucidus & radiis lustrat splendentibus adē,
 Infundit vitreisq; diem specularibus ortam,
 Substructā longis illinc candentia latē (lumi
 Quā bene metantur quadris discrimina ce-
 Limitibusq; secāt variata cacumina certis
 Dimensis (tenuis artis ne despice lusus)
 In spaciis passim mollis se fundit acanthus,
 Inq; hederæ gracilis morem vestigia pandit,
 Grammineisq; tholo serpēs amplexibus alto
 Tollit brachia lēta, racemi ferosq; corymbos,
 Desinitet tandē in facies hominis uē, fera uē.
 Cancellis foliorum inter circumdata flexus
 Candelabra uomunt tremulas è vertice
 flammās,
 Fædantes atro non unquam culmina fumo.
 Inferius cassas externa luce fenestras

Et vacuo auratum cingentes ordine tectum
 Aptæ Corinthiaci dirimit fultura laboris,
 Circuituq; nitens spectatum lumina poscit.
 Glutine qui candent arcus, auroq; renident.
 Quorū humeris sublat a polo fastigia surgūt,
 Ipse vides qua signa ferant. in stipite abenū
 Implicitis anguem pendentem flexibus alto:
 Vipereis agros recreantem morsib. anguem,
 Obductasq; alis facies, volucrumq; figuras.
 Tutelam hīc orbis nō vna ex parte dracones
 Defecto cauda videas rutilare veneno,
 Auxilio innocuas & pandere gentibus alas.
 Excubat in vigili custodia lumine, monstris
 Barbaricis oritur cristato è vertice terror.
 Aspice quā tectis Ephyrea nititur. aureis
 Artis opus, gyro in sese vt redeunte corona
 Prominet, & pictum candens discriminat
 orbem. (lympo
 Hanc subter liquido æternum, qua gaudet o-
 Cernere erit gentem, vultusq; & discere no-
 men. (sat
 En dextra magnus sacrata volumina ver-
 Gregorius, cuius gemmis diadema coruscant,
 atq; auro, sacrū triplici caput orbe coronat.
 Huic sanctus formamq; gerens, speciemq; co-
 lumba Spiri-

Spiritus aduolat, mentemq; docētis, & ora
 Cælesti sensu, & verbis cælestibus implet.
 Hinc nitidam puro concepit pectore lucem,
 Quæ chartis illapsa sacris splendore refulsit,
 Et liquidū densas purgauit in athera nubes.
 Hinc rectos animorum habitus dimensus a
 moris

Limite diuini, sanctis virtutibus orbem
 Instituit, funditq; nouos in pectora mores.
 Quin etiam patrij flauas ad Tybridis undas
 Quæ vaticanus nigrantē porrigit umbram
 Pastorū princeps, ouium quæ cura magistro
 Solicitet, qui sint morbi, quæ pabula lætas
 Efficiant, fontesq; docet, tristisq; luporum
 Quæis rabies fugienda modis. in finibus idæ
 Terrarum extremis, Tamesis quos carminibus
 dulci

Cyrenorum resonans, herbofo interluit amni
 Dum nollit genus indomitum, dum suaue
 colendi

Flectit in obsequium Christi fera pectora,
 Partibus adiectæ fidis cognomine gaudet.

Respondet læua linguarum doctus, & ora
 Illyricæ decus eximium, quem nomine sacri
 Religio, meritoq; ornat pietatis honore.

Hic

Hic pedibus calcans, q̄ vulgus inania captat
 Gaudia, contēpto circumdat corpus amictu,
 Longaque per multas ducens ieiunia luces.
 Membra domat, siluisq̄ habitans, specu-
 busq̄ ferarum,
 Mansuetum & mulcens (cernis post terga)
 Leonem, (stum,
 In cruce non vno confixum vulnere Chri-
 Et caput & sanctos lacerum crudeliter artus
 Saucius ingenti tantum sibi poscit amore.
 Nigrantem oblitus calamum, quem sumpsit,
 ut vnum, (vno?
 Te fixus spectat? Te ut Christe moratur in
 At Latios contrapatres duo lumina Graia
 Conuertens in tergū acies, huc respice gētis.
 Ille (vides) mitra insignis, qui mente recedit
 In sese tota, aduersoque in codice figit
 Obtutum tollitq̄ manu, exsinuatq̄ volumē,
 Corpore procerus, macies cui pallida vultum
 Demittit, Basili nomen cognomine magni
 Illustrat: claris rediens qui doctus Athenis,
 Cappadocum patriam decorauit laudibus
 urbem:
 Eloquio populisq̄ graui, sanctisq̄ beatas
 Exemplis iter ad sedes monstrauit, & imis
 F Mor-

Mortales terris erexit ad aethera curas,
 Ille viros solis agitantés montibus unâ
 Communem ad vitam, moresq; habitumque
 coëgit.

Sub sanctis hos suave iugū tolerare magistris
 Edocuit, castâque inopes splendescere vita
 Secretos populo, & fallacis imagine mundi:
 Momento incautos rapiens q̄ præterit hora,
 Et breuia æterno commutat gaudia luctu.

Felices, si certa sibi sententia constet,
 Propositumq; petat finem, crebrisq; procellis
 Semoti, rapido ventorum à turbine tuta,
 Auersa & trucib. monstris statione quiescāt.

Alter, deposito capitis quitegmine calvis
 Verticis ostentat summū, quæ mente volutat
 Argumenta, poli volitans dum culmina
 tentat? (auras

Nec secūs atque aquila, aërias quæ vecta per
 Effugit humanos visus, fuluisq; coactas
 Condensò pennis diuerberat aëre nube.

Aetherias superatq; vias, solisq; propinquis
 Flammifero victrix desigit lumina curru:
 Alti volans penetrat cælū, sanctisq; reportat
 Magnarum in terras dictis mysteria rerum.
 Vnius, trinique Dei secreta recludit:

Et patre qui procedit amor, natoq; per orbē
Facundo latè magnum diffunditur ore.

Quo studio afflatus sensus diuinitus instat
Promere? & humano prudens substernere
captu? (gent

Queis calamum ingenij collectis viribus vr-
Arcana aternis mandans cœlestia chartis?

Quā largos sophia spargit de fonte liquores?
Seu plantas Christi sumentes dulcibus undis
Irrigat, & ductis reficit viridaria riuis:

Et præter Sasimos gradiens in saltibus oræ
Hellepontiacæ gregibus dat pocula letis,
Et patriis liquidos armentis elicit amnes,
Seu magno obstantes torquet cum murmure
syluas,

Stirpèsque, Hirsutósque vepres sub gurgite
voluit:

Eruit & celsò tremefactas vertice quercus,
Imbribus ætheriis auctus, venâque perenni.

Audit hunc magni tellus Byzantia quondã
Imperij sedes, diri nunc sua tyranni

Regia, sedantemq; patrum, plebisq; tumultus
Sacilegi captæ insidiis fallacibus Ari.

Andiuere vrbes, Asia carique parentis
Defuncti vita, fratrisq; piæque sororis

Edentem in tristi moderatos funere fletus,
 Atq; alios memori luctus quos donat honore.
 Te quoque Cecropia secum iuuenilibus vrbe
 Florentem studiis: mox & meliora secutum
 Defleuit sacrum Basili caput & tua facta
 Et merita egregios cumulauit laude labores.
 Nunc puro eterna radiantes lucis amictu
 Ambo Cappadoces, celebres virtutib. ambo,
 Vestra simul fixis expressa coloribus ora,
 Et sacros habitus, & pastoralia Graio
 Pallia, sacra atq; crucis vestigia more
 Hac iungi, hac nitida cerni gaudetis in aede.
 Latitiae pater Illyricus qui fontibus hausit
 Alterius vestrum latices, sua gaudia miscet.
 In varios an ducta modos, quae condita sacro
 Carmina sunt vati memorem & non illa pro-
 fanis,

Qualia Graiorum prisca cecinere Poetae,
 Figmentis vacuas hominum tentantia mentes:
 Sed pudor intactus canitur: sed carnis inultum
 Seruitium vrgetur misera: quae bella minatur,
 Crudeles dominam contra quae comparat
 hostes:

Aduersarius acer opes, luxumq; merumq;
 Furtaq; sublimesq; gradus, fascesq; superbos.

Obii.

Obiicit, & blando sensus pertentat amore,
 Pollicitisq; animis tollens mendacibus inflat.
 Huc monitu sancti doctus tu carminis, atras
 Pelle crucis signo in tenebras. crucis ille tre-
 miscit (ret.

Aspectum, & tantis contendere virib. hor-
 O placitis Christo dum morib. aspera format
 Pectora, dumq; brevis lachrymans incom-
 moda vita

Mæret, quàm suavi distendit nectare dicta?
 Miscet & Aonio stillantia mella lepore?
 Nunc breuibus tacita expediam, quod
 menterequiris.

Hic genus exigua Nazanzi duxit ab urbe
 Egregiū: tanti radians q̄ sidera alumni,
 In Boreæ pariter fines effulsit, & Austri,
 Vnde oritur, quâ precipitans cadit ætherus sol,
 Oppositumq; nouis afflat splendoribus orbē.
 Hic ille est, sacras hesterno lumine cuius
 Reliquias celebri pompa comitante secuti
 Ante gradus, molli ascēsu quos marmora latè
 In platea tollunt frontem, deuenimus imos:
 Constitimūsq; patrum donec, sanctique
 senatus

Occurrit sacris fulgens in vestibus ordo.

Maximus ipse pater, caros ut vidit adesse
 Thesauros, humilis solio descendit ab alto,
 Obuius & pedibus graditur, scalisq; frequēti
 Stipatis populi turba descendit, humique
 Impressis genibus sanctis, & vertice nudo
 Supplicis in morem: nobis saluete beata
 Ossa (inquit) celsa tandē veneranda sub aede.
 Vos ô qui rexit iam spiritus aethere felix,
 Illum deuoti colimus si pectore puro,
 Et nos, & populum hunc spectans, orbemque
 redemptum

Conciliet precibus Deo commendet amicis.
 Sic fatur lachrymisq; pius rigat ora profusis,
 Et tenet incumbens auidis complexibus vit-
 nam.

Exemplo patres tanta pietatis, & ipsi,
 Et populus largis suffundunt lumina riuis,
 Ossaque delubro interea pretiosa reponunt:
 Sub nitida hac condi que mox spectabimus
 ara. tem

Ille suis plausus spectans pompamq; frequen-
 Reliquis sedem augustam gratatur olympo.
 Et sibi cum Petro consorti gaudet honore:
 Pontificisq; Deo voces, lachrymasq; precantis
 Virgine, caelicolumq; choris latantib. offert.
Infe-

Inferiùs paulò sublimi à cardine mundi,
 Vnde aquilo surgit, cernis genitricis ut almæ
 Siderea aspectum missus veneratur ab arce
 Nuntius? ut blanda trepidantem voce salu-
 tat? (terris

Luminibus septum, & radentem proxima
 Fulgentes nimbi cingunt, auræque serena
 Aetherias agitant crepitâti flamine pennas,
 Et roseos crispant crines chlamydemque vo-
 lantem.

Annuit ipsa Dei iussis castissima Virgo.

At q̄ ignota mihi sese simulachra duorum
 Prisca virum dextra ostendunt? caput ille
 sinistra

Adnixus similis versanti pectore magna,
 Inuigilat libro, præ se quem conspicit, illum
 Expansum genibus tollens: astitit anxius alter
 Antiqua euoluens oracula, lumine circum
 Vestigat ducto veteres indagine chartas,
 Respicit & tergo radiantē flammis auram,
 Vos ô quos memorē? populi patresne? ducēs-
 An vates? certè vates, nisi fallit imago, (ne?
 Comptusque, & proprio Deo mens concu-
 ta. verbi

Aeterni afflatōsne animos, arcana fatigans

Virgineopurum sumpturi è sanguine corpus?
 Arcana ætheriis vel mentibus incomprensa?
 Tantus amor cælo, humanam traducere gen-
 tem? (cam.

At multò quod tutè magis mirabere di-
 Effigies non has liquidi fecère colores,
 Templi nulla manus tectis diluta superbis
 Pigmenta illeuit: sed versicoloribus ante
 Fucatas maculis, incocta & luce nitentes
 Tesserulas, docta artificis, studiosaque cura
 Componens, summis infixit glutine ducto
 Parietibus: fucum trabea, lutumq; cothurnis
 Tesserulis duxit, saturo diuersa colore,
 Vt quæq; effulsit, formans oculosq; genasq;
 Mentisq; promissis barbibus, mollesq; capillos:
 Implicitæque sinus vestis, celsoque tiara,
 Incuruòque pedo distinctas ordine gemmas:
 Et vario pinxit viridantia gramina flore.
 Sic alas, sic pectus auis, quæ Phaside venit,
 Quæque coleratis longè defertur ab Indis,
 Phænicisque caput totiens per secla renata,
 Insignes vario intexunt discrimine pluma,
 Et picturatis decorant lita membra figuris.
 Vt summa emineant planis, depressaq; rursus
 Corpora subsidant spatiis, captantq; tuentes:

En

*En clara hinc apices radiavit luce coruscos
Obscuro hinc tenues umbras emblemate
finxit.*

*Sol oriens qualis vel cum declinat olympo
Nigrantem aduersa collustrat lampade nu-
bem:*

*Neo radiis totam vibratis permeat illa
Parte nitet nebula partem caligine opacant
Frustra qua coeunt comissa latuscula, rimas
Incendens aciem quæris, nõ hiscere quidquã
Musiuo (sic artifices dixere priores)*

*Hoc opere aut minimum quauis exstare vi-
debis.*

*Hos infrã, ne longè oculos deflecte vagantes,
Proxima qua populo ingressum dat porta fre-
quenti,*

Ecce tibi Pario cælatus marmore patris

Filius æterni, patri simul æqua potestas.

Hic puri liquido descendens atheris axe

*(Sic monumenta mihi nostra memorare
salutis,*

Nota licet, mentem q̃ piis submittere curis)

Sumpsit ab integra mortalẽ virgine carnem

*Factus homo, & denos duxit ter, & ampliùs
annos*

Per Solymū ingratas pauper vestigia terras
 Ipse Dei verbū, per quod pater optimus astra
 Fecerat, aërios tractas circumq̄ liquentes
 Vndantis pelagicampos, terrasq̄ creârat,
 Confectas morbis vires in pristina vultu
 Restituit, seuasq̄ febres, maciemq̄ fugauit,
 Cacigenoq̄ue dedit solem, variosq̄ colores
 Cernere, & artificem visis ex noscere rebus,
 Et stabili inualidos firmavit robore gressus,
 Nec pass^o mutas hominū torpescere linguas,
 Aut frustra surdas obtundi vocibus aures.
 Ille etiam dulci, defleta cadauera, vita
 Reddidit, atque animas tepefacto sanguine
 rursus

Corporis in notas iussit remeare latebras,
 Atq̄ haurire simul vitalem longius auram.
 Quid Satana dicam furiatis mentibus acta
 Monstra trucidis? summo peragratos quid pe-
 de fluctus

Commemorem? boream verbo, domitasq̄ue
 procellas? (caeli)

Quidūe alia enumerem miranda è vertice
 In terras venisse DEI testantia natum?

Quantāne diuino sapientia fluxerit ore
 At gens inuidia stimulis agitata malignis

Inst.

Insidiasq; DEO tendit, vitæque parentem
 Perdere morte furit. quorū non inscius ante
 Quam diram subeat mortem (nam sponte
 subibat)

Mystica suprema instruxit solennia cœna.
 Qua, simul accubuit, surgēs deponit amictū,
 (Aspice) seruilig; modo sibi lintea cinxit.
 Mox vnda in peluim fusca, quam marmore
 fictam

In duro fluitare vides, dominusque, magi-
 sterque,

Ad terram abiectus caris (mirabile visu)
 Discipulis, sibi quos humiles delegerat ultro,
 Noluit, extergitque pedes: neq; parcit Iudæ
 Ingrati tepida plantas perfundere lymphæ,
 Leniter & fœdas manibus cōtingere sanctis:
 Si molli at tactu valeant mitescere corda.

Tale ministerium domini sibi rore parantis
 Largifluo purgare pedum vestigia Petrus
 Abnuat ignarus rerum: sed voce magistri
 Corruptus, trepidas loturo nō modò plantas,
 Sed caput atque manus dictis parentibus of-
 fert.

Aspectu pia turba nouo stupefacta tremiscit,
 Inter se dubij nutant, & mente requirunt

Con-

Confusa taciti, qua sint mysteria tanta.
Solicita stat fronte timor, sub pectore corda
Marmoreo aut trepidant verè aut trepida-
re videntur.

Iam tempus fessos oculos demittere poscit:
Et qua circumstant acie spectare propinqua.
En Afro prima stantes in fronte columna
Marmore collucet, tereti molimine ad auras
Seque ferunt, gemmis similes splendentibus
amba:

Quarum utrunque caput niveum trabe mar-
mor Hymetti

Rupibus excisum premit, & fastigat acutum
Culmen, quod sacra impendens superimmi-
net ara.

Amplexo in spatio (cernis) viridiq; colore,
Atq; albo binas interlucere minores,
Virginis & propius genitricis ferre sacellum.
In medio extantè paulum circūspice crustis
Limite dissectis lato fulgère amethysti
Circuitum. quantum pretij, quantum artis
in illo est?

Hoc redimita sedet miseris succurrere rebus
Sueta Dei mater: quam circū turba volucris
Caruleo ludit campo, dominamq; coronant.

Ipsa

Ipsa suum gremio cōplectitur in chlyta natum,
 Et reddi meritos illi letatur honores,
 Sequē colī vera gaudet pietate petentis
 Urbis, & externa magnis concursibus ora.

Si nescis hac picta DEI genitricis imago
 Parte alia veteris templi per secula multa
 Illita concretis in calce coloribus haesit.
 Ast illam, simul antiqua statione relicta,
 In magis augustam placitum conscendere se-
 dem,

Cæmentis leuiter ferro circum undiq; caesis,
 Parietis & iusta depicti parte resecta,
 Nutantem mouere loco, iunctisq; coactam
 Inter se trabibus, ne qua labefacta satisfacat,
 Huc sacra innocuam pompa vexere, nouiq;
 Tollentes frontē in mediam inseruere sacelli.
 Votiuasq; aditu in dextro posuere tabellas:
 Innumeras viduus paries quas ante gerebat.
 Languentes illinc morbis huc tendere vul-
 tum,

Et meritas pulsas videas persolvere grates:
 Falsi quiq; graues tormentis sepe subacti
 Criminis irato vitarunt iudice pœnas.
 Aut qui bacchantes flamas, celeresue ruinas
 Euasere; altis aut qui spumantia ripis

Flumi-

Flumina tranârunt, patrium vel gurgite
mersa

Tyrrheno incolumes littus tenuère carina.

Virginis effigiẽ contra sub formice surgit
Marmorea hinc spatii, atq; hinc aequalibus
ara.

Hanc velamen obit, tenui quod vellere seres
Contexunt: planum latis mantilibus a quor
Sternitur, ad terram villis qua candida
pendent.

Fulgorem dextraq; sacri, leuaq; thiaræ
Ordine gemmarũ terno iaculantur, & auri
Stare super duodena vides argentea signa
Bissenos Christi comitum referentia vultus.
Et tereti argento rutilas considerare flammæ.
Quas inter gentisq; decus, columenque re-
dempta

Cruce rutilat, vera inserto crucis aurea lig-
Non secus atq; adamas æstiu lumine solis
Percussus, tremulo circum fulgor coruscat.
Pulchrius at quanto fulgebis in æthere signũ
Iudicis aduentu magni? cum quatuor orbis
Partibus horribilem intendet tuba nuntia
cantum:

Terrificoq; replens mortalia corda pauore
Excit-

Excitos tumulis cineres animabit, & ossa.
 Ante ducem ceu vexillum, tu lucida caelos
 Descendens mille aligeris sublata ministris
 Omnipotens solē, & lunā, stellasq; micantes
 Victurus fulgore nouo, splendescere longē
 Te faciet, clara ferri candentis & instar,
 Semina quod flamma irradiant, sub luce
 videri.

Vt te qui talem Iudæus conspuit amens,
 Quæque iocum quondam gentes habuere
 superba,
 Nuper & infractā qui perdere fluctibus ausi,
 Fragmina vel rapidis, scelus ah: consumere
 flammis,

Aut ditem manibus prædā rapuere cruentis,
 Ingentis spectent hunc maiestatis honorem:
 Teque, ruumque probris doleant onerasse
 triumphum:

Ictibus & crebri pertundant pectora seris.
 Cetera diuerso splendent quæ secta colore,
 Nostris posse putas comprehendere marmora di-
 ctis?

Hæc puris certant niuibus candore Smarag-
 dos,

Hæc virides superant longē, flamasq; pyropi,
 Chry-

Chrysolitos giluo hæc referunt leuata nitore,
 Non nigrum hæc vincunt hebenum? non
 succina nigra?

At maculis alia innatis, guttisue notantur
 Aspersis, mira inter se iunguntur & arte,
 Signorumque nouis perstringunt lumina
 textis,

Quorum luce solum radiat, pariesque renidet,
 Ut Cilicis Imoli, Sicula aut conuallibus Enna
 Omnigenum arua plagis rident distincta co-
 lorum.

Ut calthæ areolis, violæue, albæue ligustri,
 Narcisci, cyanæue nitent gemantibus hortis
 Ut vario signante vias sub tegmine, lucent
 Textilia Arabiis illusa tapeta figuris.

Hæc tu, quiq; altis flores laquearibus ardent,
 Aspiciens mirare ultrò, nec quære moneri.

Tertius hæc decimus miracula præbuit urbi
 Gregorius, felix quo principe gaudet alūno
 Felsina, Romuleis quondam celebrata colonis.
 Nec tantum fama Ausoniis sese urbibus
 aquat:

Sed caput euexit nitidos super ætheris axes,
 Gregorius, leni magnum qui temperat orbem
 Imperio, durisque nefas compescit habenis,

Vimque

Vimq̄ domat, magnaq̄ prae mit ditione re-
belles,

Hunc Petri innixum solio pietasq̄, fidesq̄ue,
Sublimē attollunt humeris, hūc robore firmo
Sustentat magnis constans prudentia rebus.
Instaurans priscos hic religionis honores,
Impulsas furis gentes labefactaque regna
Erigere, aut firmare parans (vt cuiq̄ ruina
est)

Germanos qui sint verae pietatis alumni,
Euocat huc foetus, & qui vastata ruentis
Pannonia arua colūt: oris pubemq̄ Britannā
Expulsam patriis: multa mercede doceri (ri,
Quos iubet, & quorū vsus eget, victusq̄ iuua
Vt mox quisq̄ sua pretendat lumina genti,
Atq̄ atavis trito palantes limite sistat.
Huc quoq̄ telluris iussit plantaria Graia
Lecta vehi, oblitos repetāt vt culta sapes,
Et salua antiqua, liquido gratissima caelo
Qua fuit, assuescant dignos p̄ducere fructus.
Iudaica Christi cultum venientia in agrum
Labrusca virgulta colit, stirpisq̄ propagat
Degeneris latam, renouatq̄ ab origine vitē
Romanisq̄ docens septis ramos oleastri
Immissos oleae pingui ditescere bacca

G

Agla-

*A glacie teneros fœtus defendit & æstu,
 Vbertas frugum largos effundit acervos.
 Dumq̄ alius edunt stragem contagia terris,
 Indomitiq̄ furit non eluctabile lethi
 Imperiũ: miseri cumulat dum funera vulgi:
 Hinc nebulis longè pulsas, caligineq̄ atra
 Cœlestis puro diffunditur aère tractus,
 Almaq̄ Romanũ ad Tyberim, vicinaq̄ circũ
 Arua salus, roseo corpus perfusa decore,
 Et gressu validas ostentans ardua vires,
 Exultat, longa & populis dat munera vite
 Hæc teneram nutrit sobolem, iuuenumq̄
 valentes*

*Mobiliũ vario exercet certamine turmas,
 Diuinumq̄ senem florenti robore firmat:
 Exiit & grandem rugis, macieq̄ senectam,
 Pax euincta comas latiali incedit oliua
 Et tuta Ausonias traducit ad otia gentes.
 Longinquas eadem terra sublimibus alis
 Aëra p̄scindens vacuũ, penetrabit ad oras,
 Principete miseros cũ Gallica terratumultus
 Sedabit, regniq̄ sinu vera monstra vetusti
 Eiiciet: notis cum secta Britannia terris,
 Et borea pulsata truci vicina Caledon,
 Orcades & sparsa Oceano tua iussa capeissent:*

Et

Et vaticani sacros è vertice ritus,
 Conuersis repetent animis, consultaq; patrū.
 Otunc quāta pias implebunt gaudia mētes?
 Quāmlongè, lateq; ferent se commoda pacis,
 Errans cū gelidos Rheni glaciales ad amnes,
 Atq; Albis, grex innumerus, Daciq; ferocis
 Flumina curua bibens, pastoris voce vocātis
 Audita tandem Romana in septa redibunt,
 Procumbent pedibus sanctis & Tybridis alto
 Antiquas puro mersabunt gurgite labes.
 Sublimi externa gentis quot sede locatus
 Hac populos media excipies testudine, pacē
 Aeternā, votisq; piis, lachrymisq; precantes?
 Quos veterū firmans vera pietate parērum
 Detrudes fœdas sectarum in tartara pestes.
 Quiq; salutarem reserāsti gentibus annum
 Sancte piis, veniaq; dedisti munera larga,
 Pectore tergemino religans discordia nexu
 Compones longa felicia secla quiete.

Talia narrabat rerum prudentior hospes:
 Cum subitò augustis indicta silentia templis:
 Gregoriusq; micās nitido candore ministris
 Argento, claris fultus, se sistit ad aram,
 Facturusque DEO solemnia sacra supremo.
 Inque vocaturus sacris sanctamq; parentem,

*Et te Graie pater quibus ipse sacrauerat adē
Aramque, & lectos famulos, pia verba pro-
fatur.*

*Tum medium latè visum se, scindere cælum:
Et summo insolitum delubri culmine lumen
Sidere, & aligerum celeres requiesse chorea.
Atria lata chorus permulcens dulce canentū
Compositas suavi ingeminant modulamine
voces:*

*Et quales niuei per prata recentia cyoni
Inflectunt liquido sacros gutture versus,
Implentur letis auida concentibus aures.
Pulsa modis, longumque tremens sonat aura
canoris.*

*Submissa repetunt albat exordia prima
Voce patres, terra populus procumbit, & vna
Gregorium votis omnes, precibusque sequun-
tur.*



ROBER.



ROBERTI
TURNERI SERMO PA-
NEGYRICVS DE TRIVMPHO,
QVO BAVARIÆ DVX ERNESTVS, AR-
chiepiscopus Colon. & sacri Romani Impe-
rij per Italiam Archicancellarius, Prin-
ceps Elector, fuit inauguratus
Episcopus Leodius.

Ad

ANTONIUM WELSERVM,
THEOLOGVM, PHILOSOPHO-
PHVM, ORATOREM.

S MEVS EST, AC SEMPER
fuit sensus (Clarissime VVelsere) vt
planè putem pertinere ad illorum
officium, quibus eloquentia aut vim
inseuit natura, aut facultatem conformauit ars,
vt hoc totum siue naturæ donum, siue artis orna-
mentum conferant ad virtutem honestandam, suis-
que insignibus, tanquam stellulis, distinguendam.
quippe cum virtus à natura habeat initium, ab arte
absolutionem, quo quisque aut natura clariori, aut

G 3

artis

artis præclariori instructu est comitatus, eò in vir-
 tute ornanda acriorem debet mentis contentionem
 defigere: vt cum nihil sit, aut possit esse in natura
 complexione clarius, in artis regionibus præclarius e-
 loquentia; eloquens certè, nisi virtutem honestet ma-
 ximè, maximam videatur subiturus & teterrimam,
 proditi officij, violata naturæ, notam. est ne hæc lex
 omnium? omnium, vt nisi illi ex schola Tullij sui
 eloquentiæ fontes à causarum anfractibus traduxis-
 sent ad virtutum irrigandos hortos, tulissent eloquen-
 tiæ laudem, sed laudem labecula ingrati animi in-
 spersam. est ne hæc lex omnium? omnium, vt nisi illi
 ex face Stalenij opellam suam à foro seposuissent ad
 virtutis fines si non proferendos, certè defendendos
 habiti quidem fuissent minimi oratores, sed habiti
 fuissent non tam oratores minimi, quòd tincti arte
 quàm proditores maximi, quòd ingrati in artem.
 quare cum hac lege teneantur omnes, minimi, ma-
 ximi; & is ego sim, vt, cum maximis non possim
 minutis velim aggregari oratoribus, puto me vio-
 lata naturæ crimine obstrictum iri, nisi ex mea ar-
 tis tenuitate tantillum hoc, quod cupio posse, adfo-
 ram ad virtutis aliquantulam commendationem
 neque tamen in hac mea minima facultate meditor
 minima, quin potius cupio exprimere lineas extre-
 mas (nam viuos colores non possum inducere) illum
 triumphum, quem Bauarus intulit in Leodium, aut ve-
 rius, quem Leodium decreuit Bauaro, triumphus sui
 decre

decretus, fuit illatus, decretus virtuti, illatus à principe; virtuti honorificè, à principe magnificè; vt si virtutis præmium designaro, ornem virtutem: si principis pompam explicâro, orner à pompa. omni loco sunt præclaræ vices, vbi qui ornat, ornatur: hoc loco sunt præclarissimæ, vbi conaturus ornare ita ornor, vt principis siue summi notio, siue magnifici pompa allatura sit orationis meæ tenuitati neruos, ne langueat; cincinnos, vt niteat. quare si rem videris magnam expressam tenuiter, meum hoc est; si meam orationem videris excitatam supra suam tenuitatem, pompa id erit. nam nisi pompa illa esset, quæ posset facile cuiusvis orationi indidisse vim, candorem, conformationem non ineptam, mea proculdubio oratio & suæ naturæ pressa angustiis, & itineris longi impedita molestiis, nihil potuisset edere dignum tuis auribus. sed cum illa, quæ præcesserant in itinere pompam, faciant quoque ad pompam, prius itineris nostri speciem aliquam inumbrabo, quàm ceruices subiectas à Leodiensibus, fasces prælatos à Bauaris attigero. quamquam ne quisquam ex verbis meis colligat aut hos superbe Tarquinius, aut illos misere Romanos; Leodienses subiecerunt ceruices Bauaris, non tanquam Tarquinius serui, sed tanquam Consulibus liberi: & Bauari prætulerunt fasces Leodiensibus tanquam Consules liberandis, non tanquam Tarquinij opprimendis. nam vtrinq; quicquid vidi, quicquid audiui, amorem vidi, amorem audiui, ac in amore tantam con-

tentionem: vt aqua penè laude certârint recipientes,
 re. epti. id quod dices, si attendas; vt attendas, ecce
 tibi tuam Augustam, principium totius narrationis,
 postridiè quàm discesseram à te, aggregaui me turba;
 saluto, salutor; video omnia, quàm diligenter, po-
 steà; nunc intelligas me cum aliis, Augustam, tan-
 quam Phidia signum, semel inspexisse & probâsse.
 probâsse? idq; tam seriò, tam sincerè, vt si Sacramen-
 ti religione obstrictus responderem sententiam, liqui-
 dò responderem nihil habere Germaniam augustius
 Augusta. fuit quondam controuersia inter nostros in-
 mensa, quæ cui anteferretur, Augusta Colonia, an
 Colonia Augusta: ecce tibi controuersiam iam deci-
 sam, Colonia sordet, si conferatur cum Augusta,
 quippè (vt taceam Augustam habere VVelferos) po-
 puli humanitas, vestis exquisita forma, officiorum
 prompta ratio, vultus innata suauitas, ædificiorum
 magnificentia, mœniorum constructio eleganter mu-
 nita, valli percommoda aggestio, vallis, quæ inter val-
 lum & mœnia deprimitur, strata gramine, ac dam-
 narum intercurrentiũ, carpentium aspectu pergrata,
 præferunt quandam Florentiæ speciem. at Colonia
 ad Florentiam (vt Plautino vtar lepore) cornix est
 ad lusciniã. quid hoc ad nostram pompam? tan-
 tam ciuitatem, ac humanitate tam politam se effu-
 disse in medias quasi vias, vt nos videat transeuntes,
 applausu exciperet amicos, fuit pompæ, in reliqua
 Sueuia populus tam frequens ex tectis & fenestris
 dispi-

dispicit, campos occupat, plateas obsedit, vt viam videatur intersepturus transeuntibus, non venientibus gratulaturus aduentum. magis hoc diceret, si videret speciem hominum. vultus torridus, crinis hirsutus, vestis sordida, vox intra septa dentium horrida, bidentes in manu, ad tergum sica spirabant hostile quid multis, mihi illud simplex, quod nituit in meis antiquis Saxonibus. vis dicam? plerisque videbatur nihil barbarius Sueuia, mihi nihil fecundius. pueri, puella, nudi ac nigricanti solis macula inspersi saltitant in plateis, tanquam caprea in montibus. quod nudi, & inspersi macula, barbariae obiecit opinionem alii; quod quasi caprea in montibus, fecunditatis mihi. ego alios in meam sententiam facillime, alij me in suam non difficulter illexissent, nisi barbariae nomen, tanquam contagionem ad proximū, timerem manare ad VVelsereum meum. sed vt vt sit, Sueui sunt barbari, sunt fecundi. sed qui agrè fers hanc barbari vocem ab Italo, ne frendeas illam iam fluere ab Anglo, cohibe ipse te (mi VVelsere) intra gyrum quasi quendam patientiam; tuis non inuro notam, tanquam infamiam; sed appingo laudem, tanquam emblema. nam infeliciter sunt fecundi, feliciter barbari. miraris enigma? facile explico non Oedipus. quippe nullum est bellū, quod non extinguat fecundos Sueuos, o infelicem fecunditatem. nulla est aula, quæ non poliat barbaros Sueuos, o felicem barbariem. atque vt labem, quæ in barbari aut nomine aut notione videbatur hærere, eluā

totam barbaries Sueui, tanquam camini marmor
 fuligo, tam facile abstergitur, immò tantillo tempore
 tam accuratè politur, vt in quatuor iam aulis eorum
 qui primas nobilitatis ac splendoris partes tenent in
 Germania, aduerterim id totum, quod lusit scite, pu-
 pugit facetè, vellicauit mordaciter, intellexit acriter
 rexit ad legem, incessit ad normam, Sueuicum fuisse
 verum sanè est illud, quod dixit Romanus quidam
 periculosiorem esse regem factum Virginium, quàm
 natum Tarquinium; nisi falsum fortassè sit hoc, cali-
 lidiorem esse aulicum, factum Sueuum, quàm natum
 Romanum. ad hanc laudem accedit quoque illa sanè
 maxima Sueuicæ, quòd proferat non tam infelices ru-
 sticos, quàm nobiles felices: cum, nulla æquitaris spe-
 cie, illi colant agrum infelicem miserè, vt hi colligant
 segetem vberem fructuosè. inde natum prouerbiū
 si quid certi possim odorari coniectura, per Germa-
 niam habitari nullibi aut à nobilibus magnificen-
 tius, aut à rusticis sordidius, quàm in Sueuia. longius
 fui in Sueuia tua sale quodam aspergenda, vt ipse tua
 mentis, tanquã oculi, aciem excites ad reliquas par-
 tes celerius perspiciendas. nam sic à me notabuntur
 vel leui potius brachio transilientur, vt nisi desig-
 aciem acrius, facile non incurrant in oculum. ex Sue-
 uia libera perreximus rectà in oppidula quadã, qua
 Vlmensium potius premuntur seruitute, quàm re-
 guntur imperio, quippè cum illi, quicumque sunt
 Lutheri partibus, nihil acrius incessant, quàm inquisi-
 sitione

sitiones Romanas, satisquæ putent se nostra religio-
 nis neruos incidisse, si clament conscientias hominum
 certa præscriptione, tanquam seruitute, à nobis de-
 uinciri. Symmista tamen Vlmenses, exuta fronte,
 tenellas conscientias imbutas puritate religionis ea
 constringunt seruitute, vt si quis vel missæ se sistat sa-
 cris, vel Lutheri se non implicet sordibus, mulctam
 subeat pecuniariam. cum omnis seruitus sit per se ca-
 lamitosa, tum illa longè calamitosissima, quæ impo-
 nitur ab iis hominibus, qui libertatis nomine & dul-
 cedine alios conantur irretire. id quod miselli illarum
 partium Catholici satis se intellexisse declarârunt,
 cum mœsti & vbertim flentes quibusdam nostris a-
 peruerint hanc suam miseram conditionem. quan-
 quam non tam fuit misera conditio, quàm magna
 constantia asseuerantiam, nullis machinis, nedum
 pœnis effectum iri, vt viam illam tot sanctorum pedi-
 bus notatam deserant, ac hanc nouam quorundam
 tenebriconum vestigiis leuiter impressam persequan-
 tur. has ego voces prætuli sanè reliquis nostris omni-
 bus triumphis, & quòd lachrymis erant sincerè spar-
 sa, & quòd testes erant amoris cuiusdam, & constan-
 tiæ instillatæ diuinitus. quid? quòd nobis explicatæ
 tanquam amicis? quid? quòd in hæreticos profusæ
 tanquã hostes? si audisses quàm grato sermone vsur-
 pârint illas missas, illas conciones, illam speciem reli-
 gionis, quam præ se tulerat pius Albertus in aquis illis
 medicatis, quæ partibus hisce citimæ sunt; si audisset,

inquam

inquam, quàm amicè rogârunt Catholici, vbinam
 esset generosi Alberti generosus Ferdinandus, quid a-
 geret p̄ Alberti pius Gulielmus, dixisses præ hoc tri-
 umpho incluso in hominum mentibus sorduisse reli-
 quos omnes omnium arcus, obeliscos, pyramides. nosti
 quàm latis & ardentibus animis antiqui illi Romani,
 qui Christi partes occultè sequebantur, exceperim
 transeuntes Paulos, transeuntes Petros; eandem
 cogita latitiam, ardorem cogita eundem. nam ipsi
 oculi persusi suauitate, ipsi vultus contracti in amoris
 sinus, ipsæ manus sublata in cœlum, ipsi globuli pre-
 catorij ostensi nostris, ipsi nutus, ipsi nutus Catho-
 licorum precabantur familia Bauaricæ vitam, salu-
 tem, gloriam, atq; in gloria perpetuum triumphum.
 hinc proximè diuertimus ad VVirttembergenses. felix
 sanè gens, si simplicem & candidam mentem, quam
 huic indidit natura, hereseos subdola vis non infecti-
 set. nam quæ res agrum commendant maximè, illa-
 rum omnium est hic ager feracissimus, fructuum, fru-
 menti, aquarum, vini. in terram tam felicem sese in-
 sinuasse heresim, illam, quæ nihil vidit vlla ætas in-
 sulsius, noli mirari, cum in copia tanta reliquarum
 rerum desit illis sal, quo condiantur miscelli. populum
 qui hanc partem tuetur, metire Sueui forma, vestes
 moribus: ingenium tamen Sueuorum & VVirtember-
 gensium penè aliud, cum videatur hos magnus posse
 illos mediocris solere elegantium virorum vsus perpo-
 lire. hîc etsi concursus sit vndique ad videndum, sa-
 lutan-

lutandum, tanto numero, quanto extra Leodienses
 fines in sola Sueuia; tamen singularis ducis VVirten-
 bergensis in principe nostro recipiendo enituit huma-
 nitas. non procul à Stutgardio (ciuitas est VVirten-
 bergensium facile princeps) campus se obiicit patulus
 longè latèque, quantum acie possis attingere, stratus
 gramine & ad itineris facilitatem humili, & ad pa-
 scui commoditatem sæcundo, omni denique re, quæ
 faciat ad delectationis aucupium, tam aptè instru-
 ctus à natura; vt ingredienti, egredienti, diuertenti
 ad latera, vel fons fluat molliter, vel riuus strepat
 suauiter. accedit ad decori magnam speciem, quòd in
 omnem partem extra campi cancellos intuenti assur-
 gunt monticuli arte ita confiti, & natura tam ele-
 ganter horrentes, vt probes magis hanc naturæ negli-
 gentiam in horrore sorde, quàm illam artis diligen-
 tiam in vitis quincance. hinc se sistebat principi nostro
 VVirtenbergensis, quòd in tam pulchro campo, pru-
 denter; quòd tam procul ab vrbe, humaniter. post-
 quam conueneramus; alij mirantur alia, ego omnia
 illorum nostris paria penè aut certè persimilia mira-
 bar maximè. hinc & hinc tubæ, hinc & hinc turmæ,
 hinc & hinc equi, eadem specie, eadem forma, ac eo-
 dem penè numero. clangitur vtrinque, & post tur-
 mas, à suo quamque principe, coactas in ordinem pro-
 ditur in medium campum hinc à Ferdinando, inde à
 VVirtenbergensi. post mutuas manus, mutuos com-
 plexus, aliasq; caremonias & voces mutuas, quæ Ger-
 manis

manis principibus in primo congressu stata sunt & praefinita. proceditur eo ordine, vt post principes, tres nostras cohortes, tres claudant cohortes VVirttembergenses. ingredienti excepti fuimus sclopo, bombarda, populi concursu miro, amoris specie magna. ac officiorum, quae nobis praestita sunt, momenta omnia ponderemus, amor certe, quem VVirttembergensis praesetulit in principem nostrum, verus videbitur, & omni simulationis integumento euolutus. ita namque dissuauiebatur, ita tractabas nostrum, vt nec amaritius id, nec honorificentius hoc à quoque fieri possit quid? quod nobis omnibus nullibi fuit aut lectus substratus mollior, aut mensa instrata exquisitior? vadicam? tam seridè sibi videbatur hic princeps gratulari de hospite Bauaro, vt quoties incurrerit in oculis meos, toties intimis sensibus doluerim principem non factum ab arte, sed fictum à natura ad omnem humanitatem, ac (vt ono verbo complectar) Germanum bonum, relicto Ecclesiae limpido fonte, consecrari lacunas patidulas illorum hominum, qui nihil habent aut in lingua culti, aut in doctrina solidi. scribunt loquuntur. quo modo? si ineptè dicerem, infra rem dicerem, sunt hi lauti scilicet homines tam inanes eruditionis, & fœdè barbari. cuius rei cum mihi venerat in mentem ex sermone Stutgardij, rogabam Symmiam (audi quæso hoc vnum meum) aulicum, quoniam ratione factum est, vt Lutherani, qui nobis solent iurare barbarie notam, cum doctrina lauream

non potuerint præripere, nunc vix vnũ habeant aut
 alterum, qui aut loquatur tersius, aut scribat pauld
 neruosius: cum vtriusque generis tantus sit numerus
 apud Catholicos, vt nostros non tam miremur specie
 hac verborum pallentes, quàm amemus rerum succo
 ac sanguine solidos benequẽ habitos. in nulla ratio-
 ne, quam adferret pressus tandem fracta voce cœpit
 hircere, vicissitudinem esse temporum. grauem hunc
 nostrum Theologum vide, immò ride, qui vna vicissi-
 tudinis voce totam diuinæ prouidentia rationem cõ-
 uellerit. meliùs Dauid, inimici domini mox vt hono-
 rificati fuerint & exaltati, deficientes quem admo-
 dum fumus deficient. honorificati fuerunt Luthera-
 ni, id est, post multos annos habuerunt sex aut se-
 ptem eloquentia leuiter tinctos, sed deficientes quem-
 admodum fumus defecerunt. honorificati iam Cal-
 uinista, id est, sex aut septem habent lectiori hac di-
 ctione perpolitos, & ingenij quodam lepore insper-
 sos, sed deficientes quemadmodum fumus deficient.
 temporis est eloquentia, quæ hæreticorum est; æter-
 nitatis est, quæ Catholicorum est. cui rei fidem fa-
 ciunt tot nostri Augustini, tot Ambrosij, tot La-
 ctantij, tot Chrysostomi, tot Basilij, tot Osij, tot Osõ-
 rij, tot Mureti perpetua quadam serie ac continua-
 tione ita apti & inter se connexi, vt in illis venerer
 Dei prouidentiam, & irrideam vicissitudinem tem-
 poris, quam sua causa, tanquam turpitudini velum,
 obtendit egregius hic Symmista, hoc idem, spero fore,

vt

ut videat aliquando princeps VVirttembergensis, et
 tandem cum principibus nostris idē incipiat esse con-
 spiratione fidei, qui est communione amicitia. Stut-
 gardij postquam ipsi nos recreâssemus vnum diem, in-
 tum est Spiram, quā poterat compendiosissime. In
 mirabar in forma vr̄bis neglectim expressa tantam
 famam vr̄bis sparsam per orbem. fama Spiræ loquor
 tur Romam, forma Tusculum. in ædium tam humili
 & abiecta specie, in platearum tam arcta ac fœdè
 compressione, in hereticorum tam peruersa ac super-
 ba mente, non video quid debeat laudari aut possit
 iustè, nisi fortassè quantum splendoris Tusculo ar-
 lit prædium Ciceronis, tantum Spiræ possit & debeat
 adferre Camera Imperij. quanquam si in intima Ca-
 mera, tanquam Græci Dei, adyta penetremus fortè
 videbimus sentinam ex Caluini face fœdè coagula-
 tam, quæ nisi exhausta nec Spiræ possit sustinere lau-
 dam magnam, nec Imperij debet maiestatem sum-
 mam. id fuit hîc conuitij, quod vnus me detestabat
 Papistam, ego illum Satanam. est tamen in hac vr̄be
 tanquam dens albus in Æthiope, templum tam ma-
 gnificè extructum, vt vix habeat Germania aut sa-
 bricam exquisitorem, aut formam pulchriorem. ad
 hanc huius templi laudem accessio illa est non mini-
 ma, quod hîc est D. Virginis imago & affabrè expre-
 sa. & religiosè culta, quæ D. Bernardum suauis amo-
 ris dulcedine perfusum affata dicitur. nostin' histo-
 riam? Bernardus venit Spiram; inuisit Ecclesiam; ter-

tribus vocibus, tribus interiectis spatiis, appellat diuā Virginem. singula spatia singulas appellationes habent incisas in lamina area, primam, o Clemens; alteram, o pia; tertiam, o dulcis Virgo Maria. vltimam Bernardi vocem excepit illa D. Virginis vox, gratus nobis ades Bernarde. hanc historiam voluerunt maiores nostri, tanquam legem Romani, incidi in aes, ut esset in omnem eternitatem, quo & resellerentur heretici, & conformarentur Catholici. hem, penè exciderat, erectum est familiae Bauaricae trophaum, quod omnis aetas loqueretur, si quid possit meus stilus adere dignum omni aetate. ac ne putes trophaum more Romanorum aut sublatum in pyramidem, aut politum ex Pario lapide, aut excisum ex marmore; quicquid hoc trophaei fuit, ardor fuit, religio fuit, Landgravius fuit. ardor altior est pyramide, religio nitidior Pario lapide, Landgravius constantior marmore, ut quo est hoc trophaum vel ad constantiam firmitus, vel ad nitorem pulchrius, vel ad altitudinem magnificentius, quam illi Romanorum Parij lapides, pyramides, marmora; eò illud debeat aetas & praesens colere ardentius, & subsequens conseruare diligentius. neq; amor facit, ut dicam supra rem; sed res facit, ut dicam infra amorem. quippe si Athenienses omnibus Romanorum arcibus id pratulerint, quòd vnum Argaur autam sua vrbantate limarint, Bauari certè principes videntur consecuti laudem supra omnem omnium & oratorum artem, & temporum triumphum, quòd princi-

H pem

pem Landgrauium non frugerint huius ætatis molli-
 tie, sed imbuerint antiquæ ætatis religione, atque
 ita imbuerint, vt eius religionis non solum puritatem
 amauerint Spira Catholici, sed constantiam etiam
 stupuerint hæretici. priuatorum parietum virtutes
 non loquor, loquor Catholica religionis publicum
 monumentum. pridie illius diei, quem Ecclesia, cor-
 poris Christi nomine, honorèque consecrauit, Land-
 grauius cogitauerat discessum, omniàque iam parata
 expeditaq; ad iter habuerat. sic erant negotia. verùm
 in ipso discessus quodam quasi procinctu inaudierat
 desiderari alicuius notæ Catholicos, qui in sequenti
 diei supplicatione corpus Christi manu, opera, præsen-
 tia sua honestarent. differt iter, ac manum, operam,
 præsentiam suam, id est, animum suum offert ad hanc
 rem. addit, premere eum negotia faucibus, sed omnem
 omnium negotiorum procurationem nisi facile post-
 poneret huic occasione, quam Deus videbatur illi ob-
 iecisse religionis suæ testanda, ac Spira quasi in toto
 Germania theatro proponenda, se impij animi nota
 iniustum iri. manet ergo, ac sequenti die, qui corpori
 Christi fuit sacer, sistit se Sacerdoti. quid sistit se Sa-
 cerdoti? operam suam nauat Deo suo præsentem, in um-
 bella promissaq; Sacerdotis planeta sustinenda. mul-
 tus hinc fluxit sermo partim laudantium Ducem Ba-
 uariae, quod Landgrauij tenellam mentem præcepto
 exemploque tam probè fingeret ad religionem; par-
 tim mirantium Landgrauij indolem, quod tenellus
 præ-

præcepto exemploq; fingeretur ad religionem tam fa-
 cile. quippè si prudentia maxima laus sit, posse tenel-
 lum fingere tam probè, non minima est indolis, velle
 tenellum fingi tam facile. conueneram Spira multos,
 qui erant & hereticorum impia fraude, & Catho-
 licorum recta præscriptione deuincti. omnes omnia
 laudare, siue loquerentur Bauariam magistram pro-
 bam, siue dicerent Landgrauium discipulum pium.
 neque est cur magnum quid statuas in laude hereti-
 corum, cum ita laudent hæc nostra Calviniani &
 Lutherani, vt in horum, tanquam canum, blandula
 cauda sæpè sentiamus dentem acutum. quare si huic
 principis actioni hypocriseos labem asperserint, lau-
 dant, non vituperant. nam cum sit ex triuio illud
 conuitium hereticorum nostris summis, cum summa
 insit laus, hypocriseos lituram quasi ridendo allinen-
 tium: illa certè nostra putantur iam singularia, quæ
 hac solùm labe ab illis notantur, quanquam si subdu-
 ctis diligenter rationibus inspiciamus rem, non erat
 hîc, cur perstringerent hypocrisim, cum fuerit profes-
 sio fidei, & quòd Spira, publica; & quòd de Euchari-
 stia, Catholica; & quòd à principe, mira; & quòd hæc
 hominum tepiditate, planè singularis. ex sermonibus,
 quos de hac re audiui varios, duos pono, vnum Ca-
 tholici, alterum heretici, in quibus egregia sanè &
 per insignis familiae Bauarica laus cõrinetur. Catholi-
 cus planè putabat reliquos in aula nostra fuisse egre-
 giè sanctos, cum principes esset serid Iesuita: hereticus

iurabat liquidò, si vnquam pateretur sibi inferi pa-
 pismum, se ad Ducis Gulielmi normam sincerè papi-
 zaturum. illud fuit amoris, hoc odij. sed in odij litura,
 si pietatis laus; quasi gemma, niteat, de vera pietatis
 vera laude quid statueres? quamque non est, cur an-
 xij aucupemur hinc laudem, cum motio corporis probe
 conformata, pes placidè surrepens, ocellus demissus
 modestè, omnia in illa actione Landgrauij plena re-
 ligionis expresserint ab altero heretico vocem illam
 sanctum debere esse illa specie, quam mentiebatur
 Landgravius. magna certè laus est, & haud scio an
 nostrorum principum maxima, hereticis, qui omnem
 pietatis speciem improbant, oggessisse tandem speciem
 pietatis, quam probent. ex Spira itur Vormatiam
 forma vrbis est pulchrè antiqua, religio stultè noua.
 adde antiquum Iudæum noua vestis nota tam com-
 modè inustum, vt si prima tibi species, Iudæi notio-
 nem non subiiciat, stulti inserat; tertium nihil est, nisi
 si monstrum cogites. vestis est laxa, ac ad genu demis-
 sa, pannus oblongus ponè pendulus tergum ornabat
 cucullus Monachi muniebat caput. vestis laxa est
 quedam forma Sacerdotis, Sacerdos non est, Scriba
 est; pannus à tergo, signum fuit stulti, stultus non est,
 vulpes est; cucullus capitis, fuit nota Monachi, Mon-
 chus non est, Phariseus est. totum hoc etsi monstrum sit
 simile, tamen monstrum non est, Iudæus est. quippe
 cum Iudæus non velit esse qui apparet, sed velit appa-
 rere, qui non est; in tota hac specie ita nihil est Iudæi,

vt hoc planè putem esse pulchrè Iudæum. Caluini-
 stam aut Lutheranum paulò aliter amicum, aut a-
 mictum pingerem; pro cucullo substituerem cornua,
 reliqua quadrarent, aut facile possint pingi, quasi
 quadrarent, sed non est necesse, vt eos notem noua ve-
 stis noua forma, cum id illi agant viuendo, vt facile
 internoscantur à nobis nota non vestis stulta, sed a-
 ctionis fœdæ. eam iam consecuti sunt palmam, vt ne-
 mo sit paulò prudentior, qui hæreticum licentia vite,
 innocentia Catholicum non metiatur: vsque eò, vt
 quidam egregiè Lutheranus cum audisset vnum ex
 nostris liberiùs scurrantem, ac sermonum iocorumq;
 sordibus fœdè oblitum, triumphârit seridè se in tanta
 Catholicorum turba vnum reperisse suæ opinionis so-
 cium: quasi fieri nullo modo possit, vt qui sermone es-
 set tam deprauatè fœdus, idem etiam iudicio non sit
 impiè hæreticus. Moguntiam inde venimus, vidi-
 mus, vtinam illud tertium addere potuissem, vici-
 mus, ciuitas namque est tam oportuna loco, palatio
 tam magnifica, populo tam polita, clero tã frequens,
 vt doleam omnem laudem, quæ aut ex oportunitate
 ad locum, aut ex magnificentia ad palatium, aut ex
 politiori humanitate ad populum, aut ex frequentia
 ad clerum posset affluere, vno obteri crimine misere
 seruitutis, quare si vicissemus tam feliciter, quàm vi-
 dimus libenter, felicior esset Moguntia victa, quàm
 Bauaria vindex; cum fructus victoria esset non ager
 fœdatus vastitate, sed ciuitas reddita libertati, libera

dicitur, sed eo serua magis, quod serua dicitur mi-
 nus. sedet ad clauum princeps Catholicus, tractat
 clauum subditus hereticus. vides hic seruam liberta-
 tem, vide ibi liberam seruitutem. in ore, in templo, in
 foribus est Bonifacius, sed Bonifacius pulchre pictus,
 in mensa, in cubiculo, in consilio est Lutherus, & Lu-
 therus periculosè sedulus. sed ne videar iacere conui-
 cium, vide rem clariùs. in tota aula tam frequens est
 hereticus, siue inspicias mensam, siue irrepas in cubi-
 culum, vt plures inuenias, qui missam proscindant
 quam audiant. parum esset, si hac pestis tãtillis men-
 se ac cubiculi cancellis includeretur, manat ad por-
 tam, ad culinam, ad nobilem tenellum, illum, qui so-
 lebat à maioribus nostris includi in aulam, tan-
 quam scholam religionis. sed rerum iam orbis plan-
 est inuersus, non puritate religionis imbuitur
 puer nobilis, potiùs ascitus in aulam, cauetur pac-
 ne imbuatur. inde fit, vt puellus hereseos sentina
 qui extremis labellis vix attigerit, plenis buccis ef-
 fundat; qui sacerdotis notionem nondum nouerit,
 Sacerdotis maiestatem audeat violare. huius iuuen-
 tutis tenellæ si videres mores molliusculè fluentes, vi-
 sum indecore Sardinium, gesticulationes scædè mi-
 micas, voces impiè tragicas; planè efficeretur, vt pu-
 tares ad hanc normam fregisse suos delicias Sardan-
 palum, & incisiss virtutum neruis, molliculis scemi-
 narum moribus obleuisse. quæ omnia tantùm abest,
 vt ponenda sint in vitio principis, vt vix videatur

posse iniri ratio commoda huius incommodi exclu-
 dendi. cingitur enim vndique ab iis principibus, qui
 Lutheri labe aspersi sunt; vt nisi heretico applaudat,
 faueat, surrideat, aditumque aperiat in suam fami-
 liam, in cubiculum, in consilij societatem, peri-
 culum videatur impendere, quod tantilli Archiepi-
 scopi humeri vix videantur posse aut vlllo modo su-
 stinere, si incumbat; aut alio modo impedire, ne in-
 cumbat. pestis, quæ non potest excludi, ne serpat, de-
 bet serpere, ne grassetur, ac totam ciuitatem perua-
 getur eò certiori periculo, quò incertiori medicina.
 flamma, quæ non potest extinguì, debet sopiri & pru-
 dentia quodam quasi cinere obduci, ne erumpens
 latè comprehendat totam viciniam eò maiori stra-
 ge, quò minori ope. his ac huiusmodi sermonibus,
 cum ego Archiepiscopi negligentiam inculcarem libe-
 rius, conabatur quidam auertere omnem culpam ab
 Archiepiscopo. praterea ego requirebam antiquam
 virtutem, ille obiecit noua tempora; ego volebam
 hereseos euulsas fibras, ille opposuit hereseos nimis
 insitas radices; ego desiderabam Archiepiscopum
 Bonifacium, ille pratulit principem politicum. etsi
 huius orationem totam refellerit, penitusque infre-
 gerit vnus Boromeus, neque dicendo potuerit efficere,
 vt magis probarem politicum, qui flammam sua pru-
 dentia occulat, quàm Bonifacium, qui sua virtute
 extinguat: tamen id consecutus est, vt credam, illa vi-
 tia omnia hominis non esse, temporis esse. *o tempora.*

hucus

H 4

sed

sed relinquamus tempora, dicamus hominem. homo
 est Archiepiscopus iis moribus, quibus deberes fingere
 principem; princeps est ea facilitate, qua cuperes for-
 mare hominem; vt possit dici & homo Platonis, qua-
 lem solum antiquitas putabat Socratem; & princeps
 Aristotelis, qualem semper omnis Repub. optabat re-
 ctorem. cani loquuntur senem, firma vires iuuenem,
 huius speciei nonne vides laudem? & cano colore ma-
 iestatem Archiepiscopi, & firma vi onus principis su-
 stinet egregie. religionis suffulcienda, confirmanda
 quo studio tenetur, abunde satis indicat templum a
 fundamento non ita pridem excitatum, & eleganti-
 opere, vario lapide, imagine rara peregregie expoli-
 tum. Ambrosij videor maiestatem exprimere, at que
 adeo Ambrosij iam tonantis in Theodosium. magis cre-
 deres, si his addas eius humanitatem, amorem. quip-
 pe sic excepit Bauaros, sic amauit Catholicos, vt quod
 tanta suauitate exceperit, hospitalis; quod tanto stu-
 dia amarit, pijs non solum meritis sit nomen, sed etiam
 vicerit notionem. apud hunc duo dies nobis fluxerunt
 positi suauissime refocillandis corporibus, necessarijs
 curandis nauibus. die, qua finita erat nauigationis,
 prandetur. post mensam Archiepiscopus non solum
 officiose comitatur Ducem nostrum ad oram Rheni,
 sed etiam nauim, quam suam illi concesserat, ingredi-
 rur, vt honestet; egreditur, ne impediatur. post expres-
 sam in aere hinc ab Archiepiscopo, inde a duce crucem
 (hunc enim morem precandi discedentibus fausta, so-
 lennem

lennem apud Catholicos aduerſi in Germania) certatur vtrinq; buccina. vincitur vtrinq;, arte à nobis, officio ab illis. quippe non contenti buccinæ stridula symphonia, aut fistulæ suauis sibilo, soluentes nos prosequuntur sclopi strepitu, tormenti fragore; vt amoris officiq; signa nec potuerit Moguntia ædere clariora, nec deberemus nos requirere certiora. ascēsum est, discessum est. verum destexo paululum cursu Moguntia aciem meam vix subterfugerat, cum incipio lustrare oculos partes, quas hinc inde alluit Rhenus. video, amo, miror, stupeo. quanquam hæc ipsa mirari & stupere, quæ oratio potest summa dicere, nihil sunt, si intuearis in meam mentem, quæ, more amantium, omnium affectionum permissione ita fuit delinita suaviter, vel oppressa vehementer, vt nec viderim, nec amārim, nec miratus sim, nec stupuerim: quin potius videntis sensum, amor, amantis, admiratio, admirantis, stupor, singulas denique affectiones, omnes obruerint, & in vnum confuderint. vellem certè, si qua vnquam in re, in agris Rheni describendis, esse Tullius; vt audias sine fastidio, quæ vidi cum voluptate. sed natura ita vincit artem, vt Tullius hic esset indisertus, nisi fortasse natura potius ita adiuuet artem, vt indisertus quisq; hic possit esse Tullius. siquidem in quamcunque agri Rhetici partem intendas aciem, agrum non excoluit manus, sed finxit natura tam variū, vt vel monticulum excipiat vallis, vel vallem riget fons, vel fontem ornet compascuum pratum, vel pratum distin-

guat flosculus. *o* delicias naturæ. poësis antea semper
 mihi visa est tam ingeniosè & scitè picta in fingendis
 Elysiis, vt naturã vinci ab arte, subira scerer naturæ,
 gratularer arti. verùm Rhetici iam agri tantus in
 tanta varietate fructus fecit facile, vt credam artem
 non posse fingere, quod natura non solet adere. nam
 quod triuit sermo doctorum, artis fœtus esse perpul-
 chros, aureos naturæ; id certè sine appositione ratio-
 nis facile credat quisq;, si campos legerit Elysiis, vide-
 rit Rheticos: cum sic hæc hos formet, sic fingat illa illos,
 vt debeamus magis amare naturam in Rhetici ven-
 matrem, quàm mirari artem in Elysiis scitè mimam
 vina, fruges, pompa, reliqua genera fructus generosiss-
 sima, copiosissima, meracissima, faciunt, vt turris
 murium, arcem Landgrauij Hesiæ, vicos, pagos, atq;
 a leò Confluentiam & Bonnam vel tegam tanquam
 in summa pulchritudine nauos, vel transiliam tan-
 quam in vario cælo stellulas. in tota hac Rheni or-
 nos exceperunt, diuersi diuersis modis, Landgrauus
 Hesiæ & Bonna tormentis; castrum, à quo Palatinus
 comites nomen habent, fistula; aliæ ciuitates bucinæ
 aut vino. vides imaginem voluptatis, quam animus
 cœpimus ad Rhenum, sed imaginem extremis lineis
 tenuiter effictam. nam tanta suauitas influxit ex
 hac nauigatione in omnium animos, vt Colonia nobis
 quasi ex Paradisi voluptate eiectis videretur nescire
 quam horroris speciem habere plateæ videbantur ang-
 gusta, ades humiles, viæ squallidæ luto, omnia abiecta

& infra opinionem illam, quam aliorum sermone habebamus mentibus nostris anticipatam & informam de Colonia. neq; Colonia ideo abiecta est ac sordida, quia nos id putauimus, sed potius infra Coloniae dignitatem ideo putauimus, quia Rhetica ora species adhuc & voluptas non solum in mentibus nostris, sed in oculis etiam penitus inhaerescit. nam si Coloniam reuocemus ad caput, est antiquissima; si ad formam, pulcherrima; si ad commoditatem, opportunissima. ad hac populo & clero est numerosa, commercio frequens, Sanctorum monumentis religiosa, Academia laude insignis. egregiam narro urbem, in qua clerus, populus, mercator, Sancti, Musae videntur certare inter se, ut singuli, motis reliquis, hanc sibi urbem vel vendicent tanquam ius, vel deligant tanquam domicilium; non tam fortasse quod Colonia est, quam quod ad Rhenum est. fit namque, nescio quo modo, fit tamen, ut ad flumen Musae cantillent suauius, clerus commentetur liberius, Sancti hereant libentius, mercator fallat cautiùs, populus superbiat citius. si Britannia non staret, expugnarem hoc ratione. hanc urbem vix attigeramus, cum populus, mirum, quanto se numero effuderit, ut nos videret, exciperet, atque adeo (si credamus amicis) tacitus amaret. nam si excipias haereticum, qui multus partim ex Flandria irrepfit, partim in vrbe Flandricae labis contagione extabuit, omnes penè significationem amoris vultu pre se ferebant, ac quidam aperte detestabantur eos,

quq;

quorum perfidia perfectum erat, vt is excluderet
 princeps, cuius iam vmbra mirabantur ac venera-
 bantur omnes. vt vno verbo dicam, in populo fuerunt
 magna, in Archiepiscopo tenuia amoris signa. nam
 vix audiuimus esse, Archiepiscopi nomine qui prin-
 cipem nostrum aut verbo appellaret honorifice, aut sa-
 cto honestaret. putabam illum haecenus fuisse virum
 magna prudentia, multi vsus: verum si quid esset la-
 tentis vulneris, quod eum morderet, nec prudentia
 fuit non potuisse tegere, nec vsus non voluisse dissi-
 mulare. hic vnum diem haesimus, altero discedimus, ter-
 tio incidimus in ERNESTVM: percommodè certe
 vt coniuncti facilius vel subterfugiamus insidias, vel
 reprimamus impetus latronum, qui vias à Colonia
 Leodium tritas insident. ingredimur iter minori ti-
 more, quàm periculo. vt cognoscas periculum, miles re-
 gius, aut, quod tetrius est, Oranij sax simulato regi-
 militis habitu & nomine, imminent infesti itinere-
 bus, vt si quis viam ingreditur, certius sit eum esse spi-
 carium, quàm probum. augebant periculum Aquif-
 granensis agri fines, qui propè absunt. hi enim infesti
 Caluini labe, id partim vi, partim fraude effecerunt
 vt, Catholicis motis loco, omnia occupent, portas, et
 domum, quam vocant ciuicam, teneant milite, denique
 Reipub. summa ita praesint, vt si domi ceruicibus Ca-
 tholicorum imponant secures, foris certè reddant om-
 nes vias infestas, furti- & ac cadis plenas. nam quod
 Caluimistis solenne est, vt in Rempub. quam spe de-
 raru

rârunt & animo, patiantur omnia libera esse ac soluta, nihil agi ordine, nihil lege: ad id tam subdole munierunt viam Calvinistæ Aquisgranij, vt quicquid vsquam colluionis siue regie siue hereticæ sparsum per omnes partes sit, huc correat tanquam in assylum, seu potius confluat tanquam in sentinam. vnde nullus in illis vicinis iam reperitur paulò generosior, qui non deposuerit personam boni, sumpserit sicarij; vt quemcunq; videris in via, scatum videris, segatum, cinctum vndiq; gladio & sclopo, vultu spirantem necem, voce freudentem minas, paratum deniq; & expeditum (qualem depingit Tragicus Orestem instinctum furore, ac radiis agitatum ardentibus) ad vim ipso momento vel inferendam, vel depellendam insidiarum, quæ in tanto latronum numero videbantur posse surrepère, auertendarum illa inicitur ratio, vt miles coactus in ordinem cognosceret, quis cui esset in pugna locus, quo duce quis miles gereretur, qua via quod periculum excluderetur. primo igitur tempore, quo ERNESTVM vidi, eum potius admiratus sum militem, quàm veneratus Episcopum: immò bacillo ad dextram pendulo instructus (quali duces militem languentem incitant) tam scitè & impigrè equitem cogebat solus in ordinem, vt prius eum timuerim imperatorem, quàm cognouerim ERNESTVM. hic postquàm in campo ducem præfecisset militi, militem coëgisset in turmam, habuit concionem, ac militia Sacramento obligatis illis, quorum nutu gere-

gerebatur res, imperat, vt procedant, suo quisq; ordi-
 ne. buccina excitat militē, miles procedit, ERNESTVS
 bacillo, quasi Caduceo Mercurius, hunc ducit in ordi-
 nem, illum ordine mouet, incitat equum, cohibet e-
 quū, hunc laudat, illum corripit, surridet amici blā-
 dule, primarios appellat honorificè: deniq; ea pruden-
 tia ac modestia nequit solus omnia, vt antequam hunc
 militem cognouerim esse Episcopum, aliquē hoc tem-
 pore Episcopum optārim ad huius normam esse mili-
 tem postquā hunc audio esse ERNESTVM, gaudet
 in sinu, meū sensum ita congruisse cum re, vt non tam
 res mihi sensum impressisse, quā sensus rem videatur
 parturuisse. illa nocte Aquisgranum ingredimur, sa-
 lutamus, discedimus. nam sic heretici illi timebant
 principes sincerè Catholicos, vt, illis nisi cedētibus vr-
 be, urbē non putārint saluam. indulgent hoc illorum
 timori duces, vt concedant in pagum vicinum, qui ce-
 lebris est aquis medicatis. quanquam verisimilius est
 cessisse principes, non tam vt indulgeant hereticis hu-
 mani, quā ne hospitentur apud hereticos Catholici.
 sed si vidisses formā ciuitatis, transeuntibus nobis
 planè, quod res est, diceres nullam grauiorem pœnam
 à Deo esse istis impiis Calvinistis propositam, quā
 conscientiam scelerum; quorum furia ita eos infecta-
 bantur, vt ne pacem quidem putārint posse esse paci-
 tam, nec sinceritatē ipsam integram à labecula tran-
 simus, sed tanquam innocentes inter medios sicarios.
 nam omnes angulos illius platea, qua recta nobis erat

in vicinum pagum, tenent obsessos hastati, sclopati, expediti milites. domus ciuica (hoc nomine illi vocant forum, in quo est vrbs totius momentum) erat cincta milite tam conferto, tam benè armato; vt in eam partem si qua irruptio futura esset, per omnium corpora futura esset. mulieres ascendunt tecta, prospectant ex fenestris; quasi illis tam blandulis, ac religionis puritate tam egregiè imbutis vllum possit impedere à milite periculum. audacula tamen quadam ex Caluinè schola meretricula (nam virginem octodecim annorum non fert hæc religio) sparsæ erant per angulos, vel vt me meosq; socios molliuscula, timidè que fracta voce irriderent Sacerdotes, vel vt militum, si prece non possint, suorum corporum oppositu tenellæ reprimerent. Venus vicit Martem, fabula nō est, at Vulcani retibus vel perspectis acie, vel elusis arte tutius vicisset, si Caluinum audisset. nouas Veneres nouus adidit Caluinus tam lepidè catas, tam occultè cautas, vt præ his illa Martis antiqua & ineptè sit rustica, & stultè aperta. sed conuicium muliercula fecit, vt oratio mea non teneat suos carceres. redeo. extra illam plateam, quæ vna nobis paruit, ades clausæ, milites in angulis, voces sine conclusionè verborum, vultus sine sanguine, ostendebant trepidatum fuisse, illi tamen constantè affirmare, amoris hæc officia fuisse præstita principibus, nō timoris signa ex Catholicis orta sed sine fronte sunt. qui dicunt se amare principes, quos oderunt Catholicos; præsertim cum fasti sint fuisse causam timoris

in tanto equite, tam sincerè Catholico, tam benè instructo. hinc Iuliacum rectà. cum primùm in Iuliacensi ditione vestigium posueramus, princeps id contentione egerat, ne quod videretur prætermisisset, vel officium magnifici ducis in duces, vel signum amici animi in amicos. id primum erat, vt cum omnes viae aut infestæ erant latrocinij, aut insidij periculose; summitteret pedites, qui viam aperirent vestigio, defenderent corpore. aperuerunt, defenderunt tam multi, tam fideliter, vt in summo timore nihil senserimus timoris, in summo periculo nihil videmus periculi: atq; vt intelligas amoris genus, vide periculi formam. quicquid est itineris à Colonia Laudium, id totum est obsessum à latrone, siue externi qui irrumpit; siue domestico, qui latet. ac quanquam Iuliacensis in eo omnem suam contentionem fixerit, vt hanc tam funestam pestem extinguat atque periculum deleat, tamen hominum ea est miseria, vt capti non pigeat mori; ea audacia, vt liberos non pudeat insidere viam. quid narro? insidere viam genus suum latrocinij antiquis notum, hi iam antiquos nisi latrocinandi genere superent multis partibus, humanitatis se putent ac probitatis laude egregiè politos. sed iam expilare nihil est, nisi excindant; agros vastare perpusillum est, nisi incendant; viros pugno violare humanum est, nisi interimant; filiarum & vxorum pudicitiam libare honestum est, nisi in patribus & maritiū exprobrent. **Ó LES V,** quid dicam? quod videtur

quod audiui, agros populatione scedatos, templa immanitate excisa, ædes & pagos partim desertos, partim euersos, belluas specie hominum terras, homines more belluarum immanes, hortos incultos, arbores horrentes. **DE** IESV, quid dicam? vt finiam; perangustè dicam, quicquid potuit aut detrimenti Rebuspub. libido, aut horroris agris solitudo, aut sordidi templis scelus, aut impij hominibus impunitas: id totum illis partibus inuexit vna hæresis. cuius rei argumento sit, quòd itinere sex milliariorū, agri gleba benè opima, hortis commodè inclusis, nullum viderim aut equum, aut bouem, aut iumentum cuiuscunque generis extra quosdam equites, quos timemus, in sese viis, insidiari nobis. quòd periculum describo maius, eò amorem Cliuensis in principes Bauaros ostendo maiorem, qui id egit sedulo, ne qua huius periculi non dico pars aut societas, sed timor ad nos perueniret; ita sepsit vias, ita muniuit homines. peruenimus Iuliacum. tota vrbs nobis fuit tam hospitalis, tam benigna, vt nisi omnes Iuliacenses in singulos Bauaros se profudissent, putarent se fecisse & præter officium suum, & contra voluntatem principis. ipse dux totus in eo fuit, siue sederet, siue curreret, siue taceret, siue clamaret, vt duces nostros, & qui cum illis primarij erant, demulceret verbo, & omnibus amoris signis deliniret suauiter. nò satis illi fuit domi esse amicum summum, voluit Leodij interesse pompæ, voluit videre, videri; honestare, honestari. porrò vt omnia summa fecero, minimam

I certè

certè partem dicendo non assequar aut amoris illius
quem principibus nostris ostendit honorando; aut ho-
noris, quem prestavit amando. quippè siue loquor pri-
uati amoris publicum honorem, siue publici honori
priuatum amorem, communis certè ille non fuit, pa-
ternus fuit. hìc post quã equi recreati, ac homines be-
nè curati erant, tertio die petimus Vizeum. vrbs hæc
(quã Iuliano itur Leodium) prima est Leodiensis dice-
ceseos, per exiguis mœniũ septis inclusa. cùm propè ab-
sumus ab hac ciuitatula, procedit Episcopo obuiã Leo-
diensis (qui trita vulgi voce dicitur) Baliaus comita-
tus duodecim cataphractis, quos insigniebat sagum ex
rufo tenuissimo panno hinc inde fluxum, simbrias filo
textili candido vndiq; ornatum. arma erant sclopi
ad sellam, ac pede sustetata hasta, cui prominebat ve-
xillum vrbs emblemate variegatum pulchrè. substi-
terunt principes, cataphracti salutant, & equos in a-
pertũ campum eductos nunc incitãt in cursum, nunc
cohibent à cursu; nunc singuli securi singulos se expli-
cant in turmam, nunc omnes se globatim cogentes in
gyrũ conficiunt orbem; nunc subsistunt, nunc præci-
pites feruntur, idq; tam artificiosè, vt acies vix perce-
perit, aut qui subsisterunt, præcipites ferri; aut qui
præcipites feruntur, subsistisse. cùm multa essent hìc,
que admirabamur: tũ illud maxime, quòd equi sin-
gebant pedem ea arte, ac totũ corpus conformabant
eo gestu, vt illi ex aula polituli in suis choreis vix vi-
dantur aut terrã premere aptius, aut corpus mouere
elegant-

elegantius. id augebat laudem & equitum & equorum, quod hac ac huius generis multa fecerunt ad normam buccinatoris, qui cursu & cantu præibat reliquos. post multam equorum equitamque iactationem nunc confertim conglobatam, nunc explicatam in ordinem, milites ad ducis vnam vocem, pernicitate penè, quæ vincit aciem, prouunt in vicinam syluam, nos pergimus ordine, quo cœperamus præfinito. vix Vizetum in nostros oculos incurrebat, cum alternis quasi vicibus & concentus buccinarum nos deliniret, & fragor tormentorum percelleret. ingredimur, ingredientibus quicquid obiicitur, lætitia fuit, gratulatio fuit, honor fuit. via instrata gramine, latera hinc inde cincta milite, populus viam occupans, mitra affabrè factæ, ac pendula in aère, strepens sclopus, campana tinniens, tanti amoris tanta signa præbebant: vt & via suum defensorem, & miles suum ducem, & mitra suum antisthetem, & sclopus suum moderatorem, & campana suum Deum viderentur excepisse. vnus populus vnum hominem tot officiis, tam diuersis honoribus ornauit, vt quot erant officia præstita, tot populi viderentur excepisse vnum principem, quàm diuersi honores habiti, tam diuersi principes viderentur excepti ab vno populo. orationem cogor in diuersas formas fingere, ac vocem primam motam loco substituere vltimæ, vltimam cédentem sufficere primæ, ne in tanta rerū diuersitate si perpetuam & eodem cursu labentem orationem sudero, videar.

violata artis præscriptione, summam varietatem rerum non expressisse vario flore, sed eadem orationis similitudine ac facis permiscuisse & confudisse in vnu, neque hoc dico, quod putem me affecutum orationem, sed vt intelligatur varietatem tanta arte dispersam atque distinctam esse, vt elegantissimi cuiusque oratio ficta ac reficta in omnes formas vix ac ne vix quidem possit depingere huius pompæ non dico veram effigiem, sed vmbrailem formam. hæc hoc inprimis loco moneo, vt in reliqua pompa si oratio sit longè inferior re, rei susceptæ sit laus, quod tam ardua; rei non perfectæ excusatio, quod tam varia. hæc communia sunt, singularia illa. Vixeti cum primùm posuerat princeps vestigium, adsunt Consules, salutant, gratulantur, amant, honorant. at quid honoris? vrbis clauis, & in clauibus se, vrbem, omnia offerunt. ERNESTVS oblatas recepit, tanquam princeps; restituit tanquam securus. subiecit, se in spe esse, vt quam habentenus præstiterunt fidem in clauibus, perpetuo tuerantur: summæ enim fidei summam non deesse constantiam. hinc itur ad templum numerosè, cantant gratè, reditur honorificè, editur opiparè. inter edendum municipales donant pateram ex argèto benè grauem, auriq; specie pulchrè illitam. significat princeps, gratissimum esse munus, & quod amoris erat; & quod primum erat. ad testificationem letitiæ, ex hac pateram præbabit Ferdinando fratri; Ferdinandus recipit præscribit reliquis illam poculi legem, vt omnis ergo biba-

bibatur in gyrum. quid multa? festus dies erat de do-
 no, de principe, de gyro. vt pertexã de Vizeto, huc mul-
 tus ciuis, nobilis, Baro confluerat, qui principem offi-
 cij causa, proxima luce, comitaretur in urbem. verum
 cum tantilla vrbs principes non posset capere instru-
 ctos à comitatu numeroso, secedunt in viciniam, alius
 aliam. Vizeto digressi altero die, venimus Leodium.
 rem audis, vide pompam. sed pompa totam formam
 vt videas melius, populi Leodiensis vis nosse speciem?
 nitet Flandricè. animos? superbit Anglicè. ingenium?
 sapit Hispanicè. linguam? frendet Gallicè. impetum?
 furit Gasconicè. cum hanc propensionem natura pro-
 seminãrit per omnes Leodios, & id quoque addiderit,
 vt sint peracri iudicio: disciplina sæpissime consequun-
 tur, vt sint & optimi milites, quod furant ac frende-
 ant; & gnari Reipub. insigniterq; docti, quod sapiant
 ac superbiant; & polituli deniq; aulici, quod niteant.
 neq; illa, furere, frendere, superbire, vellem sic intelli-
 gi, vt videantur vitia; neque hæc, nitere, & sapere, vt
 putentur virtutes: sed quedam potius semina, quæ
 in quamcunque partem excitentur & excolantur,
 fiunt vitia, fiunt virtutes. vnde furor & superbia illa
 (cum rationis regionibus coërcentur) faciunt vt in
 Leodiensibus cernantur doctrinæ ac scientiæ milita-
 ris perinsignes notæ. nam superbia, si discant, exci-
 tat, ne langueant; furor, si militent, impellit, vt au-
 deant. illud quoque frendere Gallicè, quod imbibunt
 cum lacte matris, quod vident esse turpius ad famam.

ed vel nobiles, Gallica, vel mediocres, Latina lingua
 polienda & cudenda operam nauant diligentius: vt
 certè in Flandria cum degerem, plurimos cognouerim
 Leodienses, & lepidè poetas, & egregiè oratores. tantis
 est, esse superbum, seu potiùs habere magnanimitatis
 igneam illam vim implicitam animis, vt etiam vitio-
 rum semina excitet in frugem & ad aspectum letam,
 & ad vsum percommodam. quanquã ne omnes Leo-
 dienses videar ad gratiam fingere excellenti laude
 aulicos, oratores, poetas, milites, magistratus: oratio-
 ne hac mea tantum comprehendo nobiles, ciues, aut
 eos, quos insitos in ciuitatem, aut ablegatos peregre
 disciplina poliuit & industria parentum. reliqui
 quos fortuna abiecit ad facem, malitia ad fraudem
 ex vitiorum ac virtutum hisce incunabulis omnia
 fingunt contraria. quippè habent ex furore, vt sint
 præcipites in vindictam; ex fremitu sermonis, vt sint
 horrifici voce; ex sapientia, vt nec velint regere, nec
 possint regi. nitorem cutis ne queras aut cultum ve-
 stis: sordere apud istos, hoc est, esse hominem. siqui-
 dem cum vberimus fructus illis sit ex carbone in in-
 tima terra nato, sic effodiunt hi, sic efferunt illi, vt si
 Æthiopes eos appellarem, laudarem elegantes. tam
 sordidè sunt nigri, vt videantur potiùs vel specie ho-
 minum daemones, vel specie daemonum homines. reli-
 quum genus, quod nec sordidum est nec lautum, est
 sagax, audaculum, versatile, generosum, quod solet
 contemnere alios, nec ferat se contemni ab vllis. vi-
 bil

bil hęc simplex, vt qui hoc genus regat, prudentis gu-
 bernatoris expleat numerum, si non regatur. his me-
 diis, & illis sordidis arma solent esse baculus octo cu-
 bitos longus, ac ferreis pilis præfixus, vel anceps gla-
 dius ad latus, sica tres aut quatuor inclusa in vnam
 vaginam, ac sclopus humeris subnixus. quod si neces-
 sitas eos premat faucibus, vt arma non habeant ad
 manum, ea sunt altitudine animi, vt rastrum, & in-
 strumentum, quod fors obiicit, illis loco armorum
 sint: vsque eò vt miles prædo tam fortasse timeat ra-
 strum rustici Leodiensis, quàm sclopum ciuis Flandri.
 quicquid pingo horum hominum, id pingo ad pom-
 pã. nam in singulis generibus singularis fuit pompa,
 ac penè triumphus. quod vt intelligas meliùs, in forma
 cogitatione viam à Vizeto vsq; Leodium pulchram,
 latam, tritam, longam duo milliaria. informasti? in
 hanc viam ex pagis descendunt rustici, alius cum sclo-
 po, ense, & sica, alius cum oblongo illo baculo, alius a-
 lio modo armatus, nullus nullo modo armatus. cum
 his filij, filie, vxores, sorores, famuli, famulae, ea specie,
 quam suprã descripsi; eo numero, quem non credas. oc-
 cupant viam hinc inde conferti vbiq; , rariùs tamen
 propè Vizetum. nam postquam ingressi eramus viam,
 quæ continens est Leodio: tã frequens populus (auctior
 enim erat, quodd se in agros etiam effuderant plurimi
 ex face vrbani) vias insederant, vt id tantum vie
 nobis relinquerent, quod satis erat equis binis ordi-
 ne procedentibus, miramur multitudinẽ, & certè erat,

cur miraremur. Cicero putauit sua laudis, atq; ad
 orationis summam in eo fuisse, quod diceret redeuntis
 illi dextram porrexisset Italiam. at hoc nihil est: ve-
 nienti principi ERNESTO. Leodium aperuit suas
 intimas medullas. id quod magis crederes, si vlla ra-
 tio potuisset exprimere in vrbe ipsa populum ingen-
 tem augustissime stantem, sedentem, procumbentem,
 non curatur, quam commodè vident; sed vt videant,
 id curatur tantum. mirus fuit in vrbe populus, mirus
 ordine, mirus numero. nam ordo sine ordine fecit, vt
 populus videretur minor; & numerus supra nume-
 rum fecit, vt ordo videretur maior. vñ dicam? sola
 Leodiensis vrbs potuit aut tanta circumscribi tantil-
 lo loco, aut talis sine prescriptione cogi in tam com-
 modam ordinis speciem. illud fuit ingenij, hoc iudicij.
 an ne hac cuiq; videantur magna. praeludia sunt. pōpā
 non sunt. vt triumphū ac pompā species sit expressior,
 imaginem Leodij subobscurā extremis orationis no-
 stra lineis inumbrabimus. vrbs sita est in agro & ab
 frugem opimo, & ad omnem commoditatem peropor-
 tuno. nam praterquam quod fundat sementē, quanta
 satis est sibi, & vtilis vicinis partibus, ita est extrema
 Germania, ac prima Flandriæ, vt quacunq; re egent,
 illam summittat & ex Germania per Rhenum ma-
 gno bono, & ex Flandria per viciniam nullo labore
 Mosa fluuius. ex hac harum duarum gentium vici-
 nia populus Leodiensis, cui antiquitas barbarie atq;
 inconstantiæ notas inusit, duas contrarias virtutes
 imbi-

imbibit, ex Flandria cultum, ex Germania fidem: ut nec excultrix iam Flandria sit nitidior veste, nec magistra Germania constantior fide. hinc abiit in sermonem, *Aussy fidell, ch'è vne Ligiois*, id est, tam fidus, quàm Leodius. Gallus quidam falsò, sed scitè interpretabatur hanc orationē non aliter se habere, quàm si quis dicat, tam fidus, quàm Punicus. præter has commoditates abundat ciuitas plurimo nobili ad disciplinam, plurima plebe ad militiam, plurimo ciue ad auctoritatem. ac, quod facit ad laudem valdè, ita nobilis est in disciplina clemens, ita plebs in militia audax, ita ciuis in auctoritate moderatus, ut moderatio auctoritatem non labefactet, sed auctoritas moderationi præscribat; nec audacia militiæ officiat, sed militia audaciam dirigit; nec clementia disciplinam euertat, sed disciplina clementiam intra suos terminos cohibeat. id quod cum omni ætate ostenderunt, tum proximis his tumultibus Belgicis prudentius, quàm vellem; diutiùs, quàm deberent. ager, nisi qua Stapuletum itur via horrida ac salebrofa, vel est herbidus ad pascua, vel lætus ad frugem, & fonte pelucido vndiq; nitens. id est propè singulare huic agro, quòd suis visceribus alit carbonem sparsum per venu-
 las: ex quo effosso ignis struitur tam luculentus, ut plurima inde sit vtilitas & domesticis, qui effodiunt; & exteris, qui emunt. ædes amplæ, diuitiæ infinitæ, populus numerosissimus, plateæ spatiosæ, & ad omnem magnificentiam speciosæ. magnitudinem vrbis non

definio certo ambitu, sed ambitum indicabunt inter
 tam numerosum ciuem octo Collegiatæ Ecclesiæ, mo-
 nasteria religiosorum sedecim, virginum quinque, at
 triginta due parochiæ. Roma est, si spectes clerum;
 Florentia, si populum; Augusta, si plateam; Colonia,
 si oportunitatem; si elegantiam, Monachium; si edi-
 ficia, Lugdunum. ô bellam ciuitatem. vita hîc est mo-
 ri, nisi mors sit viuere Parisiis. in hac vrbe tanta ele-
 gantia circumspice fenestras, angulos, plateas, omnia
 singula, instrata supernè tapete & flore, infernè flori
 & gramine: in tanto populo omnes vide vel mican-
 tes gemma, vel veste serica & holoserica graues, vel
 cultu alioqui perhonesto nitidos: in tanta specie ani-
 maduerte populum, clerum, foeminam, puerum ex fe-
 nestris prospectare, ex tectis extare, ex appendicibus
 suspendi, angulis affigi, flores opplere: atque ita ani-
 maduerte, vt nisi stupeas tam numerosam urbem v-
 nius plateæ cancellis inclusam, planè iures te non
 animaduertisse. nobiles, quibus turpe erat otuari, sor-
 didum negotiari, exeunt, redeunt, imperant, toti de-
 nique sunt in obeundis muniis necessariis ad pom-
 pam. quibus nihil erat muniorem obeundum, exte-
 ri Comites, Barones, Principes, Legati obuiam pro-
 cedunt ERNESTO; tanto numero, vt hoc sit, esse
 aulam. illa facies fuit vrbis, ista pompa. tribus aut
 quatuor millibus passuum plus minus à Leodio ponti
 est lapideo opere, vernacula voce vulgus vocat Secre-
 tarium. propè abest campus, pulcher, planus, latus. hîc
 pra-

praescriptio, quis cui locus processuro. de loco erat certamen, quorundam cum quibusdam honoris; aliorum cum aliis modestia. hi contendunt, ne praecedant; illi, ut praecedant. inter principem Cimacensem, qui est ducis Arschotani filius, & principem AreMBERGIUM fuit imprimis leuior disceptatio de honore loci. contendebant rationibus, alius alius: vnus, se esse principem Imperij; alter, se esse principem longa serie parentum, nihilque niti alieno Imperij splendore. disceptatio, ne cursum cohibeat, reuicitur in ERNESTVM principem, & eos, qui emblemata, principumque insignia procurant. ERNESTVS princeps, qua est in rebus vel subitis perspicientia, vel dubiis prudentia, respondit rem & acri mentium permotione, & incertis argumentis implicitam tantilli non esse temporis, nec huius loci; rogare, ut deponant studia contentionis, assumant modestia: addere tamen, se esse principem Imperij, pompam esse Imperij, locum, in quo constiterant, esse Imperij urbem, quam ingressuri erant, Imperij & priuilegio niti, & deuinciri legibus. laudant omnes ingenium principis, quod controuersiam ita sustinuerit, ut videatur diremisse; vel potius ita diremerit, ut videatur sustinuisse. tamen ut via sepiatur grauiori contentioni, praefecti insigniorum rogare, ut cedant, alter alteri: magnum honorem illos hodie delaturos principi, si alter alterum vincat non honore loci, sed humanitatis officio, & contentione amoris. pareretur consilio, ceditque humaniter.

qui

qui noluit vinci abiectè. proximè pontem, quòd limes
 fortasse sit & terminus fixus agro Leodiensi, steterant
 supremus Scriba, duo supra viginti ciuitatis Commis-
 sarij, Andreas Dans, & Georgius Gosuinus Consules,
 nobiles sanè perinfignes, iudicio ille, doctrina iste, cum
 proximè abesset princeps, defiliunt illi ex equis, ade-
 unt, gratulantur, ista partes erant Consulibus, Dan-
 seo, vt Gallica; Gosuino, vt Germanica oratione salu-
 rent principem, sententia ista fuit, se gaudere, omnia
 hætenus principi fluere ad voluntatem, rogareque
 Deum, vt hic illi cursus fluat perpetuus, viuo per vir-
 tutem, mortuo per gloriam: se verò vt in clientela iam
 eius esse subditos, sic in nutu semper fore sinceros, di-
 xerant, moxq; subiecerant solenni patriæ ritu vsur-
 patum, vt princeps illo loco iuret in pacta pacis Fe-
 chianæ, fidèque caueat ciuitati & ciuibus priuilegia
 sacra tecta; idq; tam sincerè, vt illa nec violet, nec vio-
 lari sinat, princeps singula illis sancit verbo principis
 fide Sacerdotis, post iusurandum à Consulibus da-
 tum, ab Episcopo statis verbis conceptum, ascendunt
 denuò equos, ac principi latera claudunt, dextrum
 Gosuinus, sinistrum Danseus, pulchrum erat ad spe-
 ciem, videre Consules & Scribam veste pellucentes,
 nam tunica illis erant holoserica, suffulta panno ser-
 ico tenuissimi filii, cærulei coloris, simbrias instrata fo-
 ris filo textili ex argento, chlamis hoc genus commu-
 nis illis fuit cum plurimis Reipub. principibus viris,
 vipotè quæ donata erat à principe, maximis quibusq;
 ad

ad notam amoris si non magnam, certè claram. augebatur splendor varietate. nam commissarius tunica tantùm erat holoserica, holosericus galerus (qualis decebat homines hac muneris specie graues) chlamis ex elegantissima lana, simbriam ornata panno holoserico, lato vndique palmam. plerisq; erat torquis ex auro benè grauis, artèque pulchrè factus. nihil splendidius. ad pontem postquam factæ fuerant statæ ceremoniæ. proceditur ordine, qui cuique fixus erat in campo quem suprâ explicauimus pulchrum, latum, planum. hic ordo.

Nobiles Leodienses, qui honoris causâ plurimi conuenerant, holosericati & torquati (vt suprâ descripsi) subeunt in primum locum, viamq; reliquis ad urbem quasi muniunt. series hæc pulchra erat, quia nobilium; splendida, quia torquatorum; nitida, quia holosericatorum; honorata, quia benè moratorum. vno verbo, quot erant præfecti arcium, tot putasses Virginios; quot Barones, tot dixisses Camillos; quot nobiles, tot iurasses Scauolas: ita tuebantur vultu grauitatem, veste pompam, gestu urbanitatem.

Alterâ series erat eorum, qui Philippum à Croy, Principem Cimacensem, Ducis Arscottani filium comitabantur. lectissimus erat hic nobilis, nitebatq; veste partim Hispanica, partim Gallica. Hispanus quidam, transeuntibus illis, mihi in aurem, ecce (inquit) in veste Hispana nihil Hispani. tacui, sed cubito mentem elicenti subieci, hoc est, esse pulchrè monstrum. ille

iura-

iuravit Deos, ego risi homines. in hac serie, omnes equites, centum quinquaginta sex.

Tertia series erat eorum, qui nauabant operam principi Aremburgensi, nobiles erant pulchri, nitidissimis moribus, cultissimis vestibus. amavi sinceros, vestis plerisque pulchre Hispana, quia mens plerisque sincere Hispana. iudicium hoc fuit non meum, sed Hispani amici, quem notaui proximè. iudicium hoc meum est, nituisse hos veste, nituisse vultu, nituisse equo. hos penè veneratus sum, non tam quòd nitidi, quam quòd principis Aremburgensis. nam hic princeps effuerit exquisitè lautus, suaviter humanus, egregie fortis, insigniter Catholicus, & Bauaris sincerè amicus, tamen illum in primis suspexi, quasi filium talis patris. at qualis patris? qualem luget Flandria, desiderat Ecclesia, timet Calvinus. in hac serie omnes equites, centum sexaginta octo.

Quarta series eorum erat, qui latebant in clientela & subsidio Gulielmi, Iulia, Cluua, ac Montium ducis. exercitus iste erat, non comitatus; ita referetur miles veste, vultu, numero, cultu cogitas? generosa sunt omnia. putas generosa? culta sunt singula. dicam breuiter, quicquid inspexeris, id est militarily splendendum, spiratq; amorem in Bauaros. plerisque erat tunica plicata, fibulis ornata latis, iisque argenteis, aut aureis (qualis est equitum Germanorum) sclopus ad sellam, torquis in collo. quid pergo? nihil Germanicus siue spectes vestem, siue mentem. gloriior sæpè mentem

tum Anglum, glorior vehementer me factum Bauarum. nihil ioci. planè gaudebam hìc in sinu, me esse Anglobauarum, ita amabatur, quicquid erat Bauari. quid putan? sonabat ERNESTVS Bauaria. Ducis Cliuia Deum; Bauarus Cliuensi heroam.

In hac serie equites omnes, trecenti quinquaginta quatuor; pedites sexaginta quatuor; stipator iustus, famulus honoris elegans, tybicen dulcis, singula summi Ducis summa.

Quinta series erat Bauarorum. nihil hìc quare. nosti omnes, nosti omnia. omnes equites ducèti quinque, pedites alicuius ordinis decem, promiscua facio plurimi.

Sexta series eorum fuit, qui erant in nutu ducis Arscottani. vestem putas? nitet. mores? excellunt. equum? superbit. omnia vel lepidè leuicula ad formã Galli, vel pulchrè limatula ad imitationem Hispani. nunquam putabã fore, vt Galli libertas cum Hispani maturitate probè conueniret. conuenit hìc, idq; tam concinnè, vt videretur & Hispani grauitas Gallica leuitatis specie temperatior; & Galli libertas Hispanica grauitatis sale conditior. finio. ornabat dux comitatum, comitatus ducè. id erat singulare hìc, quòd duodecim erant leuis armatura equites, & quinquaginta pedites instructi à sclopo, qui duci tegerent corpus. hìs stipendium menstruum duodecim daleri. extra hos, reliqui equites omnes quinq; supra centum, pedites incerti numeri. id certum, non fuisse multos.

Ultima

Ultima series erat eorum, qui pendebant à Serenissimo ERNESTO, siue honestarent, siue ministrarent. ideo hic splendidum, quòd post multum exquisitèque cultum Leodiæ aula nobilem, proxime sequebantur quindecim alij nobiles, veste holoserica, torquèque aureo conspicui. his succedebant quatuordecim primæ nobilitatis pueri, holosericati, sericisq; perbellè. his galeæ. ex galeis extabant pluma pannum, latèque eminebant margaritæ, vniones, lapides pretiosi. post pueros sunt stipatores principis viginti quatuor, perinsignes & specie corporis, & bipenni, & veste eleganter varia. sagum illis erat holosericum, carulei coloris; thorax sericus albi coloris, intercisâ spatii oblongis, ex quibus extabat tenuior pannus sericus albi coloris; caligæ item holosericæ, carulei coloris, fluentes ad imitationem Heluetiorum, quarum intercisâ spatia ornabat pannus sericus albi coloris, extans & quasi extra oras effluens. stipatoribus continentibus erant tympanistæ equites, more Hungarorum, prisco, pulchro.

His succedunt principes, qui honoris & officij causa aderant, quorumque comitatus præcesserat. primo loco Carolus de Lignes princeps Aremburgensis, & ordine deinceps reliqui, Philippus à Croy princeps Comacensis, Georgius Landgravius Leuchtenburgensis, Carolus à Croy dux Arscortanus, qui, quòd legationibus obibat vices honorarias regis Philippi, latera habebat tecta, dextrum à Ferdinando Bauariæ, sinistrum à Gulielmo

Gulielmo Cliuia ducibus. istic clangore octo tybici-
 num princeps notatur puncto adsuturus. inter hos
 quasi medius Adolphus, Baro à Schvvartzenburg, ve-
 ste partim holoserica, partim filo argenteo texta con-
 spicius præferebat vexillum rufum, quod habuit in-
 signia principis ipsius, omniumq; ditionum, quæ pa-
 rent Reip. Leodia. tybicines excepit Hēricus à Berlay-
 mont prætor vrbis, dextro humero sustentans virgam
 rufam, notam iustitiæ. hunc præter ceteros etsi con-
 spicuum fecerant decem hinc inde stipatores, instructi
 à bipenni, flauis thoracibus, caligis rufis, quas distin-
 guebat filium flauis coloris textile: plurima tamen or-
 namenti accessio fuit, quod illi vtrumq; latus clausu-
 rant duo equites, argenteis sceptris insignes, qui em-
 blematis nobilium illuminadis & distinguendis præ-
 erant. at cùm solenne sit & statum, vt ex Durasio-
 rum familia aliquis gladium argenteum rectum va-
 gina argentea affabrè inaurata præferat principi in
 triumphis, Berlaymento continens erat Nicolaus Du-
 rasius, dextrum humerum insignis hoc gladio. post
 hos proximè Episcopum antecedeabant quatuor serui
 à pedibus, non solùm vestis vultusq; elegantia, sed ho-
 noris etiam specie conspicui. interiecto spatio, subse-
 quitur Serenissimus ERNESTVS inter Danseum
 & Gosuinum Consules medius. Episcopo se proximos
 insinuant Senatus secretus principis, secretarij, com-
 missarij (quos supra dixi) ciuitatis triginta diumui-
 ri, præfecti vasorum, cantores, ac reliqui, qui ad res

K

Epi-

Episcopi proximè mortui domesticas profitebantur d-
peram. hos claudunt sexcenti Germani leuis arma-
ra equites, quibus partes tuendi principi corpus. post
hos legati principum, aliique nobiles & equites loco
atque ordine, quem vel præscriptio Mareschali,
vel sua cuique dignitas & fortuna concedebat. equi-
tes fuerunt tam longa serie connexi, equi tam splen-
dido ornatu instrati, vt triumphum nec Leodium vi-
derit maiorem, nec exterus nitentiorum. nitebant
omnia in singulis. videbantur numerus ordini, ordo
numero addidisse speciem; princeps comitatus, comi-
tatus principi attulisse ornamentum; ciuitas trium-
pho, triumphus ciuitati adiunxisse decus. quid ludet
in summis omnibus videtur desiderari ad perfectio-
nem vnus aliquis omni numero eloquens, qui hanc
speciem veris variisque dictionis suæ coloribus effin-
gat & exprimât. quæro hic nec Ciceronem, nam eius
veneres nimis molles sunt ad hanc maiestatem tri-
umpho; nec Demosthenem, nam eius maiestas ni-
mis neruosa est ad hanc venustatem vrbis; nec Iso-
cratem, nam eius venustas nimis simplex est ad hanc
varietatem pompæ: sed oratorem quæro illum, quem
Marcus Tullius meliùs finxit animo, quàm effin-
xit dictione: nisi fortasè hic quoque minor sit, quàm
qui possit tantam & maiestatem formare neruis; &
venustatem inurere calamistris; & varietatem flore
dictionis eleganter inspergere. in hac pompa Leodien-
ses nostra, nos Leodiensia miramur. & vt singuli mi-
remur

remur singulorum omnia penè diuersa, tamen illi
 in nostris mirantur maximè ERNESTVM Episco-
 pum militem, Ferdinandum militem Episcopum, ita
 hic videbatur vultu, veste, gestu serius; ille habitu,
 fronte, oculo vegetus. vix credas, quantum probâ-
 rint Bauarorum equitum eandem formam, sagum
 videlicet illud qua sinuosis anfractibus inclusum,
 qua angulis plicatis extans, albos quosdam Ducis
 Ferdinandi equos benè & cultè habitos ad pompam,
 ac rufo colore tam artificiosè infectos, vt videatur
 ille non inductus, sed natura insitus. hos equos non
 satis fuit prosequi oculo, notant digito plurimi, pru-
 dentes. de catenis nobilium tam multorum tam ma-
 gnis stupor fuit. de tympanista fabula erat per Leo-
 diam. nam tanta artis venustate pulsum tympani
 nunc anteuertit, nunc subsequitur gestu, vt pueri &
 adolescentes præclarum putent esse, atque ad laudem
 egregium, nunc brachia componere, nunc versare la-
 tera, nunc attollere caput, & ad eius imitationem
 affingere, reliquos gestus. quid multa? quantum col-
 ligebam (vt colligorem, aucupabar gestus, vultus, vo-
 ces multorum) omnia nostra quæ erant, Leodiensi-
 bus summa erant. sed satis extra lineam, ad carceres
 redeo. illo ordine ibatur ad urbem; venit ad sancti
 Leonardi monasterium. subsistitur, & clauis ciuita-
 tis porriguntur à Consulibus. princeps recipit, tenet,
 reddit, tandemque laudat Consules de fide, in ciui-
 tate non solùm regenda prudenter, sed fortiter etiam

tuenda. monere per honorem, rogare per patriam, ut
quam hactenus mentem explicarunt in Reipub. rebus
sive dubiis certam, sive certis fidam: eam post hac non
inspergant labecula; se subditis fore principem, fidu
gratum. hac ad caeremoniam, addidit ad simulum,
vitæ, necisque conditionem eandem sibi fore semper
cum suis ciuibus. præclare, ut princeps; sincere, ut opti-
mus. nam plane erit, ut quam suam mentem expressit
verbo, præstet facto. bonus etiam magistratus boni
principis vocem excepit tanto applausu, ut parum ab-
fuerit, quin plena concione audiretur illud Romano-
rum militum, deliciae & amoris humani ge-
neris. in hoc monasterio sunt sacrae virgines. quæ re-
liquis præsidet, dono dat principi strophium artis
multæ. princeps accipit, agit gratias, promittit, per-
git. pergentibus obiecta est porta, quæ à monasterio
S. Leonardi nomen habet. huius portæ faciem supernæ
ars quinque discluserat spatia. singula spatia singulis
insignibus erant ornata, hac specie, his elogiis.

Primum spatium in portæ frontispicio ad dextram
fuit, insigne familiae à Bergis emblemate & armis.
emblemate subiecti erant hi versus.

*Vota potestati temeraria sæpè repugnant
Quod possis igitur, non, nisi posse, velis.*

Alterum spatium ad sinistram habet insignia fa-
miliae Bauaricæ. insignibus subiectum erat hoc elogi-
um. Audiatur & altera pars.

In tertio spatio ad dextram expressa erat Aquila
Romani Imperij. Aquila subiecti erant hi versus.

Nos tegat alarum, Iouis armiger, umbræ
tuarum:

Sub quibus instabit nullus ab hoste timor.

Quartum spatium ad sinistram habebat insignia
Episcopi Leodiensis proximè mortui. insignibus sub-
iectum erat hoc elogium: Dilige.

Spatium quintū nec ad sinistrā, nec ad dextrā, sed
infra reliqua spatia mediū habebat Reipublica Leo-
diensis insignia pulcherrimè inumbrata, cū his versib.

*Legia sis felix, Aquila quæ tuta sub alis,
Semper, & imperij fida fouere sinu.*

Cū ad hanc portam venitur, omnibus illa patet,
qui Episcopum antecedeabant; Episcopo occluditur. iu-
bet Episcopus ter, vt custodes aperiant, iussi non pa-
rent. Consulibus urbū, qui hinc inde tegebant Epi-
scopo latera, iubentibus ipso momento aperitur. stata
hæc est ceremonia altissimè repetita à prima maio-
rū memoria. ingreditur Episcopus. vix Episcopi equus
terram notârat vestigio, cū eum frenis cohibeat
Fontanus nobilis, Imperator illorum militum, qui
veteris balistæ societati nomen dederunt Leodij. sub-
sistenti Episcopo porrigitur vexillum illius societatis,
recipit Episcopus. Fontanus, & ex patribus quidam
ad id delecti imponunt manus vexillo, ac fide data,
offerunt se paratos ad omne periculū, non solūm cum

Episcopo adeundum, sed etiam ab Episcopo depellendum, suorum corporum oppositu: ea lege, vt se astringat iterum iuramenti formula, in quam antea concepit, se astrinxit, ac ne timeas Episcopum pressum angustiis, moris hoc est, non necessitatis. hac dum aguntur, tormenta maxima exonerata, equos ita perculerunt, vt perturbatio secuta inde fuerit non exers periculi. indicatum mox, nisi præteruectis equis & positis extra aleam, ne quis sclopus, nedum tormentum ingens soluatur. plateas à porta vsq; ad palatium hinc inde muniunt milites instructi partim à bipenni, partim à sclopo, amicti, suo quisque arbitrato: vsque eò vt colores Bauaricos in diuersa materia, alius intexuerit galeris, subligaribus alius; hic circumplicarit brachiis, ille collo. intelligi hic debet, quatuor esse turmas militum Leodij, è quibus bina instructa sclopis, binis societatibus, veteri & noua scloporum; totidem munita balistis, veteri item & noua societati balistarum nomina dederunt. ordo sic institutus erat, vt hæc quatuor societates seiunctæ & disclusæ spatiorum quodam interiectu locum occuparent proximum portæ. singulis societatibus Episcopus dono dedit bina vexilla coloribus Bauaricis distincta, & eleganter dispersa. Artes & opificia, quæ sparsa per ciuitatem sunt, despesuntur in triginta duas classes, ex singulis classibus lecti viginti locum tenent continentem societatibus. singulæ artes ostentabant vexilla parua, in quibus expressio erat suorum emblematum.

his iunguntur proximè illi, quos vulgus appellat decemuiros. rationem nominis inditi non potui explicari. ratio rei constans est & certa, vt ex ciuibus lectissimis seponantur trecenti quadraginta, qui Consulum defendant auctoritatem, vindicent iniuriam, si qua aut ingruat necessitas, aut calamitas premat acrius. in foro est fons, qui, quòd fluat scaturigine non ita copiosa paruus dicitur. ad hunc vsque fontem perducitur series illa militum, quam supra posui. inde initium est militum plus minùs septingentorum, qui sub sex vexillis suo sumptu militant principi ac Reipub. tribus diebus in periculis grauioribus, & triumphis huius generis. conscribuntur hi milites in agro Franchemontensi, non promiscuè ex face, sed ex numero eorum, qui aliquod iam nomen in re militari obtinuerunt. in via, qua itur ad forum, est ædes sacra D. Georgio. ad hanc ædem erectus erat arcus triumphalis, altus quinquaginta pedes, disclusus tribus portis, reliqua species hæc fuit. duæ columnæ sustentabant transversam trabem, non omninò planam, sed quæ æquabili & eleganti operæ assurgens desinebat in pyramidem. suprema partes duarum extremarum portarum hinc & hinc præferebant Aquilam vnguibus complexam orbem. mediæ autem portæ pars extrema ostendebat insignia Serenissimi principis ERNESTI, ac Consulum pulchrè variegata. adiuncti hi versus, qui notionem in principis elogio complicatam interpretantur.

Audiri debet pars altera iudice erecto,

Hinc aures vno possidet ore duas:

Vt simul ac patiens partes audiuerit ambas,

Vno ius reddat partibus ore suum.

Dixeram caput arcus assurgere ad imitationem pyramidis, spatij, quod pyramidis regionibus inclusum erat, pars & auersa, & aduersa praeferebant insignia gentis Bauarica. insignibus subiecta erant carmina, quae etsi nihil habent exquisitae vel notionis, vel dictionis, illa tamen inspergam tanquam pulcherrima imagini sordidos colores. aduersae partis dextrum latus habebat hoc carmen.

Principe cum nostro Comites saluete benigni

Quotquot ad hac fertis nostra theatra pe-

Felicis vrbis nostris succedite portis; (des,

Et festum plausu concelebrate diem.

Phi, sordet, nam praeterquam quod inuentionem habet haustum ex face, verba putida consuetudine, cursus est intercisus, vt videatur oratio potius interfistere clauda, quam recto pede ingredi. lateris sinistri carmen est sordidius, sensus tritior, cursus languidior.

Voce canant omnes, benedictus quisq; amica

Vrbi succedit, concomitante Deo.

Ingeminent plausus, intendant atria fertis,

Et variis ornent floribus omne solum.

Hac partis traiecta fuit species, hic color. Columna

pra-

præferunt imagines, prudentiæ, dextra; temperantia, sinistra. dextra item columna supernè fidelitatem & obedientiam, infernè honorem & gloriam habent expressas. sinistra columna superior pars, abundantia; inferior insignis est fama. ac ne quid desit ad cumulum, singula columna suum carmen, tanquam emblemata quoddam, habent. dextra illud est.

Principis ERNESTI, què misit Norica tellus,

Auguriis leti gens Leodina sumus.

Dij rectè vertant, & gaudia nostra secun-
dent,

Quæ de sincero pectore prompta fluunt.

Hic est namq; lapis solido de monte recisus,

Scilicet in nostra spemq; decusq; rei.

Sinistra hoc est.

Ergò patres illi passim celebremus honores,

Spargentes rubeis lilia mixta rosis:

Huc cytharæ dulces, huc Nablia Cymbola
nerui

Huc eat harmonici carminis omne genus:

Huc lepidi ciues vestros conferte triumphos,

Denique gratanti plaudite quisq; manu.

Ecquid tam firmi stomachi es, mi Antoni, in tanto
putidulorum poetarum padore qui teneas vomitum?

ego certè sic sentio, verba bona esse perditam male:

K 5 vt

vt putem potius authores dignos cruce, quam verum
 arcu triumphali. alie fuerunt picta forma aliarum
 verum, quae vel historiam continebant, vel allegori-
 am. Scauola iniicit manum igni, Cocles se in hiatum
 praecipitat, seque dum deuouent patriae, vigent omni
 memoria, siue scripti à magnis, siue picti in arcibus.
 Splendidum id erat ad magnificentiam, quod arcum
 extremum vndiq; ornabant viginti quatuor urbium
 quae parent Reipublicae Leodiae insignia picta affabre
 non euolo singula, rem tantum vniuersè describo.
 ex hoc arcu eminet inter multas faces media virgo
 tevella, ac colore vario eleganter distincta. oculi pa-
 ruli atque iniectis quasi stellulis scintillantes, albo
 go pellucens illa albedine, quae nitet in fontibus, gene-
 binc obscura albicantes, inde quibusdam venulis, tunc
 quam caeruleis vibicibus, eleganter insperse, reliqua
 vultus candore illo, qui liliorum est, infectus, nisi qui
 sanguis summa equabilitate interfusus ornat maxi-
 mè, vestis serica rufi coloris tota, reticulum in manibus
 ex vario flore, admirationem adferunt illius pulchri-
 tudinis, quam ex varietate mistam potius amant
 perditè in muliere, quam prudenter miramur in a-
 gro. quam pingo virginem? Deam fortasse. sed Deam
 non est, nisi reliquarum urbium, quae in illis parti-
 bus sunt. Deam quandam putes Leodium. nam Leo-
 dij haec representat personam, ac tam commode re-
 presentat; vt omnia insignitè conueniant. Leodium
 hactenus nulla erroris labe fuit infecta, virginem vi-

des: Leodium singulari virtutis laude est perpolita, ac legum descriptione insignis; pulchram amas & omni coloris varietate pictam. in tenella virginis aetate constans vox magnanimitatem; in constanti voce prudens oratio, eloquentiam Leodiensium facile aduerteris representatam. ac ne consecræ singula, virgo hæc omnes Leodinae vrbis laudes tam eleganter expressit, vt Leodium quantam religionis laudem tulerit, quod virgo est; tantum iam libaret virtutis fructum, quod hæc tenella virgo tam piæ virginis imago est. primùm omnes aspiciunt virginem locatam in arcu, tandem tam eleganti artis opere illa dimittitur cum pinu rotunda, Reibup. insignibus; vt singuli cum proximè absint, viderint eam descendisse, non aduerterint descendentem. princeps subit arcum, virgo pendula in aëre, principem aduersa intuetur, fingit vultum, salutatur, ac gestum plenum amoris subsequitur hoc carmine Gallico.

Prince comble d' honours
 Prince portant les marques
 Des plus grands Empreurs
 Et plus puissantz Monarques
 Non pas de l' orient
 Ou sont princes diuers
 Mais le dis hardiment
 De ce monde vniuers
 Liege citte Iesuis

La

La Metropolitaine
 Leige de ce pays
 La ville souueraine
 Par le vouloir diuin
 Ta chaste chiere Espouse
 A qui ton oeil benigne
 Le coeur de ioy arrouse
 A ce coupe le me sens
 L'esprit foudrè en lyesse
 Qui me esblouit le sens
 De parfaict allegresse
 M'ayant tournè le Ciel
 Cest tant notable iour
 Qua le vois de mon oeil
 Ton desirè retour
 Bien sois toy venu
 Noble prince de Liege
 Vienne, ne m'esloignes plus
 Vienne fair iey ton siege
 Viendoncq, car il est temps
 Mon grand pasteur & Maistre
 Vien nourrir tes enfans
 Vien tes ouailes paistre
 Tu es Duc de Bullion
 Tu es Comte de Loez

Marqu

Marquis de Franchemont
 Vien nos mettre in repose
 Puis què Dieu me à pourueu
 D'une si grande personage
 Allegrement te veulz servir
 Et faire hommage
 Prends donque la loyaultè
 De la belle lontreè
 De Liege la cyttè
 Pour ta ioyeuse entree
 Prends pour eschantillon
 De ma fidelitè
 Le coeur & le blason
 De mon antiquitè
 Pour fin des mes efforces
 Je priè au Roy des Cieulx
 Qu' en ouurant le tresor
 De ses dons precieulz
 Face une bocquet Royall
 De ses diuins fleurons
 Au Duc Imperiall
 Prince des Eburous.

Post hac verba offert reticulum florum, post ac-
 ceptos ab Episcopo flores summa laterum contentione
 offert hos versus sequentes.

Deployes

Deployes vous doulx champs,
 Pres, vaulx, bois, & montaignes,
 Allez psalmodiantz plaineurs & cham-
 paignes
 villetz, & chasteaulz, fontaines & riuieres
 Que dieu grad de tous maulx
 Le prince de Eburons.

His verbis hac notio subiecta est. postquam principem per honorifica appellatione ornarat, quasi eum in cuius stemma, Principum & Imperatorum, quicumque per orbem fusi sunt, agnatio, sanguinis communio, reliquaque omnia ornamenta conuenerant, gratulantur illi reditum, Principi Leodiū, marito vxoris namque dicit esse Leodium, ac Leodium ERNESTUM vxorem castè intellegam, sincerè amantem. quancum ex principis aduentu, ac mariti oculo tantum hodie capiat intimis sensibus voluptatem, quantum reliqua vita nunquam; rogat vt hanc princeps patitur voluptatem esse illi perpetuam. se vxorem esse discipulam esse, ouem esse, subditam esse, periculum esse de corruptione, nisi maritus deliniat; de peruersitate doctrinae, nisi magister informet; de contagione, nisi pastor curet; de populatione, nisi dux defendat. addit ERNESTVM, cum sit iam Dux Bullonensis, Comitis Loensis, Marchio Franchimontensis, habere abunde in quo sue virtutis ac pietatis expromat vires, has prouincias siue laborantes reficiat, siue ruentes sustentet.

tet. quare tanti principis tanto imperio non solum si-
 dem suam & operam addicere, sed sese dedere totam.
 in amoris huius certi certum signum se rogatur eni-
 xè Deum omnium rerum satorem, vt perpetuo suo-
 rum donorum flore Eburonum principem suauiter
 conspergat. hanc metaphoram floris eò referebat, quòd
 reticulum ex vario flore eleganter contextum porre-
 xerat virgo, receperat princeps de recepto dono, id est,
 non contempta se, ita exiliit, vt tantum inundantis
 lætitiæ flumen tantillæ pectoris sui angustia, vix vi-
 derentur potuisse capere. quare cum præ se tulerit ipsa
 se nihil posse, erat orationis conclusio campos, præ-
 ta; valles, sylvas; villas, castra; fontes, riuos vocan-
 tis in societatem precum, vt & mala terra à principe
 deprecentur, & bona cæli principi comprecentur. id
 ioculare erat, quòd in hac prece contentio vocis tanta
 fuit, vt penè obliuisceretur tenella se & virginem esse,
 & Leodium esse. quanquam ioculare non fuit, de-
 corum fuit, cum quæ amant mulieres, tunc soleant vi-
 deri sincera, cum sint insana. dixit virgo, ac quo de-
 scendit artificio, sensim ascendit, modulante sympho-
 niaco, stupente turba. hinc rectè itur in forum. in foro
 autem tres erant erectæ turres, specie pyramidum, ex
 fronde & flore, altæ pedes sexaginta. turres summas
 pueri, singuli singulas insidiebant, ac nudi, capitæque
 cincti oliua, suauissimè canebant fidibus. vnus Bacchi,
 alter Satyri, tertius Nympha gerebat personam. Bac-
 chus reliquis vt liquidior, sic largior, nam vina alba
 rusaq;

rusaq;

rufa q̄ vario riuulo fundebat omnibus, voluptatis hoc totum fuit. tres sunt ordines Leodiorum, Ecclesiasticus, nobilis, plebeius. singulis ordinibus singula erant in foro theatra, elegante opere, pretioso tapete. in primo theatro erant pueri, forma, vesteq̄ mentiti feminas, vnus Ecclesiam, alter Fidem, tertius Spem, quartus Charitatem. Gallica fuit oratio, vna omnium, principi precantium fausta, breuiterq̄ ponentium ante oculos, quantum sperant Ecclesia praeulem, Reipub. principem. Fides dein sola explicat reliquarum mentem, vincitq̄ rationibus, principem hoc tempore adhibitum clauo Reipub. Leodinae, ad respiciendas Ecclesiae ruinas.

In altero theatro quatuor iuuenes elegantissimi forma, exquisitissima veste ordinem nobilium representabant. vnus praeter ceteros eloquentissimus varia verbaque laude ornat principem, hortaturq̄, vt bonos promittit excitet, malos poenis constringat, duabus rebus potentissimis sanè ad Rempub. constituendam.

In tertio theatro quatuor item iuuenes plebeios representabant. summa hinc orationis erat, vt princeps populo tueatur iura verbo, priuilegia facto; maiestatis suae, tanquam gladij, aciem pariat in malis vindicandis hebetem videri, & plumbeam. Gladii deonem esse, vt petulantiam coërceat; fore Herodem, nisi coërceat. in primo theatro effigies fidei ex auro, in altero gladius aureus, in tertio cor elegante opere vicibus alternis se diducens, se concludens mu-

neri dabantur principi. notæ erant, fides Ecclesiæ, gladius iustitiæ, cor populi optime animati in principem.

Quartum etiam in foro theatrum excitatum erat ad aucupium gratiæ. Princeps præfert illud elogium. Audiatur & altera pars. huius elogij notionem latentem loquitur quartum theatrum, sed loquitur factò, non verbo. nam inducitur nobilis, qui obscure natum sistat iudici de lesa maiestate, Iudex arctè tenet se non priùs responsurum mentem, quàm audierit alteram partem. omnia sunt clara, de principe, de elogio.

Hic partim visis, partim auditis, itum est ad domum (vt loquuntur) Ciuicam, quem Latiniùs dices Senatum.

Domus huius fronti literis aureis inscribuntur hi versus.

Stare diu nescit, quod non fulcitur ab alto,

Et discors in se regnum durabile non est:

Sic decet in primis illū, qui cuncta potenter

Condidit, amplecti: Dominumq; fideliter

vnum

Quarere, post vno concordem viuere voto.

Hinc virtus, hinc pax, hinc & Respublica
floret.

Domui Ciuica ex altera parte respondet Pictorum
& Aurifabrorum Concilium. ex hoc suspenditur ta-

L

bula

bula, in qua erant Picturæ & Mulceberis effigies
longè pulcherrima. subscripti hi versus.

Venisti ERNESTE, & dudum expectata tu-
entur

Pictor & Aurifaber, principis ora sui.

Extremo foro cōtinentes sunt gradus adis, qua est
S. Lamberto sacra. hīc Episcopus descendit ex equo, qui
exutus ephippiis cantoris est solenni more in supremo
gradu Canonici ac huius Ecclesiæ clerici longa serie
cōnexi, & superpelliceis ornati, sistunt se Episcopo ho-
noris causâ. in hīs Senator erat magnæ eloquētia, sed
non multæ atatis, qui Episcopo reditū gratulabatur
Latina oratione. dixerat, & ipso punctulo viam Epi-
scopo munit ad gradus Senatus. sex aut septem pa-
tres, quos & ætas venerandos, & vsus rerum pruden-
tissimos iam fecerat, principem multa officij, vultus,
humanitatū specie ducunt in Senatum, ac statim iurif-
iurandi religione cauent sibi de Episcopo. Episcopo de
se, Reipublica de vtriusq. reliqui Senatores reliquam
nobilitatem foris conuiuio scienter & opiparè instru-
cto excipiunt.

Hīs pro more actū, Episcopus exiit veste milita-
ri, induitur Ecclesiastica, talari scilicet, & superpelli-
cio. descenditur ad clerum, Præpositus iam obuius cru-
cem sistit Episcopo osculandam. post osculum crucis,
subitur in ædem, eo ordine, vt totus clerus primo loco,
secundo primus vrbi magistratus, tertio Durafius cū
gladio, quarto famuli à pedibus præeant, subsequa-
tur

eur autem vltimo loco Episcopus, medius inter Prapo-
 situm & Decanum, ingressi, pro more obeunt tem-
 plum, vestigio Episcopi iam posito in choro, vocibus
 modulatè inflexis, ac symphonia multa, musici concin-
 nunt Hymnum T E D E V M. dum concinitur, ascen-
 dunt ad altare summum, Canonici primi, Episco-
 pus vltimus. post perpusillum tempus positum in ora-
 tione, Canonici ad dextram altaris conglobantur in
 quendam quasi orbem; Episcopus, presenti Capitu-
 li scriba, concipit iusiurandum eadem formula; qua
 renunciatus primùm concepit. oratur eodem modo,
 quo antea; descensum erat eodem, quo ascende-
 batur, ordine; cantor praesto est, qui Episcopum descen-
 dentem segreget à Decano & Praeposito (inter hos ha-
 tenus erat medius semper) ac locet in sedili suo. can-
 ratum est, itur frequentissimo tutius cleri ac nobili-
 tatis comitatu ad palatium. sperabam planè oratio-
 nem meam prateruectam scopulos stare iam in por-
 tu, cum in huius palatij magnificentia, quasi in va-
 do, denuò hereat. pulchrum est, latum est, longum
 est. quid pulchrum, latum, longum? vno verbo di-
 cam, summum est. quod si reliqua paria essent, non
 Ducis iam Bullonensis, sed Imperatoris; non Episcopè
 Leodiensis, sed Pontificis fortunæ viderentur consti-
 tuta. maxima hinc spatia cogitas. concursum tamen
 huc est tam confertim, vt in tanta multitudine gen-
 tis, maxima haec spatia viderentur angusta. horti, an-
 guli, area, cubicula, quorū singula singulas vrbes penè

continent, omnia vix complectuntur omnes. ac ne quicquam videar addere orationis amplificanda causa, de magnitudine ipsum palatium loquetur semper, de multitudine tu iuraueris facile, si in pompam, ac huius pompæ sparsum per omnes partes ruorem intuearis. sed ne videar potius pugnare verbo, quàm expugnare ratione, cogita Duces, cogita Principes, cogita Legatos, cogita Comites, cogita Barones, in tantis nonne cogitas exercitum? cogita Equites, cogita nobiles, cogita stipendiarios, cogita honorarios, in talibus nonne cogitas mundum? sed rem vide minutiùs concisam in partes, non tam quòd necesse est, quàm quòd faciat ad pompam. Duces sunt extra ERNESTVM tres, Ferdinandus, Bauaria; Ioannes, Arscottia; Gulielmus, Cluia. Principes quatuor, Landgrauius, Cimicensis filius ducis Arscottiani, Comes Arembergensis, Salatinus, qui cedit Archiepiscopatu Colonensi. Legati plurimi, à rege Catholico Arscottensi dux; à Serenissimo duce Bauaria Gulielmo quatuor; à Parmensi matre vnus, à filio Parmensi alter; Comites viginti quatuor. Baronum non in eo numerum, ne numerus faciat, vt sordent nobiles. in tanto numero salutantium quàm suo, quàm principum nomine; in tanta curiositate horum querentium, illorum videntium; in tanta turba ostentantium sua, comitantium suos, nihil est quòd speres in palatio vacuum, ne angulum quidem. reliqui Legati intra parietes gratulati sunt principi, verbo, aut

for-

fortasse nutu: Legatis tamen Serenissimi Bauariae ducis dies dicta est vigesima Iulij: qua, Ecclesiastico Senatu pleno & ornato superliceis, agebant gratias de hoc honore decreto ERNESTO fratri. id quod planè videbatur necessarium non solum ad honorem Episcopi, sed etiam ad illius Ecclesiae patres siue amoris specie liquidius deliniendos, siue honoris significatione arctius familiae Bauariae deuinciendos. conuentum à patribus est Legati se sistunt, VVolfgangus Baro à Maxilrain, Baro à Bemmelberge, Dandorffius nobilis, ac Robertus Turnerus, offerimus literas Serenissimi ducis Gulielmi, Domini nostri longè Clementissimi, easq; subsequitur caeremonia, gestu, verbulo. leguntur, vberi elegantique filo textæ in hanc sententiam.

Gratum nobis est (Honoratissimi Domini) quod factò illustri ostendistis, quàm sitis in familiam Bauaricam probè animati. non agimus gratias, referemus (si vsus ferat) ac hanc non mentem, sed facultatem vobis emetiemur tam cumulatè, vt satis pateat, familiae Bauaricae principes beneficia & posse accipere à magnis, & velle reddere gratos. istud iam dicimus, ac ne videamur velle dicere tantùm, quatuor nostros Consiliarios allegauimus ad vos, VVolfgangum Baronem à Maxilrain, Conradum Baronem à Bemmelberge, nobilem virum Ioannem Dandorffium praefectum aulae nostrae vxoris, ac Robertum Turnerum S. T. D. Professoremq; Ingolstadiensem: qui coràm te-

stentur mentem nostram bonis consiliis ita grauidam, vt non possit non parere aliquid magnum, & ad suam letitiam, & ad vestrum fructum. literis in hac sententiam scriptis illa clausula subnectebatur, reliqua suorum legatorum verbis perinde crederent, ac suis. haec litera varia causa affecerunt variè. scripta amanter, amabāt; scripta à principe, honorabant; scripta de animo grato, gaudebāt. hac letitia vt aleret illis perpetuè. Turnerus perorat, ac fusius aliquantisper principis sui mentem explicat de fratre, de illis.



ROBERTI TURNERI
ORATIO AD EPISCOPVM, CLERICVMQVE LEODIENSEM, NOMINE GUILIELMI Serenissimi vtriusque Bauariae Ducis, Domini sui longè clementissimi.

ROSTQVAM BAVARIA, SEVERIUS in Bauaria palatiū illud, quod te tenuit tenellum, & ad summam dignitatis certam spem educauit virum, non dico exploratè cognorat, sed leuiusculo quodam susurro inaudierat, te in istius dignitatis quadam quasi specula collocatum: tanta est consecuta letitia
omnium

omnium, illaq; vsq; eò ad intimos animos permana-
 uit, vt ipsi anguli loquerentur Leodium, ipsa tecta to-
 narent ERNESTVM. quod si cui fortasse videor aut
 artis præscriptionem violasse, aut prudentia infregisse
 legem, quòd in ipso principio loquor tonitrua; hic in-
 telligat letitiam de hoc nuncio Monachij talem con-
 ceptam fuisse animis, tantam expressam fuisse verbis;
 vt qui, talis, tanta letitia inumbratione putet posse
 artis aut prudentia legibus deuinciri, is nulla aut arte
 tinctus, aut prudentia inspersus merito iudicetur:
 quippe qui non videat plus posse amantem immodi-
 ce letando, quàm oratorem commodè exprimendo.
 quæ res si vnquam euenerit, in significatione letitia
 de hoc tuo honore euenit Monachij, cum in extremis
 omnium frontibus non solum letitia videretur im-
 pressa ac penitus inusta, sed etiam perspiceretur om-
 nium interiorum motuum confusio quædam suauiter
 permista, qualis solet esse vel stupentium inopina-
 ta, si accidant nõ cogitantibus, vel gratulantiũ sum-
 ma, si decerrantur merentibus. quid moror? totum
 Monachium letitia fuit, gratulatio fuit, triumphus
 fuit, flama fuit amoris, de hoc honore virtuti tuæ de-
 creto, atq; tanto cum iudicio letitia fuit, gratulatio
 fuit, triumphus fuit, flamma fuit, vt perinde gratula-
 rentur omnes Leodio, quòd tantũ ducem haberet suæ
 libertatis vindicem; atque tibi, qui tantam urbem
 haberes tuæ virtutis theatrum in hac cõmuni omniũ
 letitia, Bauaria Gulielmus, suauissimus frater tuus.

sanctissimus princeps noster, quā animo cœpit voluptatem eius si nullum adhuc apertū adiderit signum: id inde fuit, partim quod hanc suam letitiam mallet à principibus informari cogitando, quā ab oratoribus effingi dicendo; partim quod sic quæreret locū ad eam rem cōmodè, vt vellet potius videri in summa letitia aliquandiu suppressenda prudens, quam in ea statim effundenda amans. verū cū satis se viderit, prudentie ac modestie regionibus sepiusq; tenuisse, vult quoq; iam gratulationem suam, amorē suum effundere; & vt letitia in amore sit insignior ac liquidior, vult effundere fratri frater per fratrem, dux duci per ducentem, at quid gratulatur princeps noster? quomodo amat has duas res totidem verbis si potuissem tam cōmodè expedire, quā vos auidè expetere, idem esset mea orationis, qui vestræ expectationis finis: verū cū harum vocum compressione notiones rerū complicentur laute ac per amplā, per illam vestrā insitam humanitatem obtestabor, vt tantū mihi ad audiendum opera detis, quoad extremis lineis breuiter expressere & in amando p̄i fratris mentem, & in gratulando summi ducis letitiam. atq; vt ab vltimo exordiar primum, multa sunt, qua principē nostrum vel ratione inducunt, vel illiciunt amore, vel necessitate quasi vim faciunt, vt tua (Sereniss. princeps) virtuti de hoc honore gratuletur, Ducis in Ducē officium, Catholici in Episcopum reuerentia, fratris deniq; in fratrem aristissima communio. sunt hæc causa gratulandi magna.

at si mentem inspiciamus Philosophorum, qui nulla adhuc aut Christi lege deuincti, aut Dei praeceptione informati fuerant, certè maximè verùm cum princeps noster cupiat esse non tam frater, quàm Christianus frater; officium, reuerentiam, sanguinem eorum principum, quos schola poluit Philosophorum, non vult irrepere in suas gratulationes: vult sua officia, suas gratulationes eò referri, vt videantur non arreptæ ex terra, sed delibatæ ex cœlo. quid ergo gratulatur? te factum esse comitem? at natus fuisti dux. creatum nouum ducem? at renunciatus fuisti Episcopus, auctum esse nouo Episcopatu? at dignus es maiori honore. si nihil horum gratulatur, quid ergo? gratulatur quidem ista (sed cum hæ sint quasi quædam vel in annulo gemmulæ, vel in cœlo stellulæ) illud potiùs tuarum siue stellarum cœlum, siue gemmularum annulum mauult gratulari, aut (si obscurius quid loquor) mauult gratulari illa, quæ habent absolutiorem & perfectionem, propter quam tibi deferuntur iudicio, iure debentur maxima. quodnam hoc? tantam te concitasse tuæ virtutis opinionem, vt homines Leodienses, id est, iudicio grauissimi, non putârint se officij sui partes satis expleffe, nisi te natum ducem, creatum Episcopum, nouo ducis, nouo Episcopi amplificent honore. magnum est, esse Episcopum, esse ducem, magnum quidem; at maximum est, videri dignum illo, videri dignum isto, maximum certè, quem virtutis tuæ fructum suauissimè libas, & decerpis hoc die,

L 5 seu

seu veriùs libâsti ac decerpisti illo die atque ad eò diei
 punctulo, quo Leodienses homines tuæ virtuti decre-
 uerunt honorem huius vr̄bis vindicanda magnum,
 huius cleri defendendi maiorē, huius loci tuendi ma-
 ximum. vellet oratio mea amoris incensa facibus in-
 uolare in illa secretiora huius honoris adyta: sed no-
 lo eam inuolare, volo eam serpere, viamq̄ sibi & adi-
 rum quasi gradibus facere ad illam honoris tui lau-
 dem, quæ certè, si rhetorum præceptiones de circum-
 stantiis ex face non sint haustæ, maxima non est, di-
 uina est. sed vt res ipsa nullo pigmento externo, aut
 fuco illita, & mihi auferat adulationis suspicionem,
 & rei adferat fidei rationem, colligamus circumstan-
 tias. decreuerunt tibi honorem sedis. cuius? opimæ,
 optimæ, loquitur res ipsa. decreuerunt homines. qui?
 Leodienses, id est, ingenio iudicioque præstantissimi,
 produnt historia. decreuerunt tempore. quo? nolo di-
 cere, ne tubarum ac turbarum strepitu contaminem
 hodiernæ diei letitiam. decreuerunt gratulantibus,
 quibus? orbis Gregorio communi patre, Bauariæ Gu-
 lielmo tuo fratre. etsi taceo libenter prouidentia Dei,
 qua videtur necti, vt esses Leodiensis; vocem totius po-
 puli, qua vocatus fuisti ac prouocatus, vt esses Leodi-
 ensis; prensationem aduersarij, qua agebatur sedulo,
 ne esses Leodiensis; etsi hæc, inquam, libenter taceo. &
 alia plurima, quæ faciunt plurimum ad huius hono-
 ris amplificationem, tamen veritas non sinit vt ta-
 ceam, immò veritas cogit, vt exclamem, ó felicem

ERNESTVM Episcopum Leodiensem, in cuius sum-
 mam laudem conspirant locus, tempus, populus, Deus,
 Pontifex, dux, atque ita conspirant, vt si Deus hanc
 tibi lauream non seruasset, non videretur prouidus; si
 non imposuisset populus, non videretur iustus; si locus
 & tempus non nexuissent, non viderentur facta ad
 normam; si non gratulareretur summi orbis principes,
 non viderentur humani. sed cum sint humani summi
 principes, facta ad normam tempus & locus, populus
 iustus, prouidus Deus; hanc tibi lauream nectunt, ser-
 uant, imponunt, gratulantur omnes, & in omnibus
 vnus princeps noster, qui tam serio gratulatur, vt ni-
 si quantum reliqui adferunt gaudij ad hunc trium-
 phum omnes, tantum illum putetis adferre solum,
 plane putatis infra illud, quod ille animo parturiit,
 ego conor adere hodiernæ gratulationi. haftenus gra-
 tulationis appendimus quandam quasi antemnam,
 nunc amoris explicemus vela. quanquam autem &
 gratulatio fluxit ex amore, tanquam ex fonte riuulus;
 & amor gratulationi aspergit suauitatem, tanquam
 flosculo succus: amorem tamen à gratulatione debui
 secernere; non tam quod cuperem orationem hac va-
 rietate dispersam esse ac distinctam, quam quod vel
 gratulatio simplex illa & vna videbatur pertinere
 tantum ad Serenissimum ERNESTVM, vel amor
 multiplex ac varius fundat se in duas partes, hinc
 in fratrem pie, inde in Ecclesiam Leodiensem gra-
 te. amor namque hic etsi naturæ vi ac vinculo ita str
 coactus

coactus in vnum firmiterq; compressus, vt. si vnum pectus caperet, vnius pectoris possit cancellis includi, solidiusq; coërceri: tamen amoris huius, tanquam fluminis, vis tanto tamq; rapido cursu concitatur, vt. natura perruptis regionibus, velit irrumpere, si non possit effluere in Ecclesia etiam Leodiensis agrum; idq; tam copiosè, vt (si principis nostri amorem non communitrutina, sed iudicij, tanquam aurificis, statera examinaueritis) vix ac ne vix quidem possitis statuere, magisne amet in Ecclesia Leodiensi Episcopum fratrem, an in Episcopo fratre Ecclesiam Leodiensem. quare parietur Serenissimus princeps ERNESTVS (vt spero) non egrè, si cui hactenus gratulatio sola soli fuit habita, in amoris partibus implicetur iam, atque cum honoratissimis Ecclesia Leodiensis Dominis ita permisceatur, vt vel ex duplici amore vnus quasi amoris cinnus aptus sit ac perpulchrè mistus; vel amor totus ex illo effluat tanquam fratre, in hos inflat tanquam amicos, aut, ad coniunctionem firmius, ex illo effluat tanquam capite, in hos influat tanquam membram dum Sereniss. D. tuam in hoc honoris gradu locarunt, te fecerunt caput, se fecerunt membra; idque tam clara ac praclara amoris significatione, vt nisi hanc illorum in te eximiam egregiamq; voluntatem amet Serenissimus Bauariae dux, benigniss. patronus meus, planè se non putet sincerè fratrem. verùm cum sincerè frater sit, & esse pra se tulerit in reliqua vita, iam quoque tantum se fatetur debere vobis (R. D.) de hoc

hoc honore Sereniss. ERNESTI, vt malit, si tempus postularer, referre, quàm agere gratias. agere namque tantillas pro re tanta, munus est orationis vilius, quàm quo vellet desungi; tamen vt piissimi & gratissimi principis impleat numerum, & quòd honestastis fratrem, frater agnoscit magnum beneficium; & quòd ornastis familiam Bauaricã, familia Bauaricæ princeps promittit omne officium. quam eius in vos mentem benignam grateque animatam coram cuperet edisserere (cùm videatur postulare & sanguis, vt sanguinem ornet presentem, & amor vester, vt amoris vobis vices rependat presens) verùm cùm eius vel dignitas constituta in summo loco, & à variis seriisque negotiis districta vndique, vel mens virtutis religionisque latius proferenda studio acriter incensa, eum vix patiatur vnum spiritum ducere expertem consilij, solutum cura, nedum pedem extra fines suos efferre; erit vestra humanitati, has suorum voces, hos suorum vultus, has mentes suorum, quos summisit vicarios agendarum gratiarum, non amoris rependendi (has enim sibi partes seruat integras) perinde accipere, atque si presens presentibus hac officia prestaret. quanquam si hominem ad Platonis normam metiamur non hac corporis concretione ac sensuum compage, sed mentis celeritate ac pernitate illa, quam dicendo nunquam, cogitando vix consequi possumus; debet videri nobis adesse hodie presens Serenissimus Bauaricæ Dux, atq; eò magis debet videri, quàm reli-

qui

qui qui adsumus, quò plus, quàm reliqui omnes, ad
 beneuolentiam ad vos adferat mentis, voluntatis, a-
 moris: vt cum ad presentiam arctissimam sola desi-
 deretur vox, ne vlla parte videatur deesse, putatote
 quæso (Honoratissimi Domini) principem meum om-
 nium, quos sol vidit, benignissimum, sic vobiscum hoc
 ipso punctulo loqui. Conseruator humani generis,
 omniumquæ honorum largitor Deus claris me orna-
 uit beneficiis, & principem populi boni grata mente,
 & Christianum puritate religionis sincera, & (ne
 minutus sim in singulis) alii genere maximis, nume-
 ro plurimis: verùm ex his omnibus nulla vnquam aut
 copiosior, aut ab omni labe purior voluptas influxit
 in nostram mentem, quàm quòd vos (Reuerendi ac
 Honoratissimi Domini) fratrem nostrum mentium
 conspiratione quasi diuinitus iniecta, ad hanc huius
 honoris insulam euocastis, ac liberis votis renuncia-
 stis Episcopum. quippe in hoc beneficio & fratrem no-
 strum colimus obseruantia piè, dum gratulamur illi
 summum honorem; & vos prosequimur beneuolen-
 tia amicè, dum gaudemus hunc fratris honorem toti
 familiae Bauaricae habitum à vobis, atque ita habi-
 tum, vt possitis etiam vos gaudere seridè & in sinu,
 quòd hac vestra propensio in vnum, non vnum modò
 fratrem nostrum vno beneficio obligauit, sed perpe-
 tua officij religione totam familiam Bauaricam at-
 etissime deuinxit. omni tempore hac vestra in nos-
 tris significatio fuisset grata, hoc tempore est gra-
 tissima:

rissima: cum isto facto iam post multos annos reno-
 uatis antiquam illam amicitiam, quæ fuit familia
 Bauarica cum hominibus Leodiensibus summa & ar-
 ctissima. non hoc primum est aut beneficium Leodien-
 sium in principes Bauaria, aut officium principum Ba-
 uariae in Leodienses; antea amauimus, amati fuimus;
 obseruauimus, obseruati fuimus; ornauimus, ornati
 fuimus: antea antea fuerunt tam sincera mutui amo-
 ris vices inter Leodienses & nostram familiam Baua-
 ricam, vt & familia hæc subministrarit vobis principes,
 & vos nostra familia principes creaueritis Episcopos,
 Gербaldum & Theodoricum, illum generosissimi ani-
 mi presulem, hunc sanctissima vitæ confessorem. vnde
 sanè quò est hoc ius amicitiae antiquius, eò iam repeti-
 tum, atq; amoris significatione, quasi nouo sigillo, à
 vobis consignatum & delectat liquidius, & deuincit
 arctius. quare cum hic honor ita Serenissimi & Reue-
 rendiss. fratris nostri ERNESTI sit, vt per eum tan-
 quam canalem in nos atque ad eò in totam familiam
 Bauaricam vberrimè decurrat; profitemur ac pra no-
 bis ferimus hodie, fore, vt semper gaudeat vestra siue
 Ecclesia siue ditio, se habere ex vna familia nõ solùm
 ERNESTVM Episcopum, in cuius consilio; sed etiam
 Ducem Gulielmum, in cuius auxilio & tota, & tuta
 conquiescat. premitur vestra Respub? eccum amicum,
 qui subleuet. nutat Ecclesia? eccum vindicem, qui af-
 ferat, rimentur ruina? eccum opificem, qui reficiat.
 nolo consecrari singula, quicquid potest quoquo modo

ma 172

manare vel ex nobis ad vestrum honorem, vel ex Ba-
 uaria ad vestrum commodum, id totum offerimus,
 dicamus, consecramus, voluntati, facultati, necessitati
 vestrae; atque ita offerimus, dicamus, consecramus, ut
 velimus intelligi ab omnibus, aut qui viuunt, aut qui
 victuri sunt, nihil nos habuisse prius aut antiquius
 hoc honore non dico Serenissimo fratri nostro, sed, in
 fratre, toti familiae Bauaricae delato. nonne amantissimi
 (Reuer. D D.) hunc principis nostri siue in oratione
 pia amorem, siue in armore grato orationem? amantissimi
 certe, idque eò ardentius, quò probabilius fingitur pro-
 ficisci ex illo principe, qui habet nec à natura, ut velit
 fallere; nec ab arte, ut possit orationem suam simula-
 tionis artificio erudire. vltimam benignissimi nostri
 principis vocem nulla mea vox debebat subsequi, cum
 ex illa specie & inumbratione satis videritis principis
 mentem plenam amoris sani, officij certi, humanita-
 tis summæ: ignoscetis tamen, si hunc principis mei
 amorem, quem hactenus compresserã, ac duobus vnum
 depinxeram, iam explicem in partes, & singulis sin-
 gulas disspescam; non quòd toti à toto singuli non a-
 memini, sed ut videatis clariùs, dum separatim videri-
 tis, & quid frater fratri debeat, & quid amicus ami-
 cis velit. oh si aliquis me Deus hinc suis vel aspergeret
 veneribus, vel perfunderet suauitatibus, quem ego
 fratris amorem pingerem in fratrem? quam beneuo-
 lentiam? quod studium? non amorem in te (Serenissi-
 Princeps) polirem eum, quem Poëta, ex spe, timore,
 deside-

desiderio, suspirio, lachryma, gaudio, flamma, glacie
 tanquam Hydram quandam conflant, & ineptum
 aptè compaginant; sed Romanorum antiquorum ef-
 fingerem amorem, qui sic amabat ardentem, vt time-
 ret etiam prudenter, solebant namque Romani (nul-
 lum puto esse in Romana antiquitate tam hospitium,
 hoc qui ignoret) quoties volebant illos suos Fabricios,
 Camillos, Pompeios, Cæsares, vel ouantes in equis, vel
 triumphantes collocare in turribus, præmittere præ-
 conem, manu frondem, capite præferentem laurum,
 qui magnis clamoribus, lateribus magnis incularet
 auribus triumphantis, se mortalem esse: non quòd dis-
 siderent triumphantis virtuti, sed vt ostenderent sese
 amare non tam scitè cum Ouidio, aut cum Tibullo li-
 quidè, quàm cum ratione prudenter, quàm amoris si-
 gnificationem dederunt diuino penè consilio Roma-
 ni, eandè cuperet princeps noster adere hodie, vt mo-
 ueret, non te esse mortalem (satis id monent & ille,
 cuius funus tuus honor excipit, & extincti tot Episco-
 pi, quot Leody clauum à primis Ecclesiæ huius funda-
 menti in hunc vsque diem tenuerunt) sed te natum
 esse ex familia Bauarica, te factum Episcopum Leo-
 diensem, te factum summæ virtutis summa expecta-
 tione. tria sunt, quæ monet, omnia; ac magna sunt,
 quæ monet, singula; vt Romanos videatur vicisse a-
 more, quo plura monet, quo oportuniore, atque vt at-
 tingam vno verbo singula, quas faces animis maximis
 ad maxima aggredienda perficiundaque & debet &

M

solet

solet subiicere maiorum gloria, satis superque loquitur Romanorum virtus, qui se sentiebant assatu quodam & quasi furore concitari ad gloria praclaros impetus, quoties aut meminerant, aut audierant sese esse Scaulos, Tarquinos, Mutios. si in istarum familiarum memoria tantum fuit virium ad istos excitandos, vt virtutis gloriaq; stadia genere decurrant; quantum debet esse neruorum, quantum ponderis in tua gentis gloria ad te excitandum & minuta illa fuerunt familia, & ita hac etate stant, seu veriùs cadunt, vt nisi illis praclari alicuius facinorae memoriam quasi guttulam quandam aspergeret lectus ille Liuianae dictionis candor, non cognosceretur steterisse: at tua gens à memoria patrum supra Romanos repetita sic stetit, vt nunquam ceciderit; sic nunquam cecidit, vt semper progressa sit; sic semper progressa est, vt cum nec potuerit progredi, quod fuit potentia; nec voluerit regredi, quod fuit generositas: cogere tandem per omnes Germania partes diffundere, tanquam arbor ramos, sua virtutis viri colligerem hic Rubertos, Ludouicos Imperatores; colligerem VVilhelmos, Albertos Tetrarchas; colligerem Iohannes Episcopos etiam Leodienses; sed princeps noster non vult ista amplificari propter modestiam, vult tangit tantum quasi in cursu propter amorem, vt qui se sentit suorum memoria impelli in gloria virtutisq; studia: eadem te quoque face inflammet: non quod tu hanc tibi flammam non habeas iniectam à

natu-

natura, à doctrina, sed vt videatur & piè gratus, dum narrat suos patres; & gratè pius, dum monet suum fratrem. id quod non tam facit ad excitandam tuam virtutem (currit enim sua sponte, ac natura quodam impetu fertur ac procliuus labitur in omnem laudem) quàm ad illustrandam tuam gloriam, vt homines Leodienses, qui sui moderandi potestatem, quasi habenas quasdam tibi tradiderunt, videant te habere non solum domi nata fomenta, sed in pectore etiam tuo inclusa semina illius virtutis, quàm à te expectant, atq; adò expectare debent summè, summam. quippè siue antiquorum replicemus annales, siue incurramus in memoriam notam & æqualem, intelligimus non parua semper fuisse virtuti, regere & imperio deuincire Leodios, populum tam generosum, vt contempserit Francia Ludouicos; tam fortem, vt fregerit Burgundia Carolos; tam excellentem naturæ donis, vt primas ingenij iudiciq; partes illi tribuerit Cominaeus. verùm hunc populum talem, tantũ, tenere iam imperio, cum premitur vndique angustiis hinc irrupentium hæreticorum, inde languentium Catholicorum; tanta est virtutis, quantã Leodij videntur expectare à solo Bauaria ERNESTO, inficit hæreticus, requirunt constantiã expultricem erroris; violat Catholicus, desiderant fortitudinem vindicem libertatis; latrocinatur hostis, postulant iustitiam expugnatricem iniuriæ; depeculatur amicus, quærunt prudentiam propugnatricem recti: deniq; vt multã

conglobatim conferam in vnum, solitudo in agris,
 miseria in tectis, vastitas in templis, vitia vndique
 petunt ab ERNESTO vel tanquam duce auxilium,
 vel tanquam Episcopo consilium. quanquam Leodi-
 enses vt in omni re, sic in hac maximè magnam tute-
 runt, & apud posteros ferent prudentiæ laudem, quod
 te euocârunt non tam ad insulæ splendorem (quan-
 quam & insulæ quoque est splendor) quàm ad hunc
 laborum quendam quasi Oceanum: tamen pruden-
 tia non fuit humana, fuit prouidentia diuina, tan-
 tam esse habitam tuæ laudis curam, vt noluerit eam
 Deus languere in certis splendidam, sed voluerit nit-
 re in dubiis certam. quare cum omnia, & iudicium
 Leodiensium, & gloria maiorum, & prouidentia Dei,
 & impetus animi tui ad præclara quæque, tantam
 toti orbi concitârunt summæ virtutis opinionem, ro-
 gat princeps noster per communem amorem fratris
 cum fratre, vt semper memineris te facturum præter
 iudicium Leodiensium, infra gloriam tuorum, contra
 prouidentiam Dei; nisi & agendo coneris, & conan-
 do agas summa illa & diuina, quæ à te non speran-
 tur, sed expectantur, & quodam quasi iure expetun-
 tur. siquidem ea per omnium iam animos sparsa est
 & quasi profeminata virtutis, gloriæ, religionis tua
 opinio, vt quæ actiones ab aliis profectæ, omnium a-
 nimos implerent admiratione, & quasi stupore defi-
 gerent; eadem à te ortæ, tantum abest, vt parerent
 admirationem, vt non aliter acciperentur, quàm fru-

Etus quidam proprius ac natiuus tui animi, qui est & natura regius, & disciplina diuinus. sinunt omnes libenter reliquos honestari ab his dignitatibus, te volunt has dignitates honestare; sinunt alios quarere atque aucupari ex infula laudem, te volunt infula, honorem virtutis, tanquam gemmulam, appingere. desiderantur hic non trita illa ac peruagata laudes magnorum, sed maximorum illa maxima ac summa, digna iudiciis Leodiensium, digna familia Bavarica, digna prouidentia hac Dei, digna hoc tempore, digna hoc loco, digna digna totius posteritatis aeterna memoria. quam de tua virtute conceptam opinionem ideo tam serid amat, tam serid gratulatur Serenissimus Princeps noster, quod putat ad suam etiam gloriam pertinere, habere fratrem eum, qui sic omnium vocibus prouocatur ad summa, ut vix ac ne vix quidem possit cogitare mediocria. sed satis monuit fratrem frater, id est, satis amauit separatim: vos vero Leodienses, tantum abest, ut hortari velit, ut putet se prudenter amasse, si tacendo loquatur, seorsim vestram nec sinceritatem egere stimulo, nec consilio prudentiam. nam si hunc sensum de vestra prudentia non sciuissim animo mei Principis penitus impressum, pro mea natura libertate rogassim vos, ne vnquam pateremini vobis effluere & in terram excidere hunc amorem huius Principis. at cuius Principis? poteram describere & generosos illos spiritus, in quibus Demosthenis nerui essent languidi; & sinceram illam pietatem,

tem, in qua Ciceronis cincinni essent impoliti: sed locus non patitur, ac Serenissimus Bavaria Dux, benignissimus meus Dominus vult vos excitare ad hunc amorem alendum perpetuoq; fouendum non tam sue virtutis prædicatione quam vestri meriti laude, quare si ageretur cum aliis, quam cum Leodiensibus hominibus, oratione ex intimo artificio prompta rogarem vos per vestrum iudicium, per humanitatem, per prudentiã, rogarem per vestrum honorem, amorem, religionem; rogarem per S. Lambertum badius & vrbis præsidem: vt quem creãstis Episcopum, obseruetis Episcopum, id est, quam vobis amicam deuinxistis familiam Bauaricam amando, eandem conseruetis semper amicam benè merendo. sed cum agatur cum viris summa prudentia, multi vsus, illas tãdas furoris potiùs quam motionum relinquit libenter princeps noster Romanis, relinquit Gracis: ille tanquam vnus ex Atheniensium schola mitissimus ad mentem in fratrem piã, in vos gratam voluit tantum & gratulari & amare, verbo gratulatus est vno, amauit altero. Dixi.

Ne sit error, orationem hoc modo texui, non habui, nam locus fecit vt quadam reseruerim, ac reserui sufficerem alia. illa tamen sententia fuit pressa angustius. hanc meam mentem de comprimenda oratione probauit Dandorffius, vir certè longiori vita dignus, siue spectemus iudicium in dubiis disceptandis, siue ingenium incertis peruidendis, ó fluxas spes
boru-

hominum. quem semper putabam colere viuum, hunc iam cogor flere mortuum. quanquam huic dolori ille consolationis quidam quasi sal interspersus est, quod mors eum oppresserit non torpentem in lecto, sed sudantem in castris; non affluentem deliciis, sed implicitum curis; non delicatulum ad focum, sed obuentem negotia sui Principis maxima, temporéque longè impeditissimo. Illustris est vita, posita in negotiis principis, illustrior mors obita pro principe, pro patria, pro religione. illam vitam exegisti Dandorff, hac iam morte fruere; & ita fruere (quod spero) vtz hanc letitiam nullus contaminet purgatricis flammæ dolor. euoluant ex hac corporis compage, seu verius contagione, euolant animi puri labecula, benèque defecati, qui in vita hac incubuerunt, ne qua labes aut scæ Ecclesiæ fideique Catholicæ adhaeresceret. sed quid ago? illius viri Diis manibus parento clausula malè vinctæ, cui debuit parentare aliqui Plinius Panegyrici gemmulis, tamquæ tessellis, pulchellè compositis. nam Panegyricus possit esse de illius suauitate, grauitate, fide, humanitate. eius suauitatem cum loquantur aulici, fidem principes, grauitatem omnes, hæc mihi dabitur venia, vt notem eius humanitatem. nam quid erat in mea rusticitate, quod amaret? reperit tamen, quod amaret. quid in mea tenuitate, quod coleret? reperit tamen, quod coleret? & humanum, quod si misericordia fuit in misellū, talis misericordia fuit, vt vellem certè misellus esse semper,

*si semper possem habere Dandorffios misericordes. hinc
 talem, tantumque virum ereptum Bauariae lugerem
 multis verbis, nisi timerem fore, qui me in triumpho-
 rum letitia irriderent quasi praeficam ex face, alie-
 noque tempore pro risu reponerem lachrymas. sed hanc
 digressiunculam meo dolori, aut amori verius, largi-
 entur omnes. nam qui non possum esse officiosus vivo,
 volo esse gratus mortuo, etiam alieno tempore. sed o-
 mitto lachrymas, sumo triumphos mensarum. primi
 diei cena apponitur in palatio. omnia hic summa, si-
 ue spectes principes, siue fercula, siue vina, siue ordi-
 nem, siue musicam, siue reliquam pompam. postero
 die ad gratias Deo agendas, missatum supplicatumque
 est, frequentissimo principum magnorumque virorum
 conuentu. de supplicatione. obibatur palatium, fo-
 rum, campus Florae. ordo iste, primum locum tenebant
 octo Canonorum Ecclesiae. post Canonicum longe
 numerosissimum subeunt plurimi, quos tede potius
 quam facultates fecerunt conspicuos. succedunt tade
 pueri aulae, nobilitate insignes. post pueros Prator
 urbis erat rufa virga, veluti Caduceo, nobilis. huius
 quasi vestigium urget princeps. principem sequuntur
 Consul, quatuordecim Senatores, quatuor urbis Can-
 cellarij, viginti vnus urbis Commissarij, triginta Du-
 umviri. hic locus suffraganeo praeferenti corpus Chri-
 sti proximus Arscottanus Dux medius inter Ferdi-
 nandum Bauariae, & Gulielmum Iuliae Duces. se-
 quuntur Principes, Legati, viri primates, suo quisque
 ordine.*

ordine. post supplicationem & missam reditur ad palatium. ipso puncto se sistunt Principi ciues, munusq; offerunt magnificum, apparatu magnifico. primum subeunt milites Francimontenses sub sex vexillis, ac palatium transeunt, exonerantes singuli singulos sclopos. horror erat de scloporum fremitu, stupor de militum arte. succedunt militi consul, sclopo tuba, fremitui symphonia. nam sic veniunt cum munere Consules, quatuor Consiliarij, aut Scriba, vt hinc & hinc ornent stipatores duodecim, praeant que, qui tuba tympanique concentu, omnium & aures permulceant, & animos impleant. nihil dulcius, si pendas aurem; nihil pulchrius, si oculos. cum primum ventum est ad Principem, Adrianus Pollain, vir multi vsus se obicit, narrat que & breuiter, & eleganter, mentem ciuium in Principem bene prolixam; munus que commendat illi, non magnum, sed magni animi monumentum. quanquam verè munus fuit regium & dignum populo Leodio, boues sex bene habitae quibus nitebant & cornua auro, & humeri insignibus principis; viginti quinque oues, modij triginta hordei, quos sexaginta firmi corporis homines ferebant humeris, duo currus vini ex Rheno meracissimi, patella aliquot & orbis ex argento, graues quinquaginta quinque marcis. Princeps miratur munus, laudat animum ciuium: addit que fore tempus, in quo illi videant, quam pulchrè faciant, qui sic faciunt, in principem subditi, in gratum boni se enim nun-

M S quam

quam omiffurum occasionem grati principis in bonum ciuem. hoc die editur, bibitur apud principem, exquisitiffimè, meraciffimè. prandium, principibus viris & canonicis, fuit graue; cœna principibus ſæminis, ac molliculis delicatula. nam moris eſt Leodiis, vt apud principem accumbant viri miſti ſæminis, non ad petulantiam, ſed ad pompam: ne cum adfit abundè palato, quod deliniat; deſit omnino oculo, quod paſcat. aliud etiam eſt. noſtin' ſæminas ex aula politulas? frendent, penè que inſaniunt, ſi non ſint pars pompæ. ne inſantiant, id illis indulget aula, vt videant, & videantur in cœna id fuit ſingulare, quod dum venit princeps, demittatur nauis affabrè facta, ac ſune, remo, velo pulchrè inſtructa: qua principi quaſi gratulatur aduentum non ſclopi fragore horriſono, ſed pulueris tormentarij ſtrepitu leuiter expreſſo. rem ſtupent pars, pars vident. mihi crede, quicquid vident mimi, res fuit magni ingenij, multi artificij. vltimum huius cœnae ferculum, DEVS bono, quàm dulce? totum ex ſaccaro. nihil hoc, niſi videas etiam quàm fuerat pulchrum. dapifero longa ferie connexus dapifero, ferebant diuerſa. primus præfert Principis inſignia, ſulta hinc inde ab Angelis, & ſupernè quaſi munita viridi galero: alter oſtentat inſignia Ducis Ferdinandi, quæ ornantur binis galeis binisq; hinc & hinc pugilibus: tertius obicit inſignia Ducis Cluendiſtis diſtincta Gryphonũ, ac corona varietate: quartus ponit inſignia vrbis Leodiæ, quæ munit

virin

vring³ Cataphractus miles: quintus offert venationes
 duas, cerui vnā, alteram apri: sextus porrigit ve-
 litationem hastatorum: hinc tybicides octo ciebant
 Cataphractus ad pugnam, Cataphracti separant, cri-
 stas erigunt, lanceas deprimunt quasi inituri; inde
 stant equites hastati veluti prompti, ad horum vel
 impressionem excipiendam, vel impetum reprimen-
 dum. vtriq³ turmæ dorsum claudit iudex & arbiter
 honorarius campi; princeps fingitur spectator. postea
 ordine ferebantur expressiones Davidis, Lucretiæ,
 Nympharum, Furiarum. quid multis? dulcium nu-
 garum omne genus. placebant hæc aliis, quia nugæ;
 mihi, quia dulces.

Die Martis prandium instruit Senatus, cœ-
 nam Cymacensis Princeps Ducis Arscottani filius, il-
 le regio sumptu, hic pulchra specie, siue spectes mer-
 sam, siue foeminam, de Cymacensis pompa taceo,
 quia priuata fuit; splendor Senatus publicus fuit,
 lautus fuit, summus fuit. laudabant alius aliud; e-
 go cum multis vel laudabam amorem, vel stupebam
 magnificentiam societatum. nam muneri ferebant
 principi fercula, non tanquam subditi ad amo-
 rem, sed tanquam Romani ad ostentationem. mu-
 nera siue fercula ferebantur ista, isto ordine. ho-
 nos loci habebatur iis, qui veteri Balistarum socie-
 tati nomen dederunt. hi tanquam primi offerunt
 prima. oblata. effigies D D. Mariae & Lamberti. his
 Diuis tria vrbis insignia quasi intertexta sunt; hoc.

quia

quia in horum Diuorum tutela & subsidio latet ciuitas.

Aquila explicata, cuius capiti diadema Imperij.
Principis insignia, quibus latera claudit, dextrum
Angelus, sinistrum miles.

Vrbis Consulūq; insignia inter vnicornem &
leonem media.

Prouincia Stabulensis insignia, quibus insula su-
perne.

Hortus societatis, tam scienter expressus, vt si fa-
ctus placeat, fictus perplaceat. in horto decem sagit-
tarij.

Secundi offerebant, qui censentur nomine anti-
qua scloporum societatis. oblata.

Imago D. Christophori, Diui tutelaris.

Ducatus Bullonensis insignia, quibus ornant late-
ra duo belli Imperatores, Romana veste.

Marchionatus Francimontensis insignia interie-
cta duobus Satyris.

Comitatus Claromontensis insignia inter duos
gladiatores.

Hortus societatis, in horto instrumenta bellica suis
quaq; rotis imposita. pulchra hic ars. nam tormenta
bellica quàm laudabam efficta ad voluptatem, tam
verebat posita quasi ad impetum.

Tertio loco offerunt illi, qui recenti balistarum so-
cietati nomen posuerunt. oblata.

Imago D. Georgi, Diui tutelaris.

Comi-

Comitatus Altmontensis insignia, his vtraq; mu-
niunt latera leones.

Comitatus Alborensis insignia, pulchra ipsa per se,
pulchriora duarum Nympharum comitatu.

Comitatus Horniensis insignia inter duos Cata-
phractos.

Susanna tentata à veteratoribus, liberata à Ra-
phaële. his quasi flores ad varietatem interspersi sunt,
Dama, cerui, cuniculi, lepores, ferculorum 100. plus
minus.

Vltimi offerunt illi, qui à recenti Scloporum socie-
tate habent nomen. oblata.

Tres ex saccharo arbores, in arboribus rami, ex ra-
mis, Imperij, Bauaria, & Leodij insignia tanquam
folia pendula & tremula.

Cordis forma, subscripta hæ voces, Legia S. Rom.
Ecclesiæ filia.

Alia duæ arbores eiusdem omnino forma. his im-
pressa Consulium insignia, imago D. Huberti. Diui tu-
telaris, nixi genibus ante Crucifixum inter cerui cor-
nua apparentem. incise hæ voces, S. Hubertus vr-
bis fundator.

Arbores alia viginti duæ, ex quarum rami pen-
debant insignia viginti duarum ciuitatum, quæ pa-
rent Reipub. Leodiæ. addebantur ad ornatum lepo-
res, cerui, apri fugientes, Diuusq; Hubertus, cane, cor-
nu, clamore persequens. hæc pompa, huius pompe au-
gurare amorem.

Die

Die Mercurij præpositus, vir multa prudentia, magniq; in principem amoris, prandium apparuit eo ordine, vt singulos singula exciperent, more Gallico. magnus hic splendor in viris, in sæminis. cœna in palatio fuit.

Die Iouis Arscottanus Dux prandium exquisitissimo ferculo instruxit. cœnatur ruri in principis castro.

Die Veneris prandetur in palatio, laute, sed mæste. quod Dux Cliuensis, delicia principis. lepores mensæ discessurus erat. post Ducis Cliuensis discessum, mensa in palatio patet omnibus.

Die Dominico Leuinus Torrentius inuitat Principes, Legatos Serenissimi nostri Ducis Gulielmi, Canonicos aliquos primarios. libatū est, quasi post nauiseam, carptim ex deliciis, quantum liberet: vini haustum, quantum sat erat Tricongiis. omnia hic modestie, ac prudentiæ sale peregregiè condita. nihil turbarum, nihil ineptiarum, chorearum volui dicere, vt facile agnoscas Torrentium multi vsus, magna prudentiæ, exquisitæ doctrinæ virum.

Hic ponitur finis mensis publicis. reliqua latius priuatorum parietum erat. nam principes viri & femine (quorum multus erat numerus Leodij) principem & suam, & nostrum, priuatis officiis deuinent sibi conabantur, alius alius. quærin' de officiorum modo? in nullo modo amoris, quem quæris modum officii? de ERNESTO, omnes non reuereri Principem

sed venerari propè Deum. nam cum optimus prudentissimusque Princeps certissima dederit signa, fore, vt Reipublica Leodina partes omnes non solum intuentis oculis intueatur ad amorem, sed ad officij rationem summis viribus vindicet; Respublica Leodina hoc pietatis signo excita, id vicissim agit, vt illi videatur non principi subdita, sed patri filia; non homini cliens, sed Deo tutelari supplex. merentur sanè hoc, Leodienses de Principe, quod ornarint; Princeps de Leodiensibus, quod amarit. in his pietatis honorisque mutuis vicibus spero sanè, fore, vt quantus honor ex Leodiis ad Principem ERNESTVM fluxerit, tantus vicissim fructus ex Principe ERNESTO ad Leodios refluat. de Ferdinando Principe tango, eum sic amatum, honoratum, cultum, vt iudicium Leodiensium, & reliquorum Principum, facile hic animaduertirim. nam Princeps Ferdinandus est humanus, splendidus, grauis. de humanitate amant, nō honorant; de splendore honorant, non amant; de grauitate amant, honorant, colunt. nam hac eius grauitas ita est facilitatis freno moderata, seu veriùs, humanitatis sale inspersa, vt quàm est colendus, quod sit grauis Princeps; tam est amandus, quod sit Dux humanus. alij in eo mirentur alia, ego, quàm diu suppeditat vita, vel amabo grauiter humanum, vel colam humaniter grauem.

Post pauculos dies priuati amoris & honoris, Dux Ferdinandus reuertitur in Bauariam: & amorem

Leo-

*Leodienſium, cuius aliqua pars videbatur deriuata
in eum, totum relinquit D. ERNEſTO, vt fratri, li-
benter; vt principi, meritò. vin' plura? plura non vi-
di, nam, dum dilabuntur domum quiſq; ſuam, ego ve-
ſtigio perſequor Sereniſſimum Ferdinandum, precorq;*

*Leodii D. ERNEſTVM tam bonum princi-
pem, quàm video Leodienſem D. ER-
NEſTO eſſe fortunatum
populum.*

F I N I S.



NARRA.

porem illorum, qui nec cogitant, nec intelligunt, mendacium diu non posse fallere. nam cum perditionis filiorum pater Calvinus, proiecta quadam audacia, deriuet in Catholicos inuidiam religionis contempta, quod fidem suam sanguine nolint vnquam consignare; Deus ad hanc refellendam contumeliam supra illa examina Martyrum, qui in nati Euangelij quodam crepusculo vestram fidem, quasi legem, sanguine suo sanxerant, voluit quoque his extremis temporibus enitere veritatis rationem in morte patris Edmundi, suorumque sociorum constanter appetita pro illa fide, qua vos tenetis. cuius lectione lenietis desiderium, quod vobis excito aureoli libelli paulo post adendi, qui diuise vberique filo explicabit non solum genera crudelitatum, quibus, intra decem & octo annorum cancellos, haeretici saeuerunt in Catholicos plurimis, maximis; sed etiam exempla pietatis, constantiae, roboris, quae ex medijs Catholici gregis afflictis procellis excitauit rarissima & excellentissima, ad consolationem Ecclesiae suae, atque ad eorum, qui Ecclesiam oppugnant, insignem probrum: qui nunquam putarunt, fore, vt tanta in Catholicis luceret constantia, obliti illius vocis, quam miserat Iesus Christus, si tacerent homines, locutus es petras. Deus noster vobis augeat indies constantiam ad harum vexationum & perferendas molestias, & superandas procellas.

GEORGIUS ELIOTTVS (qui Thoma prius Roppero, ac paucis post mensibus vidua Gulielmi

mi Peeters, regis quondam à secretis, in rebus dome-
 sticis nauabat operam) mentitus longo tempore Ca-
 tholicum, alieno tandem sanguine crudeliter se per-
 leuerat. timor mortis sceleri proposita fecit, vt se tra-
 deret in clientelam cuidam magnæ authoritatis vi-
 ro. in cuius sepectus vt insinuaret altiùs, promittit,
 fore sua opera, vt Edmundus Campianus Societatis
 IESU pater illi in potestatem veniret. placebat nego-
 tium mirificè. adiungitur ergò socius ex genere homi-
 num mirè vafro, qui edicta regia adunt in vulgum, vt
 res neclatur securiùs. & huic & illi fit potestas à re-
 gina capiendi Campianum, vt totum geratur autho-
 ritate publica liberiùs. promissa sunt larga, vt animis
 sint magni in re tanti fructus. spe illi & dolo pleni in-
 grediuntur viam, veniunt in Barkensem prouinciam,
 diuertunt ad Yates nobilem. inter cocum & hunc
 Georgium (vni enim hero vterque antea seruiuerant
 seruitutem liberalem) post complexum & dexteram,
 sermo tandem (vt in primo congressu res seritur ex
 re) de multis & variis fit multus & varius. inter reli-
 qua coco nihil suspicãti doli exciderat de patre Cam-
 piano id temporis presente. Georgius ipso punctulo
 summittit socium, qui hoc indicaret præfecto loci, e-
 gregiè Calvinizanti. ipse interea falsa specie religio-
 nis & amicitia consequitur, vt tanquam Iudas, sur-
 repat in missam & concionem, quarum illam procu-
 rabat, hanc habebat pater Campianus in illa verba,
 Ierusalem, Ierusalem, quoties volui congregare filios

N 2 tuos,

tuos, &c. in media concione accurrat boni animi vir,
 monetq; alta voce domesticos, caueant à Iuda. finita
 concione, vix se receperant, in suam quisque domum;
 & eccum tibi praesto praefectum cum manu, cuius ma-
 ximam partem locarat circum ades, ne quis pateret
 fuga locus. perquiruntur anguli, latebrae, exquisitissi-
 ma diligentia. dum pater vel timetur elapsus, vel
 non speratur capiendus, discessum fuisset, nisi Geor-
 gius suggessisset de angulo adium tenebricoso & per-
 recondito, quem vel à coco, vel ab alio nescio quo in-
 audierat. obseruant haeretici angulum. in hoc angulo
 tres latebant Sacerdotes, Campianus, Colingtonus,
 Fourdus. cum intelligerent propè esse, vt comprehen-
 dantur; posita corporis & discriminis cura, faciunt
 suarum cogitationum summam, ac conscientiam do-
 lore, confessioneq; piant. tres illam vnã poenam sibi
 iuuicem imponunt, vt pleni charitatis recitent ter.
 Fiat voluntas tua: quasi toti diuina in voluntate
 defixi nihil laborarent, quid corpore fieret, & carne.
 Campianus ardens charitate saepè se voluit obicere
 his quasi Iudaeis, atq; vsurpare illud sui CHRISTI
 quem quaeritis: verum duo alij pugnant, vt se ser-
 uaret, non exponeret periculo. ex illo pendere salutem
 & periculum multorum. ratio & charitas fratrum,
 calorem eius diuinum iam iam erupturum tenuit in-
 tra lineam. quare soluti cura, se componunt in singu-
 lis lectis singuli, ac supini, manibusq; in caelum sub-
 latis, expetunt, expectant voluntatem DEL. voluntas

DEL

DEI fuit, vt aduersarij irruentes occuparent eos supinos, ac mente formaq; corporis, cœlum rogantes pro terra, pro pugnis coronam. eruuntur viri DEI ex cauernis, quasi antiqua tyrannide Petri & Pauli itinere quid heretici aut serio triumphent de re, aut scurriliter ludant in Sacerdotes, laicosq; nobiles, nihil tangam; tangam tantum, quæ sunt carceris. itineris tamen duo fuerunt singularia. Londinum itur per Abingtoniam, quæ proximè abest ab Academia Oxoniensi. in hac Academia ita floruit olim Campianus laude Philosophia atque eloquentia: vt vel amore, vel fama illecti multi Academici huc frequentes confluxerint ad patrem transeantem vel videndum, vel amandum. id cum bonus pater intellexerat, in sinu gaudebat aliquam in iuuenibus adhuc vestire bona mentis scintillam, quasi fidei Catholica semen. surridet etiam, ac suauiter modesteq; rogat, num velint eum audire concionantem. alterum itineris singulare id erat: quod pater ingrediebatur Londinum, quasi Cæsar, ouans in equo, frequentissimo populo; suoq; capite præferebat maiusculis literis notatum e-logium illud, Iesuita seditiosus. Londini est platea longè celeberrima, quæ vulgus dicit Cheepside. in hac est crux summi pretij, summæ artis, auro argentoque pellucens. pretium & ars fecerunt, ne heretici in hoc Christianæ fidei trophæum hæctenus sauerint. bonus pater dum transit, salutatur crucem, nutuque decernit honorem, quem Catholici solent tanti triumphi tan-

to monumento. frendent heretici, triumphant Catholici de constantia. ventum est ad carcerem, pater dum traditur in custodiam arcis Londinensis, conuersus, licetoribus, qui duxerant & grauissimè violarent, dixit summa & vultus placabilitate, & altitudine animi, agerrimè sibi esse, potius de vitæ & morum tenebris, in quibus versabantur illi: quàm de iniuriis maximis, aut itineri præteritis, aut carceris futuro. præuiderat enim pater, quanta mox iniuriæ quanto animo sibi essent deuorandæ, victus, squaloris, calumniarum. in quibus grauis calumnia erat rumoris falsi fluentis primò à præfecto arcis Londinensis, ac per publicos dein crucis Paulinæ sermones, quasi canales deriuati in vulgus, patrem scilicet Campianum Catholica religioni nuntium remisisse: tentatus sapiens fuit eius animus verbo, vultu, promisso, varioq; stratagemate, vt paululum modò remitteret de suæ cōscientiæ lege in religionis rebus, si nō illis grauioribus, certè his leuiculis, si qua tamen res in religionis causa possit esse leuicula, verum ille, tanquã petra, nixus Christo Catholici militis locum constantia & animi magnitudine ita tuebatur, vt ostenderit ciuitatem, quæ latet in tutela & subsidio Dei, potius debere oppugnari à multis, quàm posse expugnari ab vllis. in verbis postquam viderant nihil esse illecebrarum ad eum pelliciendum, questionum longè exquisitissimarum adhibent vim, in mediis tormentis isthac imprimis conantur elicere, à quot & quibus erat receptus recto, quàm

quàm multos & quos ad Romanæ Ecclesiæ commu-
 nionem aggregârat, quâ horum irretiendorum per-
 secutus erat viam, cum quibus versatus est familiarius
 & secretius. premebant vehementer de libro, quo pu-
 gnârat bonus pater, & euicerat, non esse adhaerendū
 heresi, vbi impressus, cuius auxilio & consilio scri-
 ptus, à quo disseminatus in vulgus, deniq; si quos no-
 rat, qui de hoc libro tantulum norant. vehementes e-
 tiam fuerant, & multi in sententia excommunica-
 tionis, quam sanctæ memoriæ Pius V. tulerat contra
 reginam Angliæ. ad hac omnia vnum erat & simplex
 responsum. se misisse ad duos nobiles, ad Ricardsonū,
 librū; ad Poundum, libri capita. quam rem liberè li-
 benterq; fassus est, quodd exploratè cognosceret tantum
 esse & humani roboris, & diuinæ gratiæ in his viris
 ad refellendam omnem aduersariorum petulantiam,
 vt statuerit planè ex hac cōfessione nihil potuisse ma-
 nare aut ad hæreticos malos boni, aut ad Catholicos
 bonos mali. dum pater cum his tormentis cōslictatur,
 quicquid vel artis, vel astus excogitari potest ad ani-
 mos aliorum siue percellendos, siue indagandos, id
 totum adhibent. interrogant, obseruant, inculcant
 eandem rem molestè, vultus vocesq; aucupantur. si
 qua sortè litera aut syllaba ex quoquam fluat, quæ
 possit leuissimo quodam rationis aut coniecturæ odo-
 re intorqueri in damnum aut accusationem cuius-
 quam Catholici nobilis, mirum est. quanta erat lati-
 tia, triumphus quantus. hanc mox syllabam adunt in

vulgus, & vnâ spargunt, eam à patre Campiano fuisse in quaestione expressam. in quo fallendi mentienti q̄ genere ita nullam habuerunt suae frontis rationē, vt ex iis, quos regina in secretiorum cogitationum societatem asciscit primos, vnus non infimus equiti aurato (quem religionis ergo inclusum in carcerem volebant irretire si non legis laqueo, laquei certè specie) summa asseueratione confirmârit patrem Campianum in quaestione aperuisse de illo, qualia & quanta non cogitârît. id quoq̄ ad inuidiam attexuit huius sectæ homulos nihil laborare, quibus maculis inspergant conscientiam, fidem, famam suam; dum quò toto corpore cōnituntur, eò quacunq̄ ratione ascendât. verùm bonus eques fretus, quâ suorum rectè factorum conscientia, quâ constantia illius cœlestis athlete, his se mendaciorum fraudumq̄ pedicis & laqueis facile expediuit. mendacio tamen ficto à malis, sparsò à magnis obtinuerunt aduersarij, vt populum imbuerit opinio penè certa, quendam primæ nobilitatis virum à Campiano fuisse proditum. credidit magne notæ Catholicus, ac mihi tanquam rem non ex populi triuiis, sed magnorum virorum sermonibus haustam narrauit, inter eos, quos regina habet secretiorum consiliorum participes, certam iam fuisse & orationem, & scientiam omnium consiliorum, quæ de grauissimis rebus recõditissima aperuit Campianus in quaestione. quanquam non multò post suam idem mihi perstrinxerat & fidem in rebus falsissimis

mi precipitem, & mentem in aduersariorum dolis
 non satis perspicacem. immò tam fuerunt aduersarij
 in mentiendo impudentes in spargendo subdoli, vt hic
 error fuerit nõ illius tantùm nobilis, sed plurimorum
 Catholicorum, plane opinantiũ, patri culpa factum
 fuisse, vt D. de Vault primæ nobilitatis Baro, Thomas
 Tressamus, & Gulielmus Latsbeus equites aurati tra-
 derentur in custodiam. vnde bona mentis, optimaquæ
 fidei pater subierat inuidiam non solùm laesæ Reipub.
 apud hereticos, sed etiam violatæ fidei apud Catholi-
 cos. quæ causa Thomam Poundum nobilem sanguine,
 nobilem confessione fidei (decem enim annorum car-
 cerem iam passus est religionis causâ) impulerat, vt
 patrem permulceret sanctarum literarum pia conso-
 latione, moneretq; in deuorandis iniuriis, tanquam
 Christi confessor, partes sumat constantiæ, deponat
 imbecillitatis: adit rumorem esse de imbelli animo,
 quem in questione præ se tulit; rogat, verinè sint ru-
 mores, qui de illius fide & imbecillitate, magnis au-
 thoribus, editi sunt in vulgus. in mittendis literis de-
 uincit sibi Poundus fidem vnius è grege stipatorum
 largitione quatuor aureorum Angelottorum: si pro-
 bet fidem, lautius præmium promittit. is, cui literæ
 datae sunt ad Campianum, consilium aperit, & lite-
 ras obiicit præfecto arcis. præfectus vel mente sua, vel
 instinctu alieno patri facit copiam literarum, om-
 niâque dissimulat de iis, quasi nec lectis, nec cognitis.
 ad hæc à patre id erat breuiusculi responsi, nullum
 N 5 quam-

quamuis exquisitissimum tormentum, nedum summem expressurum à se vocem, quæ facit ad Ecclesiam Christi violandam. hæc responsio illos ex intimo reginæ consilio pupugit, dum suspicantur aliquid adhuc latere reconditionis mysterij de Reipub. summa, nec queunt statuere (etsi statuant omnia) quam eim eruendi persequantur viam. verùm cum videant se mulcendo, minando ne hilum proficere, illa extrema erat cogitatio, vt quem non possent torquendo frangere, eum disputando conentur vexare. in quo genere aduerteres rationem, qualem nulli antiquorum Martyrum carnifices aut vsurpârint tam crudelem, aut inierint tam subdolam. illi enim retroactæ etatis tyranni, Dei confessores primò disputationibus, penit deinde aggressi sunt. at hi, conuerso quasi tyrannidi orbe, hunc patrem exercent prius pœnis, ac fractum iam penèque exanimem, in scholasticum hunc puluerem & solem eliciunt. in maxima tyrannide maxima hîc fuit tyrannorum fraus, statuentium in corporis iam penè fracti & obtriti debilitate ita animum languere, ita hebescere ingenium, ita fluere memoriã, omnem denique hominis partem, quasi incisi neruis, ita ineptam esse ad functionem, vt ab illo non tam imbelli, quàm imbecilli facile sperârint victoriã. verùm Deus, qui se suis promisit in his angustiis nunquam defuturum, eam suo siue confessori constantiã, siue athletæ fortitudinem instillauit è cœlo; vt ex aduersariis illi, qui nihil habebant frontis, nimis se mul-

multum habuisse putarint, quod ausi fuerant con-
 gredi. agnosco Dei beneficium, quod me passus est fru-
 ctuosè, sed difficulter irrepere in turrim, & qua gesta,
 dicta erant omnia, videre, audire. nam maximum
 tuli & voluptatis & utilitatis fructum, quod audierim
 per insignem Christi confessorem Campianum omnes
 aduersariorum captiuunculas ita explicantem, refel-
 lentem; ut à quouis nec explicari facilius, nec felicius
 refelli posse viderentur. eius modestia & patientia in
 aduersariorum iniuriis, iocis, irrisionibus concoquen-
 dis tam nituit singularis, ut ex aduersariis plurimi,
 cuius religionem oderant capitaliter, eius virtutem
 amarint ardentè. de iocis perferendis nihil est. in pœ-
 nis corporis vel subeundis, vel perferendis Angelus est.
 nam dum venit ad locum questionis, non flet, sed orat;
 non queritur, sed pro foribus nixus genibus è cælo ve-
 niam petit peccatis, patientiam tormentis, constan-
 tiam factis, aduersariis gratiam. nulla illi pœna aut
 impendens timore, aut presens dolore mentem eripuit
 liberam, quæ solet esse Sanctorum. ut videatis, videte
 virum Dei etiam lepidum in miseria extrema. cum
 tormenti vis illi eripuisset omnem membrorum non
 solum sensum, sed usum, iocatur se Elephantem esse.
 quid ita? tritum est, Elephantem iam stratum humi
 habere membra, quibus se voluisset; non habere, quibus
 se erigat. ita Campiano in omnibus membris nullum
 fuisse membrum, quo posset uti. cum manuum ope-
 ram potuisset adhibere ad cibum, ridet se simiam esse,
 quasi

quasi imitatione ioculari mentitus potius vsum manu-
 num, quam adhibens ad necessitatem. multa sunt
 huius generis, sed mirro, vt sequar filum disputatio-
 nis. extrahatur disputatio in quartum vsque diem,
 eo ordine, vt repetita bis, ante prandium ab hora de-
 cima quinta in decimam octauam, post prandium a
 vigesima prima desinat in vigesimam tertiam. ini-
 quissima fuit illa aduersariorum pactio cum patre, vt
 illorum nunquam doctrinam tentaret interrogan-
 do, sed respondendo semper sustineret ineptias. à parte
 heretica erant Decanus S. Pauli Londinensis Doctor
 Daius, Beëlus, & Vitakerus, qui id temporis contra
 Campiani librum parturiebat nescio quid libelli, &
 non multò post adebatur, quacunq; inspicias, ignorantia
 & superbia maculis inspersum. à parte Catholica
 stabant Sheruinus, Bosgravius, Campianus, alique
 Sacerdotes; quanquam loquendi & respondendi par-
 tes Campiano & Sheruino erant solis seposita. ex his
 que inter disputandum interuenerant, vnum secer-
 nam aut alterum, vt de reliquis commodius faciat
 coniecturam. pater Campianus semel perstrinxit he-
 reticos, quasi corrumpentes Scripturæ locum, quem
 citabant. heretici ipso punctulo referunt ad Græcum
 contextum. cum pater negaret se Græcum librū velle,
 quod sciebat eos etiam obtrudere corruptum, cachin-
 nus erat & conuitium in eum, quasi rudem & infantem
 in Græcis literis. quare ad patrem, vt sperant,
 perdendum, audiente populo, rident, irrident, & tri-
 umphi

*umphi specie ingeminant illam suam in Monachos
 tritam vocem, Græcum est, non legitur. hanc contu-
 meliam fert non agrè, dissimulat prudenter, & quòd
 statueret suam linguæ vel scientiam vel ignorantiam
 nihil decerpere de bonitate causæ. & quòd aucupare-
 tur commodiorem huius petulantia refellendæ occa-
 sionem. non multò post disceptatio erat de loco S. Ba-
 silij. hæretici persuasissimum habentes Campianum
 nihil scire Græcè, obtrudunt Basilium Græcum, atque
 impudenter prouocant, vt legat. ille vocis vultusque
 suauitate, qua solebat omnia, cœpit primùm altè le-
 gere, ac verba deinde Græca verbis Anglicis fideliter
 explicare. finit, & illam vnâ sententiam subnectit,
 illorum impudentia, suæ modestiæ testem, vos mihi
 posthac cito testes, me callere Græcè. pugnatur postea
 acerrimè, qua fuerat Lutheri sententia de epistola
 S. Iacobi, quam ille & impiè appellauit stramineam,
 & impudenter negauit Catholicam. cùm in libris,
 quos hæretici curârunt subiiciendos (vtuntur enim
 Angli operibus Lutheri mutatis, emendatis, purgatis)
 reperiretur nihil, quod huc faceret; vix credas, quan-
 tã adiderant letitiæ & triumphi speciem. cùm Cam-
 pianus responderet verè, recentes nouarum sectarum
 asseclas in Luthero & Caluino pleraque mutasse, re-
 secuisse plurima (quibus suam sectam sentiebant pre-
 mi) in huius orationis fidem conferendos libros, quos
 primos Lutherus adiderat in Germania; rident eum
 hæretici, quasi malæ causæ bonum subsidium expe-
 ctantem*

ctantem

Et antem inde ex Germania. hic finis est primæ dispu-
 tationis. in qua etsi pater & respondendo doctissimis
 & patiendo religiosissimis partes egregiè sustinuerit
 heretici tamen totam disputationis laudem deriu-
 runt in Sheruinum, more Pharisaorum, qui Ioanni
 affingebant nomen Messia, non quòd Ioanni vellent
 optima, sed quòd Christo cuperent pessima. non hoc
 dico, vt quicquam decerpam de Sheruini laude (dede-
 rat enim documentum docti hominis, & in plurimis
 literis optimè versati) sed vt aperiam hereticorum
 summam inuidiam erga summum patrem, qui illo-
 rum causam ita obtriuerat, vt statuerint nunquam
 posthac Iesuitam vocare aut prouocare in palestram.
 reliquarum disputationum nihil persequar, quòd pu-
 tem omnia omnium sermonibus celebratissima per-
 uenisse iam diu ad vestras aures. postquam heretici
 viderant omnem sibi viam hactenus tentatam efflu-
 xisse sine fructu, vt edant terribilis crudelitatis tra-
 gicum exemplum, conspirant in innocentium mor-
 tem. in summa crudelitate videte summam fraudem.
 nam etsi hæc, populum imbuere religione, Sacerdotes
 quasi semen, spargere per Angliam, excipere confesio-
 nem eorum, qui redierunt in gratiam cum Ecclesia,
 obire sacra missæ solennia, aliq̃ huius generis, veluti
 læsa maiestatis nota, capite iam sanciantur apud An-
 glos: tamen istis hæc communia non placuit obicere,
 partim timore, quòd religionis Catholicæ quadam
 quasi herba succrescente indies apud Anglos, talis ac-
 cusatio

cusatio cœperat habere odium; partim inuidia, quod sperabant in nulla religionis mentione nullam apparituram martyri coronam, commune ergo consilium erat, litem intendere perduellionis, quod grandem pecuniam millium librarum Anglicarum, id est, non a-gies plus minus millium aureorum solariū summi-ferant in Hyberniam ad Nicolaum Sanderum, & eos, qui arma in Hybernia cœperant contra regi-nam: hoc mendacio ut barbaræ immanitati indu-ecant perpulchram boni communis speciem, atque ut eos vocent in inuidiam apud populum, quod tam proluxa erant voluntate in hostes patriæ. quæ accu-satio etsi paritura videbatur odium omnibus apud omnes, & apud Catholicos patri imprimis Campia-no, quod rem erat aggressus planè alienam à sua pro-fessione: tamen illis, qui aliquem modò habebant sa-lem, fabula videbatur nullius probabilitatis. nam ut omni largitione omnes testes corrumperentur, nul-lo tamen modo poterat effici, ut circumstantiæ, quas Anglicanæ leges præscribunt, lucerent, quo scilicet in loco tam grandis pecunia erat collecta, à quo recepta, per quem summissa in Hyberniã, qui ciues capite cen-sebantur, quo edicto, qua ratione, quare cum videant se in hac latebra non posse delitescere, accusant quod Roma & Rhemis in Campania cœperant consilium reginæ extinguendæ, quod externos principes inuitã-rant ad regnum occupandum, deniq; quod statuerant populum, subiectis flammis, excitare ad seditionem.

fuit

fuit haec accusatio vt tectior ad fraudem, sic in speciem periculofior, vtpote qua non aduersarios modo (qui aliquid semper suspicabantur subesse fraudis) sed etiã familiares, quibus horum erat perspectissima innocentia, planè perculerat, ne si verbo, factò, signo, studium pra se ferunt & amorem, eiusdem sceleris incurrerent suspicionem. decimo ergo quarto die Nouembri, Christi confessores in aula Westmonasteriensis sistuntur tribunali, Edmundus Campianus, Rodolphus Sheruinus, Lucas Chirbeus, Iacobus Bosgrauus, Cottamus, Ionsonus, Ortonus, & ex altero carcere Edoardus Rystonus. Ortonus solus erat Laicus, sed magni zeli; reliqui sanctissimæ vitæ Sacerdotes. in quibus Bosgrauus & Cottamus singulari quadam amoris significatione ostendebant semper se in Societate IESU nutu & potestate esse, instituto deinde more maiorum, censentur suo quisque nomine. respondentibus legitur alta voce totius accusationis concepta forma, quam Angli vocant Enditement. his actis, iubentur Campianus & reliqui, forma iudicij stata, manus erigere. erigunt reliqui, & purgant se de obiectis criminibus, eo quisque ordine, quo appellati responderant. verùm Campiano ita brachia luxarant, vsumq; omnem ademerant carnifices, vt quod vellet, non posset. quare socius, qui astat, vnus, reiiicit manicam, ac manum (quam pœna pro fide Christi suscepta non tam fregerant, quàm consecrârant) honore prius osculi reuerenter dignatur, ac dein' quã potest altissimè

simè tollit, simulq; alta liberâque voce se, & suos pronun-
 ciat innocentes. Campianus præter reliquos cita-
 bat testes Deum, Angelos; cælum, terram; mundum
 denique, & cui sistebatur tribunal (quod tribunalis
 illius terribilis post mortem futuri speciem represen-
 tabat) se immunem esse ab omni crimine vel perduel-
 lionis in reginam, vel coniurationis in Rempub. ni-
 hilq; eorum, quæ obiiciebantur, eam speciem haberes
 ut in Iudices vllum colorem possint inducere, ad se
 condemnandam. subnectebat voce hominis & liberi
 libera, & Christiani zelosa. quid? in hac vrbis ampli-
 tudine, in hoc regni flore posse seponi duodecim viros
 ita nullius vel frontis vel conscientia, qui his crimini-
 bus condemnent nos, quos hodie primùm potiùs vide-
 rint, quàm norint? singuli dein' rogantur seorsim, cu-
 ius iudicio velint stare, communi huic interrogationi
 in re capitæ communis illa solet esse respõsio apud An-
 glos, se stare iudicio Dei & patriæ. respondent hoc pro-
 more, suo quisque ordine. fuit zeli, quod huic respon-
 sioni subiungebat Sberuinus, agi verè causam seruatæ
 religionis, falsò obtendi velum læsæ maiestatis: id lo-
 qui terram, videri cælum, vincere rationem. finitur,
 accusati reducuntur in carceres. altero post die sistun-
 tur Ioannes Colintonus, Laurentius Richardsonus,
 Ioannes Hartus, Thomas Furdus, Gulielmus Filbeus,
 Alexander Briantus, Ioannes Shertus Sacerdotes. ea-
 dem innocentibus obiiciuntur crimina, eadem om-
 nino iudicij forma, vicesimo dein' Nouembris, pater

Campianus, omnesque, qui cum illo antè stiterant, euocantur denuò ad tribunal. nominatim singuli appellantur, respondent; accusantur, purgant, eodem planè modo, quo supra. producuntur testes Crodocus, Sledæus, Georgius Eliottus, Mundæus, Hilleus, homines planè ex face, quos & natura sinxerat ad mendacium, & consuetudo erudierat ad impudentiam, qui innocentissimorum virorum frontem & orationem audebant sustinere in nulla veritatis specie. Crodocus obiicit, quendam Anglum officij causa inuisisse eum Romæ in carcere, & ad consolationem subnexuisse, non tam debere esse dolori, quòd carcerem subeat apud externos; quàm gaudio, quòd longissimè absit à patria, quæ non multò post, excitatis tumultuum procellis, multo multorum sanguine miserè sanestaretur, mentitur Eliottus Sacerdotem quendam Paynum, qui id temporis arcis Londinensis custodia tenebatur, aperuisse illi consilia Catholicorum coniurantium in reginam, hac forma; vt quinquaginta milites occultis armis recti cum sclopijs aggredierentur eam, cum esset in aucupio voluptatis (solenne enim est regibus Angliæ, vt ad voluptatem singulis annis vnâ regni partem obeant) ac cum comite Lecestrensi thesaurario regni, & qui est à literis, Valsingamo trucidarèt. vt res autem vel minori periculo, vel maiori spe conficeretur, quendam primæ nobilitatis virum suffectum, qui alta voce succlamaret, viuât regina Maria; nomen tamen principis viri nulla se arte potuisse

potuisse à Sacerdote eruere. nihil mirum, si non possit
 nomen eruere viri, qui fingebatur magnus, erat nul-
 lus; in re, quæ erat tam perspicuè falsa, quàm impu-
 denter confirmata. Sledæus, quo erat candore, publicè
 confitetur, se Rhemis egregiè fuisse hypocrytã, & Ca-
 tholici benè sanctuli induisse laruam, vt faciliùs pos-
 sit expiscari mores, ingenia, consilia omnium, de qui-
 bus promittebat volumina. Mundæus (vt rem conse-
 ram in pauca) narrat monstra, multa, paucis. dixe-
 rant, & cum vestigio duodecim viri nominatim ap-
 pellati iubentur exquirere, quid æqui, quid iniqui. in
 more est apud Anglos, vt duodecim bonæ famæ viri
 secreti ex plebe, causam capitûs exigant ad normam,
 ac, rationibus vtriusq; partiæ æquo librili perpensis,
 accusatos declarent suis verbis gyltie, aut non gyltie,
 id est, nocentes aut innocentes. hi in hac causa non se-
 creti ad iustitiam, sed ad fraudem corrupti, post audi-
 tam hinc accusationem, inde purgationem, iubentur
 finita die sistere, ac respondere suam mentem. ex illis
 tres tenellæ (vt videtur) conscientiæ, simulatis causis,
 declinant statum diem, tanquam scopulum periculo-
 sum, apud quem videbant se facturos naufragium vel
 gratiæ diuinæ, innocentes si condemnarent; vel auræ
 humanæ, nisi condemnarent. nouem ergo aliis, qui
 obibant edicti diem, tres adiuncti erant: qui omnes
 collatis inter se potiùs capitibus, quàm rationibus, in-
 nocentissimos Christi confessores renunciant reos. Iu-
 dex rogat damnandos, si quid adferant, ne horum

sententiam sua subsequatur sententia. nam apud Anglos duodecim hi viri exquirunt, iudex damnat. iudici id erat responsi à Campiano, tantum esse. tamen rogare se Deum, ut iudex, accusator, aduersarius reliquus pro tribunali summo & extremo, mitius audiant. Iudices, ipso punctulo, Andersonus, Egertonus regius procurator, ac Pophanus, seu verius à conscientie sceditate profanus (interfuerat enim hic questionibus confessorum, ac viderat, audierat omnia, ex quibus poterat & debebat, si quid habuisset conscientia, eos declarare integros à labecula) assurgunt omnes, & quod est iudicibus solenne, communi tracta q̄ voce declarant dignos morte, ferunt q̄ in innocentes sententiam, quam illa tribunalia audierant iniustissimam, hac formula, hinc abripiantur ad carcerem, inde ad locum statum raptantur, in loco exenterantur, secantur. post sententiam audiuntur non eiulatus mulierum, sed trium Sanctorum tria iubila. exaltat verbis, Campianus istis. Te Deum laudamus, te Dominū confitemur: Sberuinus illi, hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. seuerius Briantus, vir alioqui natura placidissimus perstringit iniquitatem tribunalis, refert q̄ ad iudicem summum, his Davidis verbis, Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. postea subiicit Campianus ad populum in hanc sententiam. audiuisti (viri optimi) nos condemnatos crimine imminutæ maiestatis; bu-
ius

ius sententiæ, quaeso à vobis, vt recordemini non clementiam, sed iustitiam. putatis fore, vt homini, qui tam multis, tam grauitè, tam insidiosè regiam maiestatem petierat, proponeretur facilè libertas, honor, facultas bene opima? hæc mihi proposita sunt, multa asseueratione, à magnis viris, si remitterem illis de mea conscientia, in rebus, vt putabant illi, minutulis. immò qui mihi astat arcis præfectus, hæc & his lautiora promisit, si in templis hæreticorum vel concionantium, vel cantantium vestigium modò ponerem. quid? homini grauitè perduelli, quod causantur, de re leui tam lauta promitterent magistratus, permitterent principes? non auderent. non perduellem (viri optimi) non perduellem, sed zelotem fidei Catholicæ & oderunt & condemnârunt. mox descenditur à tribunali, reditur ad carcerem, in carcere seuitur. nam compedibus ex ferro grauibus impositis, tenentur arctiùs, tractantur rigidiùs, vsque ad diem supplicij. in toto hoc negotio, patris Campiani ea apparuit siue defendentis prudentia, siue patientis modestia, vt non solum populum, sed ipsos etiam iudices sue virtutis admiratione & stupore defixerit. adde quòd in tanto periculo tanta constantia vocis & vultus, in tot rationibus tam breuis prudensquæ oratio fecerant, vt plerique statuerint eos, tanquam innocentes potiùs liberandos, quàm condemnandos tanquam nocentes. verùm æquitas sententiæ poterat

optari, non poterat expectari ab hoc tribunali, in quo erant iudices cæcati honore, testes corrupti largitione, duodecim viri præediti timore. non loquor ad inuidiam, loquor certa. nam vnus ex duodecim viris occultè ab amico perstrictus postea, quòd damnandorum innocentium grauisimo se scelere obstrinxerat, id vnum responderat, se angustiis pressum hoc facere debere, aut illud pati, vt non habeatur amicus Casaris. sequenti die reliqui, qui hoc etiam nomine conclusi erant in carcerem, eandem audiunt sententia seueritatem, eadem iudicij præscriptione, eadem testimonium impudentia, eadem duodecim virorum voce, eodem omninò modo, quem supra depinximus in aliorum condemnatione. finito iudicio, Colintonius non tam spe euadendi, quàm conscientia testanda veritatis, conuersus ad iudices pronunciat alta voce, omnes facile posse, & iustè debere falsam aliorum accusationem metiri sua: se enim illo die, quem illi præfinierant coniurationi Rhemis inita, Londini fuisse in domicilio, quod peruagata gentis voce vocatur Greesynne, apud nobilem quendam Lancasterum. Lancasterus fortè aderat, rogatur, respondet ingenuè veritatem, & innocentem liberat mortis periculo. hoc exemplo inuitatus Ioannes Nicolsoonus Sacerdos, qui cognouerat Fourdum perindè iniustè condemnatum, excipit de eius innocentia, narrat locum Angliæ, in quo fuit, eo die, quo aduersarij calumniabantur Rhemis ini-

ram coniurationem. verùm sua libertatis magnique
 animi eum tulit fructum, vt. religionis causa, primùm
 dedatur in communem carcerem, ac paulò post con-
 datur in arcem Londinensem. verùm quoniam Rhe-
 morum suprà fecimus mentionem sapiùs, in re expli-
 canda videbimus optimam voluntatem & munifi-
 centiam prolixam, quam adfert Gregorius Pontifex
 maximus, non solùm ad hæreseos fibras penitùs euel-
 lendas, sed etiam ad religionis sementem per orbem
 latè serendam. nam diuersis populis diuersa excita-
 uit collegia, Rhemis & Romæ Angli, Laureti Slauo-
 nibus & Dalmatis, Romæ item (ne singula persequar)
 Germanis & Græcis: vt in illis adolescentes doctrina
 vitæque puritate imbuti, & interioribus literis
 probè informati ad Ecclesiæ ruinas resciciendas in-
 cumbant, in sua quisque patria. nam illa pactio est,
 vt cooptandi promittant se & Sacerdotes futuros, &
 operam, in quastum sua quenquam gentis, collatu-
 ros, ex illis duobus Collegiis Remensi ac Romano, qua-
 si feracissimis agris, Pontifex eos iam in Anglia de-
 cerpit & delibat Confessorum & Martyrum fructus,
 quos nostra ætas narrabit potiùs multos, quàm se-
 quetur magnos, & posteritas fortasse mirabitur po-
 tiùs summos, quàm assequetur diuinos. verùm vt in-
 tercisum historia filum pertexam, post latam mortis
 sententiam, confessores reducti in carcerem, dederunt
 populo materiem multi sermonis. spargebant; vnus,

O 4

Ducem

Ducem Alenfonium, qui illo tempore in aula reginae fuit, illis deprecatum fuisse veniam; alter, patrem Campianum, ipsum sibi consciuisse mortem. verum tantam falsi rumoris varietatem, quasi caliginem, dispulerunt Calendæ Decembris. hoc die pater Campianus ducitur ad carcerem alium, cui nomen à frigore, & nuditate Caldenberber: ac reperit Sheruinum & Briantum, paratos iam & expeditos ad omnem crudelitatem perferendam. mutua hinc latitia, mutuus complexus. sermones feruntur inter illos breues, sed dulces, de felicitate, quæ erit; de miseria, quæ est. puto planè hos tres diuina mentis Martyres tantam animis ex mutuo sermone cœpisse voluptatem, quanta facile & præsentis miseriæ, & futuri funis abstergeret dolorem. quid narro dolorem? in miseria fuit latitia, in fune triumphus. nisi fortè non fuerat aut Laurentio carbo dulcis, aut lapis Stephano mollis. præparat suos Deus, & quasi subigit ad pœnarum patientiam; Petros, Iacobos, & Ioannes in monte Thabor, Cecilias in cubiculis, Catharinas in templo, Sebastianos in campo, Ignatios in cauerna; atque singulos subigit & præparat singulis modis, Petros, Iacobos & Ioannes specie gloriæ, Cecilias sermone Angeli, Catharinas interna luce, Sebastianos contemtionem mûdi, Ignatios contemplatione cœli. hanc his tribus Sanctis præparationem puto fuisse in hoc carcere summam, hac mutui sermonis communionem
dulcis-

dulcissimam. nam quod SS. Hilarioni & Paulo venerat in extremo vite quasi actu, ut de cœli deliciis, ac terræ miseris latissimi differerent: id istos puto facere, hoc congressu, & ex terra elicere cœlum, ex miseria latitiam. de Sberuino, antequam pater Campianus venerat, omnes mirari omnia. nam siue loqueretur piè, siue faceret constanter, aduersarij ipsi videbant in verbis Angelum, in factis Deum. in medio huius sermonis cursu ecce præfectum moleste interpellatorem, qui hos tres more institutoq; maiorum tradit in potestatem magistratui Londinensi, cum mandato, ut latæ sententiæ imponat pœnam. sternuntur mox in traham, vinculus Campianus, soluti alij, supini omnes: ac longè per ciuitatem raptantur. in hac miseriæ specie, id erat consolationis, quòd, obiecta oportunitate quasi è cœlo, quidam P. Campianum querunt arbitrum conscientiarum, quidam lutum sanctis vultibus ex trahæ volutatione inspersum abstergunt. bone IESU, quamdiu patieris afflictas tuorum conscientias teneri hac seruitute? querunt te in carcere, querunt te in traha, quousque non respicies hanc piam mentem? non periculum. non timor retardat, quo minus currant post te, quousque non admittes? sequuntur, sequuntur te in Campianis ac Sberuinis, tanquam Maria & Ioannes, vsque ad crucem; quousque excludes? vide, bone IESU, hanc ipsam mentem, vide è cœlo piè, non vni placari hac Confesso-

rum mente? fac saltem placere hoc Martyrum sanguine. sed linquo te Christe parumper, vt redeam ad tuos Martyres, qui iam sunt in loco supplicij. ex traba pater Campianus primò ascendit currum subiectum cruci, ac populo adidit Cygneam cantionem, perit am ex illis Pauli verbis; Spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominibus. in quibus minutatim explicandis, dum magna constantia magnam, turbati animi nullum edit signum, quasi nihil periculi esset; Cnolsius quidam, qui regina à consiliis, illas habebat sibi partes impositas, vt supplicio interesset, agre ferens tam liberum veritatis preconium, præcidit filium, & inhumana voce quid inquit? putan' te huc tractum, vt populum peruersitate opinionum inficias? quin potiùs pergis, cuius gratia hic es culpam delictorum (quorum fuisti citatus reus) publicè fateri, & reginam rogare veniam de crimine, quod in te concepisti læsa maiestatis? eadem fait cantilena reliqui magistratus, & eorum in primis, qui erant ex colluione ministerij Calviniani. respondet Campianus suauiter, se facturum omnia liberè & libenter, si quid tantulum admisisset in regina maiestatem, verùm ab huius criminis conscientia esse immunem, planeq; integrum. pergentibus tamen moleste & veneratorie vnã modò exprimere syllabam, qua læsa maiestatis habeat si non crimen, certè speciem, respondet liberè, nihil esse, quod premar conscientiam. excipit

pit vir princeps, qui reginæ est à consiliis. crimina tam
 clara, & euicta ordine iudicij, nec debere negari, nec
 posse refelli. P. Campianus, quicquid (inquit) ho-
 norate vir, contendis, nec posse, nec debere; id vnum
 fateor me Sacerdotem esse, in Catholica fide vixisse,
 pro Catholica fide mori. aliud crimen nec est, nec a-
 gnosco. ad formam iudicij quod attinet, duodecim
 viros labi sæpè errore, facile quæ huc induci nunc po-
 tuisse specie criminationis malitiosè ficta, affabrè
 facta. se tamen hunc illis siue errorem, siue maliti-
 am æquè ignoscere. dum hæc rogantur, redduntur,
 patri Campiano venit in mentem quorundam, quos
 de rebus leuiculis nominarat in quæstione, quibus-
 quæ antea cauerant iudices immunitatem fide sua,
 & iuramenti religione. rogat, ac per horum, qui fi-
 dem interposuerant, honorem obtestatur, hanc vt hæ
 fidem mortuo liberent: neque sinant innocentiam
 illorum perfidia circumuentam obteri. nihil esse cau-
 se, cur mulctentur ad fidem, si quid cum illis aut aliis
 liber egerat extrà conscientie & pietatis rem, id petie-
 aterna flamma vindicandum. de verbis illis ad Poun-
 dum (nullum ne exquisitissimum quidem tormen-
 tum, nedum funem, quicquam à se extorturum, quod
 faciat ad sanctæ Ecclesiæ violationē) hanc esse notio-
 nem, nulla tormenti vi effectum iri, vt nomina edat
 eorum, quos audierat, & absolutos sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ gremio incluserat. postea de Richardsono
 inte-

intexuit, non esse hunc, qui cum reliquis iniuste erat damnatus, cui librum suum miserat dono. Hic superponitur quasi in scenam Hernus, Ludimagister ex triuio, qui linguam & animam vili pretio addixerat, ad fabulam narrandam de patre Campiano, prafatur, agitq; personam tam ineptè, vt qui sperarit hinc lauream mimi, subierit labem momi. illi non creditur, ne à suis quidem, ita putidè mentiebatur, quicquid mentiebatur. ô impudentem Roscium, qui agat in scena, spectante Campiano. sed hanc illi gratiam largitur P. Campianus, ne spectet, sed totum potiùs tempus, quod Hernus ponit in fabula, ille seponat ad orationem. totus ergò desixus in commentatione Dei rerumq; diuinarum, orat suum Christum, contemnit hunc ex scabie vermiculum, si tamen contemptio tanta possit cadere in tantam patris humilitatem. puto potiùs bonum patrem orasse pro malo mimo, vt linguam à maledicentia & calumniis traducat ad gloriam Dei. principes viri cum videant huius dictionem nihil adferre ad causam, ponunt modum stultæ garrulitati, premuntq; Patrem de bulla excommunicationis, quam tulerat Pius V. in reginam Angliæ, an sit à Gregorio XIII. confirmata, viq; illius bullæ subditi regni Anglicani an sint exempti iuri, quod habuit illa in illos. hic enim putant se expressuros voculam dignam morte. verum cum Pater, interposita cogitatione, respondisset illi

lius quaestioni dirimenda nec locum esse, nec tempus:
eum rogant, an velit nuncium remittere Pontifici.
referunt responsum verbuli, sed verbuli, quod habet
momentum, se Catholicum esse. vnus propior
Atheo, quàm Christiano mox clamare, Catholici
nomine comprehendi omnem perduellionis labem.
Caluine quid egisti, qui hanc sentinam implesti?
tandem minister ex hac Caluini sentina percun-
ctatur, an velit cum illo orare. importunè, ineptè.
vides, quisquis es, eum ita vixisse semper, ita mori
nunc, vt facile ostendat se morte peius odisse omnem
cum haeticis communionem, siue in oratione, siue
religionis quacunque actione. Pater tamen nihil
exprobrat, sed verbo, vultuq; lenissimo monet, se nul-
lius calorem cohibere ab oratione, nihil tamen velle
orare cum eo, tanquam aduersarum partium homi-
ne. rogare verò omnes, qui adsunt, Romanè Catholi-
cos, vt in extrema eius vita symbolum recitent Aposto-
lorum; id signum fore, se nec pro alia causa, nec in a-
lia fide mori, quàm Catholica & Apostolica, quæ so-
la Romanae Ecclesiae terminis circumscripta viuit &
viget. extremo loco molesti iterum sunt de regina,
vt roget veniam delicti aduersus eam concepti. is im-
minens iam morti, verbis quàm potest grauissimis
diuinam maiestatem eitat suæ conscientiae testem,
ac rationibus clarissimis euincit, se in reginam nihil
vnquam deliquisse, aut tantulum titubasse. ne-
dum

dum coniurasse, in vitam: in reliqua semper vitapro
 ea orasse, in mortis etiam articulo iam extremo ora-
 re. cum vestigio verbis quam potest ardentissimis, &
 charitatis plenissimis reginae animulam commen-
 dat Deo. D. Carolo Hauuordo roganti, quam lo-
 quatur reginam, Elyzabetham (subiicit) vestram,
 meam reginam. hac vox quia videbatur mirifice pla-
 cere viris, qui aderant, nobilitatis principibus, eam
 quasi extremam excepit funis, funem mors, mortem
 eiulatus seu verius murmur quoddam luctuosum to-
 tius populi, qui illuc illa die confluxerat hac memo-
 ria numerosissimus. id fuit singulare, ac diuina in
 diuinum patrem bonitatis non obscurum indicium,
 quod sententia contra Edmundum (hoc enim erat
 Campiano prænomen fontis) incidere in diem,
 quam antiqua Anglorum religio consecrarat hono-
 re D. Edmundi, regis Angliæ, Martyris Ecclesiæ. atq;
 vt in summa crudelitate miremur aliquam clemen-
 tiæ speciem, carnifici præcisuro funem, vt semimor-
 tuo patri intestina erueret maiori cum sensu doloris
 impedimentum est à magnæ notæ viro; mortuo ta-
 men amputatum caput, corpus dissectum in quatuor
 partes.

De Sheruino hæc fuerunt singularia. post halli-
 tum Campiano impeditum laqueo; carnifex. prope
 (instat) Sheruine ad tuum item præmium. barbæ.
 quid reprehendo? hoc est, esse carnificem. Sheruinus
 hac

hac vocis immanitate tantum abest, vt moueatur, vt
 mitescat magis. propter tanquam ouis ad occi-
 sionem, & carnifici veluti pastori osculatur manus,
 vel quia impositurae erant lauream, vel quia illitae
 erant sacro patris Campiani cruore. minimum est,
 hac res quin exprimeret lachrymas optimis, expressit
 sanè amorem & misericordiam pessimis. cum primum
 ascendisset crucis huius quasi currum triumphalem,
 rogat, sinant ne eum dicere. annuunt esse potestatem.
 is in ipso vestigio appellat supplicissimè Trinitatem,
 singulisq; personis agit gratias de singulis donis, id est,
 vni Deo de omnibus. aggreditur ad confessionem suae
 fidei & religionis. inhihet hunc cursum Knolsius. sa-
 tis (inquit) nota nobis est tua religio, de violata re-
 gina expedi. pernegat Sheruinus se affinem perduel-
 lionis crimine. scimus (excipit Knolsius) nihil à te ad-
 missum, vel quia non potuisti, vel quia ineptus es ad
 rem; per consequentiam tamen (largiemini mihi hanc
 barbaram vocolam) te esse reum. Sheruinus liberè, si
 laesa maiestatis nomine cõprehendatis Catholicae fidei
 professionem, Sacerdos sum, Catholicus sum, id est, ad
 hunc sensum insigniter perduellio. dum induitur col-
 lo laqueus, Sheruinus ingeminat piè; IESV, IESV,
 IESV, esto mihi IESVS, dum frangitur illi gula, illa
 concionis audiebatur plena vox, Bone Sheruine,
 Dominus DEVS incipiat bonam animam
 tuam. Reliqua & Sheruini & Brianti eadem re-
 spon-

sponsiones erant iisdem P. Campiani interrogatis, eiusdem innocentiae eadem mors, seu potius eiusdem mortis eadem gloria. nam quemadmodum vixerunt Confessores, ut mortis quadam viam muniant Anglis; sic mortui sunt Martyres, ut vitae quandam legem praescribant optimis.

F I N I S.



ROBERTI TVR-
NERI DEVONII

ORATORIS
ET PHILOSOPHI IN-
GOLSTADIENSIS ORA-
TIONES XVI. QUARVM IN-
dicem præfert pagina post
præfationem.

COMMENTATIONES
IN LOCA SCRIPTURAE,
*expressæ ad imitationem antiquorum
Ecclesie Doctorum.*



Cum gratia & privilegio Cas. Mæjest.

INGOLSTADII,
Ex Typographico ADAMI SARTORII.
ANNO M. DC. IX.



SALVI MERCERII
CARMEN.

SI Roma nomen audiet, si patriam
Britanniam mei Roberti esse extimam,
Dubio procul dicet peregrinum merum:
At si audiet vocem, libros si perleget,
Calamo exaratos nobili, ciuem suum
Disertiozem vel suo ipso Tullio
Fatebitur, credendum igitur cui credimus?
Num nomini? num patria? num veriùs
Lingua? mihi Britannia quavis, polo
Quouis satus Romanus hic censebitur,
Quem Roma ciuibus anteponet propriis.

Hoc carmen non sino exire sine censura. qua? men-
titur amor, sed tam scitè pulchreq; mentitur, vt mal-
lem reprehendi mendacium amoris, quàm amico pe-
rire hunc scitulum & pulchellum ingenij partum. non
arrogò, quod dicit, sed aperio, quàm magna ingenia
latent, quæ si vellent sui iudicij & artis explicare diui-
tias, tam facilè vincerent leporem Catulli, quàm pro-
pè attingunt facilitatem Ouidij.



ROBERTVS TVRNERVS

DEVONIVS S. D.

ANTONIO

VELSERO PATRITIO

AVGVSTANO, THEOLOGO,

PHILOSOPHO, ORATORI, SERENISS.

GVLIELMI vtriusque Bauariæ Ducis à

consiliis, ac Monachij Canoni-

co ad D. Mariæ.

SI quid est in doctrina errati,
quod videmus quàm sit multi-
plex; si qualabes in vita, quam
tetram omniq̃ue contagione il-
litam dolemus occupâsse omnia: hunc siue
errati ridiculum, siue vitij obscœnum par-
tum, Grammaticorũ partim ignorance,
partim audacia, quasi malo semine, satum
fuisse & editum in lucem, videmus ac dole-
mus, quicumque aut videmus bona, aut do-
lemus mala. nam poëtulæ quidam & Gram-
matici proximæ ætatis cum primũ strepe-
re Latinè, binasq̃ue voces aut formulas ma-
lè vinctas effutire cœperant, ita sumpserunt
spiritus super id, quod est altissimum, vt

a a

Scho-

PRAEFATIO.

Scholis, Academiis, Cathedris, Pulpitis veneranda Antiquitatis diem dixerint. de quare de verbo, de phrasi, de formula. ridicula capita. in maximis viris habebant quæ mirarentur maxima, sensum ad doctrinam, rationem ad vim, ordinem ad methodum: ridend tamen verbum, rodunt phrasim, vellunt formulam, singula denique exigunt ad normam vel Ciceronis, quæ miror tanquam latinitalis architectum; vel Philippi, quem contemno tanquam homulum ex face. nosti Erasmus? illum Criticum. Cypriano & Hieronymo, diis oratoribus, illos sæpè imprimit unguiculos suos, *barbare, inusitato, dictum rare, contra syntaxin.* hoc cene est tollere litteras? est inspergere. nosti Melanchthonem? illum momulum. Aquinatibus, Bonaventuris, Scotis, latinitalis, tanquam maiestatis, violatæ notas inurit: quasi æquum sit hominem tinctum literis, quos debebat venerari principes Theologiæ, eos perstringere contemptores Grammaticæ. volebant divinæ mentis viri sententiarum succo solide coagmentari, nõ vermiculari bellè illo verborum emblemate, quid reprehendis Philippule? quanquam de D. Thoma, enucleatus est, & (si discefferimus ab artis vocibus, stellis potiùs, quàm maculis orationis) in
hac

PRAEFATIO.

hac methodo tersus beneq; nitidus. Scotum
in eloquentia postponerem Philippo & E-
rasmo, nisi fortè partes in eloquentia primæ
deferendæ essent potiùs nitori verbi, quàm
succo sententiæ. bone Bonauentura, quid te
confero cum hac labe? vincis, vincis, qua-
cunque te inspicio. amplificas? triumphas.
suades? persuades. delectas? tenes. denique
quicquid dicis, ita pingis, vt cum his colori-
bus si coniunxisses cultam dictionē & phra-
sim, præ te vno sexcenti Erasmi ac Philippi
forderent, ne dicam putèrent. ex hoc Erasmi
& Melanchthonis stercore nati paulò post
vermiculi, putabant se exquisitè doctos, si
formulas ex Ciceronis aut Vatiniano odio,
aut maledicentia Catilinaria consuerent ad
violandam existimationem eorū, qui Tho-
mæ aut Scoti insistebāt viam, id est, ad Theo-
logiæ verèq; Philosophiæ puritatem penitus
è Schola eiiciendum. ô impudentiam. non
satis est istis ex fæce Poëtulis & Grammati-
cis, mentiri se Theologos, nisi etiam princi-
pum Theologorum rideant verba, quia non
eruunt sensa. miraris fortasse (Antoni) quid
causæ fiet, cur qui à pueris in eloquentiæ
quodam quasi diuersorio semper conque-
uerim, eloquentiæ iam vindices suscipio
perstringendos. non id est, quòd contemno

PRAEFATIO.

eloquentes (veneror enim Cicerones, Caesares, Muretos, Bembos, & infra hanc excellentem speciem alios etiam modeste Latinos) sed quod ægrè feram, horum hominum vitio & iactatione inepta, eloquentiam, rem planè diuinam, apud omnes iam penè vocari in inuidiam. Basilio & Nazianzeno pulchrum erat ad laudem, scripsisse orationes; Hieronymo & Cypriano insignè erat ad commendationem, epistolas texuisse: at iam si liber fròte præferat epistolas aut orationes, contemnitur author quasi aliquis ex Philippi aut Erasmi Schola Grammaticus. patrum memoriæ vix fama increpuit de Basilij aut Nazianzeni oratione, vix de Hieronymi aut Cypriani literis facta est litera, & ecce tibi omnes in desiderio, ut aliquid vel legant politè neruosum, vel libenter scitè argutum. at nunc in oratione aut epistola nihil expectatur exquisitè notionis, timeatur tantùm vel unguis in Scotum, vel sibi-lum in Thomam. Dij malè faxint his Grammaticis, garrulis belluis, qui oratores, homines Deos, huc abiecerunt, ut ex eloquentiæ flore non sperent laudem, sed timeant notam. cùm me his literis abderem primò, vix credas (mi VELSERE) quanta in speeram, fore, ut Oratoris aliquando nomen me
pone-

PRAEFATIO.

poneret in numero. verum horum vitio cum
viderem factum, ut eloquentis notio mihi
potius inureret notam stultitiae loquacis,
quam laudem pareret ingenij, an dolebam?
frendebam, idque extra lineam tam longè,
ut, contempto dictionis ornatu, planè sta-
tuerim libero tenuiq; filo historiam expri-
mere Pontificum, versatam haecenus in mul-
tiplici disceptatione, nec disceptatam vn-
quam. at cum officij ratio me ad eloquen-
tiae cursum potius grauiori studio incisum,
quam intermissum voluntate reuocaret, coepi
dictionis structae beneq; coagmentatae non
lineas intueri, sed mirari colores, atque ita
mirari, ut planè nihil iam statuam praec-
laris, quam commentari ad normam. accu-
ratae commentationes istae & meditatae quan-
quam audiunt saepe, conuictum illud iactum
in Demosthenem, quod olent candelam: ex-
primunt tamen saepe ab inuitis susurrum il-
lum dulcem, ecce Demosthenem. susurrum
istum (ne putes gloriosum) non magnifa-
cio, pluris tamen est, quam ut debeam con-
temnere de timore leuiculae notae, quae ex
quibusdam Grammaticis ad omnes Orato-
res permānat, nec tamen magnos illos Ora-
tores Perpinianos, Muretos, Sigonios, a scri-
bendis orationibus retardat. scribo igitur

PRAEFATIO.

orationes, cum periculo, sed non sine exemplo Muretorum & Sigoniorum, nisi forte turpe sit Theologo, potius velle exprimi ad hos Iurisconsultos, quàm ad Theologos istos, Sadoletos & Polos. quod si horum fortè vim & nauitatem non effinxero, fuit difficultas ex re, ex mente. nam sumpta est res, illis semper popularis illa, & posita in sensibus, aptissima quidem ad florem; mihi sapè hæc interior, & petita ex media natura, atque hoc, vt exemplo refellam eos, qui pernegant Theologicis aut Philosophicis commodam dictionem, quasi vestem, posse induci. deinde illi Ciceronem, toti totum, sunt secuti, atq; adeò ita affecuti, vt M. Tullium in Mureto & Perpiniano mirer aliquàdo magis, quàm in ipso Cicerone. mihi aliam mens, non aliud iudicium. nam etsi in Cicerone viderim plurima, quæ imitando adumbrem, formularum & dictionum elegantiam, nauitatem, lumen, & ex his orationis, quasi corporis, perpulchram conformationem: tamè opiniones prauas quorundam mentibus penitùs insidentes volui euellere. quidam opinantur Plinium, Pacatum, Mamertinum, aliosque *sive Declamatores, sive Aeditores, sive Panegyricos* nihil adferre, quod aut mireris, aut imiteris. nihil vident,
qui

PRAEFATIO.

qui solem non vident. nam in Mamertino est neruus, in Pacato doctrina, in Eumenio flos, in Plinio, extra formulas illius ætatis tritas, omnia: quæ si tam possim imitari, quàm mirari, inuenero certè, æquè in me, quod amem; atque in aliis, quod mirer. quidam alij non opinantur, sed mirantur, in Hieronymo, Bernardo, Cypriano, Augustino, Arnobio eloquentiam nullam, in Lactantio omnem. de Lactantio optimè, de aliis pessimè; vt hos planè statuat non iudicare, quicquid mirantur, sed quicquid iudicant, penitus opinari. Opinatores, vt perstringã leuiter. nam si in vllis nitet eloquentia, in Sanctis rectè illis nitet. non habent aliquando fortassè tersam illam natiuamq; Ciceronianæ dictionis formulam, reliquã nitidi, vberes, vincti, arguti, deniq; ita abundantes omni parte, vt quacunq; ponis vestigium, ponas vel in flore, qui delectet; vel in sententia, quæ informet. quid? non vides in illis artem? mysterium certè tunc est, Hieronymum sine arte tam artificiosè, vt nullus mihi Cæsar premere videatur arctius. non vides decorum? miraculum certè tunc est, Augustinum sine decoro tam decorè, vt nullus mihi Tullius periodum in quadrum aut quincuncè artis redigere possit aptius. Ber-

PRAEFATIO.

nardus & Cyprianus ludunt sæpè verbis vel agnominatis tam lepidè, vel paribus tam festiuè, vt Spiritus sanctus ad Isocratis gloriam obscurandam videatur velle esse nunc puer cum pueris lepidus, nunc amicus cum amicis festiuus. quid perdo tēpus? vt refellam eorum somnium, qui condemnant Plinius; ac stultitiam horum, qui derogant Augustinis, duos triumphos in Panegyricorū antiquam formam inclusi, atq; ad Sanctorum imitationem quasdam commentationes expressi, sed difficulter certè siue inclusi illos, siue has expressi, quòd Panegyricorū Sanctorumq; arti, phrasim Ciceronianam, quasi alienam vestem, conatus sum inducere. in orationibus ita semper volui exprimere Ciceronis venam, vt illis tamen colores ex hac Sanctorum Panegyricorumq; officina petitos sæpè insperferim. non narro, quanta felicitate perfeci, sed quāto conatu inœpi, vt videam tu quid laudes, quid vituperes. nam quemadmodū Panegyricos volui esse Maximiliano principi monumentū meæ fidei, sic de cōmentationibus & his orationibus te posco iudicē, amicū, patronum. cur iudicē? norunt, qui te norunt. nam qui doctrinam tam multam, tam exquisitam, tam elegantem teneat, noui in Germania

PRAEFATIO.

nia neminem. Deus bone, quanta cognitio
linguarum? quàm infinita memoria? quàm
multiplex doctrina? Doctores Ecclesiae no-
ti tibi, tanquam digiti. leue hoc. triuisti. tri-
uisti? concoxisti succum illū Theologorum
& Philosophorum, qui suas rationes elimi-
nant ad tenue, & quoties pugnant, concisis
minutiis tanquam pugiunculis, pugnant.
hoc est ingenij, iudicij illud, quòd legis, fe-
cernis, tenes, quæ in singulis linguis excellūt
singula, & minutula hac merce illam tuam
lautam suppellectilem quotidie auges, atq;
ita auges, vt ex his externis quasi facibus
nihil non dico labis, sed ne nauis quidem in-
spargatur natiuæ Latini sermonis puritati,
qua excellis. verè ita premis, si disputas; ita
polis, si scribis: vt te ostendas nō Rhetorem
aut Philosophum ex vulgo, sed vel Orato-
rem natum in Philosophiæ spatiis, vel Philo-
sophum florentem ex eloquentiæ myrothe-
ciis. vereor certè, vt violem illam tuam fron-
tem testem honoris, sedem verecundiæ, si
persequar reliqua: comprehendam igitur
clausula, nihil esse ignotū tibi, nisi id vnum,
te nosse omnia. hoc iudice si prober, nōne
triumphem? si nō prober, iure posco patro-
nū, qui tegat vel excusatione contra doctos,
vel authoritate contra maleuolos. nam etsi
tuis

PRÆFATIO.

tu is sis, qui possis VVelferos tanquam Scæ-
uolas Mutius consecrare; tamen VVelferi ea
fama virtutis & nobilitatis sunt, multosque
iam annos fuerūt, vt satis sanè sit tectus con-
tra maleuolētiam, qui à VVelfero sit tectus,
nō repeto virtutes per totam VVelferorum
gentem latè sparsas, tui tui Penates (Antoni)
quot viderūt VVelferos, tot mirati sunt vir-
tutes. Fratres commendant, Mattheum gra-
uitas, Paulum modestia, Marcum lepos, sin-
gulos ingenium, religio, doctrina, suauitas,
stultam antiquitatem, quæ gratias finxit fœ-
minas; nam si viri essent, profectò hi tres es-
sent. audiui à te sæpiùs, nihil in rebus æquè
voluptati esse, atq; te habere nos fratres: per-
petui tibi sunt in desiderio, in ore, in cala-
mo, & meritò quidem sunt, tanto tales. te ex
hac gēte patrono, quicquid meo merito sit,
narro omnib⁹, me sperare. quod si fortè nec
iudex probas, nec defendis patronus nugas,
saltem de his nugis volo te amicum. nam in
istis satis vides, quid velim, si magna possim.
etiámne non vis esse amicus de nugis? mo-
rior. nam ab eo tempore, quo te noui, non
næuo aliquo, sed tota (vt puto) mente; ita in
Germania vixi semper, vt sine te amico mo-
rerer. vidi ingenium sine fumo, candorem
sine fucò, doctrinam sine ostentatione, vt
breuis

PRAEFATIO.

breuis sim, magna vidi omnia sine magnis,
planè eadè, quæ optarem esse in eo, qui esset
vita Turnero. ac si me fortè putes dare auri-
bus, ne viuam, si tam sit iucundum viuere,
quàm in te viuere. nescio planè quid istud
sit, nisi id fortassè sit (quod finxit Plato) esse
vel duos vnū, vel vnum duos: non quòd tibi
cupiam tātum mali, vt abiiciaris ad Turne-
rum, sed quòd mihi optem tantum boni, vt
exciter ad VVelsèrū. de Deo homine nosti,
nihil hunc decerpisse illi, plurimū illum ad-
didisse huic. eodem planè modo vellem fie-
ri vnum vel ME TE, vel TE ME (vt formula vtar
Platonica) præterea nihil, ne sim arrogans.
quare nisi vis moriar, fac sis amicus de his
nugis, atque ita sis amicus, vt hoc quicquid
nugatus sum, si non probes, quasi mercem
circulatoris è fæce corruptā, certè defendas,
tanquam notā animi bene fauentis claram.
quod si Deus è cælo fautor eam his animu-
lam indiderit, vt & probes iudex, bona pro-
bas sincerus; & defendas patronus, sincera
defendis bonus; & ames amicus, vera amas
candidus: efficiam certè non multò pòst, vt
mundus videat, quantum animorū Turnero
factum sit, quòd fuerat probatus, defensus,
amatus à VVelsèro. Vale, meque ama, ego te
eo loco habeo, quo soleo meos ocellos. In-
golstadij.

LECTO-



LECTORI.

MULTI hîc reperient multa, quæ non faciunt ad stomachum. omnibus vna responsio, ne Iouem quidem placere omnibus. mercator vult pœem, bellum miles. istic nisi duos architectêris Ioues, duobus certè his non placeas, eodem punctulo petentibus diuersa. immò si duos architectêris Ioues, maiores ciuntur turbæ. nam miscebit iste, quicquid ille pacat. addo, id me semper agere, vt placeam vel boni palati, vel certè non corrupti stomachi hominibus. nam his quid feceris, qui non gustant Corsicum, aut eiiciunt Capum? illo nihil meracius, hoc nihil sapidius. qui obiciunt, hanc non esse palæstram Theologi, vel Sacerdotis, refelluntur à Nazianzenis, Chrysofostomis, Augustinis. etiam ab his minimis ordiuntur maximi, quasi pannum sericum à telis vermium. quibus displicent in orationibus non omnia Ciceroniana, sunt delicatuli. his non me profiteor coquam. Cicero habet multa, non omnia; optima, non singulis. architecto quid supeditat? nihil. minus piscatori. quò certè æquius postulo mihi Theologo has indulgeri voces: Miraculum, Creationem, Sacramentum, Angelum, Blasphemiam, umbellam, fratrem, religiosum, caputium, iustificationem, cœlitus, humilitatem, assumptionem diuę **MARIÆ**, zelum, resurrectionem, vnitatem Ecclesię, passionem Christi, aliasque huius notæ voculas, ignotas Ciceroni, tritas iam Scholæ. planè quoties audio sacra symbola pro Sacramentis, diuinæ intelligentias pro Angelis, summisionem pro humilitate, aliasque voces priscas pro rebus nostris nouis, rideo ineptos, quasi mallent esse obscure Ciceroniani, quam

Ad Lectorem.

quàm Christianè clari. etiam his narro, Ciceronem à nobis esse, qui rei nouæ sapè nouam vocem ponit, neque curat bonus Orator, quàm priscè, sed quàm clarè. non acquiescetis? tyrones estis in his rebus, quasi èloquentia definiretur voce vel formula, ac non potius idæa, & orationis, quasi corporis, tota conformatione. erit alius, qui reprehendat aliud. etiàmne? audes tu hac in palestra? tace, nisi vis, obiecto mure, aperiam felim fœdè latentem sub puellæ forma. Vale, nisi me vis perire.

Orationes hæ XVI. vnà cum reliquis, &c. nihil continent vel Orthodoxæ Religioni vel bonis moribus contrarium. Ideoq; tutò imò & utiliter typis committi possunt. Ita libenter testator Ego

CASPARVS FRANCVS S. Theol.
Doct. & Collegij Theologici pro
tempore Decanus in Academia
INGOLSTADIANA.

INDEX



INDEX ORATIONVM.

<i>De laude eloquentiæ.</i>	fol. 7.
<i>De laude moralis Philosophiæ.</i>	21
<i>In die Anniuersario Egolphi Kneringeri, Episcopi Augustani.</i>	33
<i>De cruce seu Christi passione.</i>	49
<i>De Diuæ Virginis assumptione.</i>	59
<i>De laude ebrietatis.</i>	74
<i>De vnitæ Ecclesiæ.</i>	83
<i>De Sacerdotio.</i>	91
<i>De D. Thoma Anglo, Martyre & Archiepiscopo Cantuariensi.</i>	111
<i>De Sacerdotio & resurrectione mista oratio.</i>	131
<i>De S. Ioanne Euangelista.</i>	150
<i>Ad Reuerendum Patrem Euerardum, Prefectum, quem dicunt Generalem, Societatis Iesu, cum Anglicani Collegij curam susciperet.</i>	161
<i>De natali die D. Virginis.</i>	176
<i>De Zelo, & D. Apollinari.</i>	191
<i>In funere Caspari Franci Doctoris & Professoris Ingolstadiensis.</i>	203
<i>In funere Reuerendissimi Episcopi Aichstadiani.</i>	213



ROBER.



ROBERTI
TURNERI ORATIO
PRIMA, HABITA

INGOLSTADII.



I quam scio certò. N. fore, vt de me
multorum multus variusque sermo
fluat in vulgus, partim mirantium,
quodd vir in puerorum quosdam quasi
carceres; partim reprehendentium. quodd Theologus in
has verborum angustias artiq; perexiguos cancellos,
me measque cogitationes denuò compegerim: tam fa-
cile possem ostendere, eloquentiam esse artem non di-
ctionis lecta, sed rationis perfecta, efficerem certè ho-
diè, vt non tam desiderent, aut in viro rationem illi,
qui mirantur; aut in Theologo iudicium hi, qui repre-
hendunt; quàm doleant, ac intimis sensibus angan-
tur, vel Theologos esse tam supinè negligentes, qui has
eloquentia cupedias respuant; vel eloquentes esse tam
morosè delictos, qui illum Theologia interiorisquo
scientia succum penitus repudient. Verùm cum nò sit
mei ingenij, eloquentia vel musculos explicare ad mo-
tum, vel membra conformare ad decorum, vel sangui-
nem

b

nem

nem fundere ad æquabilitatem, vel venulas spargere ad vim, nãdum totã speciem ex hisce omnibus aptam & pulchellè coagmentatã exprimere, erit vestra prudentiæ cogitare tantam esse in eloquentiã & nomine maiestatem, & notione vim, vt videri Oratorem, magis fortasè deceat Theologum, quàm esse Theologum, ornet Oratorem. neq; hoc dico, vt quicquam decerpam aut delibè de doctrinã laude, sed vt intelligatis Theologi nomini ex eloquentiã professione ita nihil lituræ aut labeculæ aspergi oportere vel illini, vel potiùs premi illi nostra religionis asserenda vindices, constituenda parentes non priùs ausi fuerint penitiori eruditionis præ se ferre speciem, quàm summa eloquentiã clarissimum signũ toti orbi sustulerant. Lactantiũ diætio perpetui tenoris & cursus lenitate tam suaviter fluit, Augustini commentario, eloquentiã insignibus, quasi emblematis, tam variè distinguitur, vt si eos nõ cognouissemus ex historiis Rhetorices magistros, in illorum certè scriptis facile vidissemus eam eloquentiã imaginem, quam amaremus effictam à Philosophis admiramur expressam à Theologis. Nobilis fuit Cyprianus, sed nobilis non tam fortasè, quod scripsit illa summa, quàm quod docuit hæc infima. Hieronymo scriptis non fuit orationem semper texuisse omni artium varietate pictam, nisi in puerorum nobilium cudenda & polienda lingua acerrimam vltimã etatis contentionem fixisset. Legite Clementis Stromata, Theodoretii Gracas affectiones legite; illa, tanquam bona semi-

na, tam affabrè sunt sata, hæc tanquã mala quisquiliæ, tam scienter euulsa, vt non tam fuerat gloriosum doctissimis seuisse, euulsisse; quã eloquentissimis affabrè seuisse, scienter euulsisse. Possem ac adeo velle ex reliqua antiquitate eruere alios huius generis plurimos, nisi putarem satis esse ad inuidiã, hac in parte leniendam, auertendã, vnã recensuisse Chrysostomũ, vnum Originem, Theologos homines, Oratores propè Deos, sed vt nullum antea doctrinã subtilitate tinctũ audierint, aut viderint subsellia Oratorum, contendo tamen doctissimis quibusq; patere ea & potuisse cum laude, & sine infamia debuisse. eloquentia virgo est; integella virginis commercium quod, cui potest esse suspectum? eloquentia pulchra est; pulchræ formæ casti lepores quo tempore, quam infamiam coeperũt habere? eloquentia diuina est, aut certè diuinæ naturæ proximè agnata; naturæ, quæ cum diuinitate habet agnationem, societas quæ, qua causa pariet inuidiã? sed ne oratio mea videatur fusa sine ratione inaniter, quam eloquentiæ vmbra iam posui, ac ne vmbra quidem posui, eius reliquam cõformationem inducã, non oblitam fucis, sed natiuo quodam colore ita suffusam, vt nisi hanc speciẽ iudicaueritis dignam Theologo, me quin rideatis indignum his subselliis, non recuso. quod si res trita sit, tritæ rei nouam promitto nec peruulgatam orationem, vt per humanitatem, quã inclusam in pectoribus domo hæc attulisti semper, rogandi mihi sitis vehementer, ne potiùs

contemnatis illam, quia trita fuit, quam hanc attendatis, quia noua erit.

Cum mens humana vel rationis quodam quasi neruo inciso ita langueat, vel concretionis quadam prope dixeram labe infecta ita hebescat, ut quae res sunt obscuritate, quasi nube, obducta, eas facilius possit videre caeca, quam fracta velit, quae sunt difficultate, quasi aggere, interseptae, persequi; nihil certe miror eloquentiam eo iam in loco esse, ac omni aetate fuisse, ut eam plures soleant tanquam meretriculam impetere infidiosè, quam mentis lenam, honestaeque voluptatis honestam nutriculam affectari officiosè. Nam cum natura, seu potius natura sator & molitor Deus, eam legem in omnibus rebus, quasi aere, inciderit, ut quod quaeque sunt excellentiores, eò habeant & sensus ad intelligentiam minus apertos, & aditus ad difficultatem magis obseptos, sit in hac nostrae mentis generositate, quae omnia summa videmur velle scire, ut quarum rerum vel cognoscendarum spe, vel consequendarum opinione excidimus, earum odium & contemptionem conemur imprimere, ac intimis omnium animis penitus inuerrere. Artes, quae habent absolutionem à natura, omnes facile patiuntur iacere in suis sordibus, cum nihil sit in illis aut arduum, quod frangat contentiones mediocrium; aut pulchrum, quod excitet studia magnorum: aut si quid rixarum, fuerit de caedua sylua, de rastro, de quadro excitatum, fuit illud inter Pluteos Gargas, & illos è cemento & face homines ut spiritus
excit

excitatum, sic spiritu dissipatum. At summa illa semper sunt (Auditores) summa, quæ impetuntur à summis, ab Archimede geometria, à Thrasimacho & Glauco iustitia, Theologia, quæ contemplatione continetur, à Caluino, ab Epicuro Philosophia, Poësis à Philosophis, ab omnibus eloquentia, atq; quòd miremini magis, ita impetuntur singula à singulis, vt ad Geometriam regulis Geometriae, iustitiæ lege ad iustitiã, Theologia momento ad Theologiam, ad Poësim Poëseos flore, Philosophiæ neruis ad Philosophiam, pigmentis eloquentiæ ad eloquentiam euertendã, suaq; gloriæ possessione deiciendã abutantur omnes. quod in rebus omnibus, quæ excellunt, cum tam perpetuum sit & singulare, vt natura ipsa duos videatur edidisse partus monstrosos & ingeniosos, & Democritum ac Heraclitum, qui eam peruellerent & deformarent, risu ille stultam, lachrymis hic miseram; conficitur certè hac orationis summa, eloquentiæ vt comprehensionem esse perdifficilem, quòd videatur in medio posita paucis, inq; natura aureolis filiis; sic indolem esse eam, vt non velit videri summa, nisi omnium summam; nec diuinissima, nisi summorum omnem & impressionem & inuidiam vnâ sustineat, idq; tanta laude, vt quàm sit reliquis artibus ad infamiam turpe, primo impetu, vno momento armis cadere alienis, tam sit eloquentiæ ad gloriam illustre, solam, semper, stare suis. Nam siue memoriam repetamus antiquam, siue notam & aequalem colligamus, quicquid in vllis arti-

bus stragis & ruinarum videmus, id totum videmus
 aditum non tam momento ac pondere rationis, quā
 pigmento & cinnino quasi quodam orationis Cycli-
 cas illas falsas cum antiquitas tanta & reuerētia co-
 luisse, & excoluisse industria, vt, grauioribus negle-
 ctis, in iis quoddam vitæ suæ tabernaculum collocas-
 set; conati sunt rationibus Philosophi, astu prudentes,
 auctoritate principes eicere ex schola. verum cum id
 tantum viderentur consecuti omnes, vt & Cyclica cō-
 sisterent firmitus, & qui eas peruellebāt, omni irrisio-
 ne luderentur, inuectus est tandē Origenes vnus, qui
 illarū fundamenta vna oratione, tanq̄ machina, ita
 commouit, altera, tanq̄ fulmine, ita labefactauit: vt
 non aliunde iam cognoscatur Cyclicas falsas viguisse
 in scholis, quā quod legatur vnū Origenem duabus
 orationib. eas eiecisse ex scholis. magna illa Chalda-
 rum, Ægyptiorū, ex qua reconditior nostra Philoso-
 phia fluxit tota, à maioribus nostris eo fuit habitata in
 loco, vt ad eius mysteria quibusdā occultæ scientiæ in-
 uolucris tecta, tanq̄ sacra adita, nec impuri admitti
 solerent nec plumbei. verum postq̄ labes asciuerat ex-
 trinsecus, vel inuectas à demone, vel insperfas ab ho-
 mine, tam malitiosè fraude, tam apertè consilio, vt
 hanc ignominiam sinceritas Theologiæ nec posset nec
 deberet ferre diutus, Athenis (si credamus Nazian-
 zeno) tentata illa primò fuit à Theologis Philosophis
 sed tam frigide, vt quæ bona fuit, videretur mala;
 oppugnata deinde à Theologis Oratoribus, sed tam
 potu-

potenter, ut quæ bona fuit, videretur mala. Iullus
 stas peperit orbi Hispania, aluit Anglia, magni po-
 tius fructus spe, quam magna spei fructu. vnde eam
 excisam ex animis hominum cum vellent pruden-
 tes multi, sed non possent, vellet & posset vnus Che-
 cus, obiecta est materies, in qua viderimus clarissi-
 mē, plus esse, & semper fuisse virium in vnus ora-
 tione artis stellulis illuminata ad constituendas res
 bonas, quam in multorum prudentia rationum ner-
 uis vincta, ad conuellendas res malas. Philosophi-
 am (ut propiora attingam) de suo loco conuulserunt
 Ramus & Taleus, in suo loco constituerunt Canus
 & Carpentarius, illi dictione iniusta calamistris tam
 subdolē, hi eloquentia succo & sanguine diffusa
 tam splendide; ut nisi Philosophiæ conuulsa, con-
 stituta, laudem omnem in eloquentiæ vel specie e-
 mentita, vel fructu vero positam videatis, clarissi-
 ma non videatis. maxima certè hæc laus est artes
 strauisse, restituisse, eloquentiæ tamen ad summam
 laudem maximum non est, nisi se etiam ostendat
 in Imperatorum, Rerumpublicarum, Philosopho-
 rum, Oratorum, & viribus sustinendis generosam,
 & impressionibus superandis constantem. Athenien-
 ses legen capite sanciuerunt, ne quis ad sua rostra ad-
 ferret orationem artis præscriptione vinctam, ac af-
 fectuum illis vel incensam facibus, vel furis concita-
 tam. sed quo euentu? scilicet ut Athenæ oratorum vo-
 cibus, tamque scalpellis, concisa redigerentur in ni-
 b 4 hilum.

bilum, ac quæ eloquentiam nolebant audire sedenti,
 stantem, fulminantē ad sua rostra, eam viderent flo-
 rentem, tripudiantem, triumphentem in suo cinere.
 Imperatores Romani eloquentiam affixerunt seueri-
 tate edictorum, idq̄ tanto impetu, vt rationis non vi-
 deantur vestigia, cubilia videantur furoris. Sed qua
 pœna? scilicet vt eloquentia iis multā tetramq̄ immi-
 tis naturæ notam aspergeret, efficeretq̄ apud omnes,
 vt nihil iam audiatur, ac ne legatur quidem Domitii
 tetricus, stultius Taraquillis. Plato & qui se Platonis
 sententiis, tanquam oraculis, consecrârunt, penitusq̄
 addixerunt, dum nullum eloquentiæ locum in sua
 Repub. volunt esse, eloquentiæ eam pœram quasi ca-
 pite dependunt, vt suæ Reip. formam hæctenus vide-
 rint nullam, nec visuri sint in reliquam posteritatem.
 Oratores etsi maiori vt apparatu, sic impetu poterant
 eloquentiam violare grauius, tamen quæ ei penitus
 iniusta reliquerunt vulnera, vulnera non sunt, orna-
 menta sunt. effingunt eam pictam, pingi est artis; fi-
 ctam, fingi est ingenij; fucatam, fucari est pulchritu-
 dinis; delentem Respub. delere Respub. est potētia; im-
 pellentem huc illuc populum, populum huc illuc im-
 pellere est prudentiæ; fallentē, fallere est loci; palpan-
 tem blandulè, palpare blandulè est temporis; versan-
 tem se in omnes partes, versare se in omnes partes est
 necessitatis. non vox hominē sonat, ô Dea certè. nam si
 labes eloquentiæ quæ putantur, habeant laudes, lau-
 des ipsa quos excitabūt amores? quas admirationes?
 quos

quos applausus? clamores quos? sternit illa artes, restituit; omnium impetus sustinet, omnes impetus superat. Sternit artes inuita, nonne amatis piam? restituit artes libens, nonne colitis sedulam? omnium impetus sustinet vna, nonne miramini generosam? omnes impetus superat sola, nonne timetis Tyrannam? sed Tyranna non est, Regina est, quæ ostendit, & quod vna laceffat, quid velit; & quod sola vincat, quid possit. non enim vt eloquentia viribus reliquæ artes seruantur, obteruntur; sic eloquentia reliquarum armorum armis cadit, subsistit; suis illa armis cadit, suis subsistit, si cadat, si subsistat. vnde eleganter à Longino Rhetore dicitur, petere res ex aliis scientiis, nõ necessitatis causa, quod egeat, sed pietatis quodam sensu, vt ornet. Orationem tamen, quæ notiones rerum non continet lectas & reconditas, non nego esse vel sine re ineptam, vel sine neruis languidam: id tantum nego, orationem eloquentis necessariò habere notiones, siue quæ lectæ sunt & piæ, natas in Theologiæ gremio; siue quæ reconditæ sunt & graues, petitas ex Philosophiæ recessu: non libat hæc extremis quasi labellis ex illis riuulis, ex natura fonte naturam haurit, concoquit, ac in suum succum & sanguinem conuertit totã. vult populus Oratorem habere pectus completum multiplici doctrina varietate, voluit & Cicero; vult Senatus orationem nasci ex media re, voluit & Quintilianus; volunt prudentes eloquentiæ nullam nitere speciem in illius dictione, qui verba texit ad normã.

res non illigat in verba, volunt & plerique; quod vo-
 luit Cicero cum populo vtiliter, Quintilianus cum
 Senatu prudenter, prudentes cum plerisque graui-
 ter, volo & ego (hisce namque quasi Thesei quibusdam fi-
 lis facilius peruenitur ad naturæ fontem) id tantum
 nolo materiem, quæ eloquentiæ stilum aut acumen
 subit, Philosophiæ esse, aut reliquarum artium: natu-
 ræ est, quod si qua caligo meis verbis offusa impedi-
 at, quod minus clarè intelligar, illa oppositu quasi quo-
 dam solis facile dissiicietur, si mecum cogitauerit,
 vnâ penitusq; eandem esse Oratoris rationem in re-
 rum formis exprimendis, quæ est pictoris in imagini-
 bus inumbrandis, habet suos colores pictor, habet suos
 Orator; suam tabulam habet pictor, suam habet Ora-
 tor: ea tamen arti præscriptione vterque, vt si pul-
 chros colores rudi & horridiusculæ tabulæ illinant,
 referant ex labore fructum, ille pessimi pictoris, hic
 stultissimi Oratoris, quare cum Oratori id sit mate-
 ries petita ex penitioribus disciplinis, quod pictori ru-
 dis tabula; vt huic hæc, sic illi illa est dolanda, liman-
 da, polienda, id est, extra propriæ suæ artis cancellos
 efferenda prius est, & ad naturæ caput reuocanda,
 quàm possis materiæ formam, nitidæ tersam, aptæ
 pulchram, planæ plenam, politæ decoram imprimere
 & inducere, vnde videmus quosdam magnos Theolo-
 gos & Philosophos, qui aliqua dictionis puritate per-
 uenerunt etiam in Oratorum numerum, felicitate-
 tem, immortalitatem, bona fortuna, doctores animi
 (res

(res planè eiusmodi, quæ quodam dictionis flore facile possunt conspergi) quòd eo modo explicârint, quo fuerunt traditæ à Philosophis & Theologis, tam spinosè explicâsse; vt nec inter Oratores eloquentiæ, nec inter Philosophos eruditionis magnam collegerint famam: cùm contrà reperias Oratores nostræ ætatis, (antiquam non replicò) à disciplinis angustè, à natura informatos optimè, motum, tempus, formam, intelligentias, prænotionem Dei in quibusdam damnandis, quibusdam seruandis, aliàsque res spinosissimas, ex scientiarum, in quibus erant, scriptis eductas, & ad naturæ normam perductas sic illustrâsse similitudinibus, sic exemplis illuminâsse, sic artis vario colore destinxisse, vt res istæ si possent loqui, facile loquerentur, malle se ab eloquentissimis viris hanc lucem, quasi nouam vitam, additam, quàm à natura matre, illam obscuritatem, quasi alteram mortem, inditam. mira vobis fortasè est hæc mea oratio, quæ depingit eloquentiam differentem de omnibus scientiis, quibus eam aut nullis, aut tenuiter fingo imbutam. Sed quæ mira? theologatur (ignosce. Marce Tulli, si in rebus aliquando nouis vtar vocibus non tuis) sine Theologia, philosophatur sine Philosophia, ratiocinatur sine Dialectica, redigit in quadrum & quicuncem sine Geometria, & tamen Theologa est, quia alta; Philosophia, quia sententiosa; Dialectica, quia nectit ratione, Geometria, quia ad naturæ stateram & lancem,

quæ

quæ dicit, dicit omnia. Nam quemadmodum Apelli, ut Venerem effingat omni numero elegantem, satis erat vidisse eam extremam, non erat necesse concisam in partes inspicere, ac quibus musculis, quæ membra cohererent, quibus venulis quis sanguis funderetur, quæ intestina quo loco ponerentur, penitiùs explorare; sic oratori satis est ad tuendam dignitatem, ut de quibus rebus orat, earum informationes habeat à natura antceptas animo; ut naturas autem & naturarum intimas artes memoria & cognitione comprehendat, non erit necesse. neque minus intelligetur orator hic tinctus à natura, quàm alter imbutus à disciplina. Nam quemadmodum in pictura pulcherrimè expressa melius colligimus optimam conformationem earum rerum, quæ incluse oblitescunt ab oculis, quàm si oculis aperirentur; sic nobis ex hac concretionem coagmentatis faciliùs erit videre in flore succum, in colore sanguinem, in conformatione naturam, in oratione extrema res intimas, quàm si singule omnibus, nullo orationis ornatu, in medio ponerentur. Neque hoc dico, ut spoliem eloquentem reliquis scientiarum subsidiis, vellem eum esse excultum omnibus, sed ut ostendam (in quo reliqui putant se oratores premere faucibus) eloquentiam reliquarum scientiarum non uti subsidiis, nisi quæ, tanquam rudes tabule, prius dolota & perpolita ad naturæ normam, artium regulam commodè exiguntur. Si quis, ut mortis nobis causas expediret, orationem de luctu elementorum

sum elementis, de humoribus turbidis, de radice humidi, aliisque id genus rebus ex intima Philosophia depromeret, orationem nonne texeret seueram? seueram, quam exploderent subsellia senatorum. nonne texeret obscuram? obscuram, quam vix intelligerent exedra Philosophorum. melius Virgilius, qui cum in illa rosa egloga longè pulcherrima humana fragilitatis rationem vellet describere facile fluentem, non ex Philosophia petebat illas tenebras, sed oratione ex natura fonte proxime hausta, rosam pinxit florentem, inclinantem, torpentem, languescentem, & hausto tandem succo concidentem, tam sitid, tam scitè, vt in rosa flore videas virginis iuuentutem, in inclinatione luctantia elementa, in torpore infectos humores, in languore exuctam naturæ humiditatem, in occasu occasum, id est, in nulla mortis mentione ipsans mortem.

O mirum artificem, qui rem sic suppressit mediā, vt exprimat totam; sic tangit extremam, vt penetret intimam; sic perstringit breuiter, vt explicet clarè: hinc vt colligatur Oratorem esse vberiolem tacendo, quàm dicendo Philosophum; seu potius Philosophum esse obscuriorem dilatando, quàm premeditando Oratorem. ac ne videar Poësi facere iniuriam, quæ quas habet Virgilius laudes, eas deriuem in eloquentiam, intelligite tam mirificam esse societatem eloquentiæ cum Poësi, vt quemadmodum eloquentia facile concedit, Poësim esse summam & propè diuinam:

sic

sic Poësis haud diffidenter fateatur ex eloquentia se
 habere, vt sit summa, vt sit diuina. nam cum duo in
 Poësi eniteant maximè, decori lux, miraculi species,
 clarum est (si quid sit in natura clarum) miracula il-
 la, vitam mortuam, mortem viuã, risum lugubrem,
 dolorem suauem, timorem generosum, audaciam me-
 ticulosam, securitatem ancipitem, seruitutem libe-
 ram, silentij clamorem, gaudij dolorem, frigus flam-
 ma. & sexcenta huiusmodi, quæ Poëta, tanque em-
 blemata vermiculata, intexunt amori, non aliunde
 quàm ex vna eloquentia antithesi, tanq; fonte, flue-
 re, decorum, si quis dubitet, quàm est verum esse Poë-
 seos, tam est certum ex eloquentia esse. nam cum O-
 ratorem proprium sit rem cum verbis, verba cum pe-
 dibus, pedes cum affectibus, affectus cum figuris, singu-
 la cum omnibus tam aptè contemperare, vt res ver-
 bis vim, verba pedibus sanguinem, pedes affectibus
 motum, affectus figuris methodum, singula omnibus
 decori admirabilem illam speciem imprimant: lucet
 non aliunde aut Comicum suis varietatibus & gau-
 diis dubia & leta; aut Tragicum suis desperationibus
 & cadibus horribilia & graua; aut Elegum suis su-
 spiriis & lachrymis languidiuscula & mollia; aut Sa-
 phicū suis præceptis & deliciis exquisita ac lauta; aut
 Satyricum suis laudibus & aculeis aspera ac vera; aut
 Heroicum suis facinoribus & pōpis sonantia & gran-
 dia premere, quàm ex eloquentia officina. Vnde Vir-
 gilius quò fuit habitus reliquis præstantior Orator,

ed melior reliquis fuit habitus Poëta. optimus enim
 Orator res, non vt reliqui Poëta, videtur lambisse, sed
 aperuisse, non aperuisse, sed defixisse, ac proprio nati-
 uoq; colore expressas in ipsis legentium oculis collocas-
 se. res est amoris? amorem exprimit pedum vocumq;
 suauitate tam mellita, vt amorem nõ amanti videa-
 tur instillare. res est armorũ? tempestatis? sanguinis?
 ira? odij? verba conquirat tam dura, pedes tam horri-
 dos, vt legentium & audientium pectoribus horribi-
 lem quendam terrorem videatur iniecturus. tempo-
 ris deinde velocitatem daëtilorum allapsu concitato,
 Deus bone, quàm exprimit decorè? sed fugit interea,
 fugit irreparabile tempus. Contrà, vt ostenderet al-
 tum illud silentium, quo Graci in Troiam videban-
 tur irrepere potiùs quàm irrumpere, versum texuit
 reptantem spondai. Inuadunt urbem somno, vinoq;
 sepultam. Virgilio, vt Poëta tueretur personam, satis
 fuisset voces vinxisse numeris; vt Poëta summi tuere-
 tur, necesse fuit voces & numeros ex eloquentia pe-
 tere, qui in re inclusi, seu potiùs ex re fluentes, in ne-
 gotij vel tarditate subsisterent languidiùs, vel perni-
 citate currerent concitatiùs. Si pedibus, qui Poëseos
 videntur proprij, præscribat orator, vt pro re nata le-
 gantur optimi, libentur suauissimi; in figuris, in for-
 mis, in membris, in incisis, in affectibus quãtulus erit
 Poëta sine Oratoris ope? verba astringet pedibus, pe-
 des illigabit in certas leges, sed verba & pedes nec fi-
 guris illita, nec formis inclusa, nec coherencia mēbris,

nec

nec incisus interpuncta, nec affectuum permistione in-
 spersa efficiunt (dicam leuiter) vt non agnoscas Poë-
 tam, dum currit; quia non vides Oratorem, ad cuius
 normam currit. vnde irridendi sunt, non dico Poëta
 (conuenit enim Poëtis cum Oratoribus, vt hi ab illis
 pedes, illi ab his vitam hauriant & spiritum) sed alij,
 qui putant eloquentiam legere tantum verba, vt di-
 cat; cum legat propria verba, vt aptè dicat. quod pro-
 fectò tanti est, vt voces casu suas, nullaque artis pra-
 ceptione, putem esse peiores illis asinorum & bouum
 confusis clamoribus, indicia enim esse illas letitiae &
 doloris, has stultitiae & stuporis. Siquidem cum ora-
 tio nuncia sit & interpretes animorum, tantamque
 ferat illa prudentiae laudem, quantum illos aut referat
 proprietate aptius, aut nauitate exprimat elegantius,
 cogitationum oratio, letarum mesta, grauium disso-
 luta, concisarum longa, lautarum horrida, suauium
 amara, aut econtra amararum suauis, horridarum
 lauta, longarum concisa, dissolutarum grauis, meste-
 rum leta, nonne iocularis videbitur, & stultitiae me-
 daciique notis turpiter iniusta? quòd si mentes essemus
 segregatae ab hac corporis concreione, facile possemus
 latere abditi in hac interiora studia, nullo vsu sermo-
 nis, nulla communione linguae, intenti penitusque defi-
 xi alter alterius in obtutu, mutuoque aspectu: verum
 cum simus in his compagibus ita inclusi, vt nec priua-
 tam nec publicam rem sine subsidio linguae aut cala-
 mi possimus obire, homines non sumus, pecudes sumus.
 si quae

si quas notiones animis conceperimus, illas vocibus,
 tanquam coloribus, aptè non exprimamus. cogitatio
 sit florida? orationem cur vis esse aridam? hac illius est
 interpres. cogitatio sit succulenta; orationem cur vis
 esse elumbè? hac illius est umbra. cogitatio sit vineta,
 orationem cur vis esse dissipatam? hac illius est ima-
 go. cogitatio sit longo circuitu perpetua; orationem
 cur vis esse membri, quasi pugiunculis, intercisam?
 hac illius est expressio. quid pergo? in rei perpetua in-
 tercisa expressione, rei vineta imagine dissipata, rei
 succulenta elumbi umbra, rei florida arida interpre-
 te tantam video deformitatem vel naturæ, vel artis,
 vel utriusque: ut mirer esse, aut qui eloquentiã dam-
 nent, tam stupidos; aut tam barbaros, qui eam omni
 studio & contentione non persequantur. quod negant
 Philosophi, posse fieri, ut vlla orationis vis celeres ani-
 mi nostri motus dicendo assequatur; id non tam de-
 trahit eloquentiæ, quàm premit nostram negligèn-
 tiam: qui cum non possimus, quod deberemus optimè,
 nolumus, quod possumus, bene. Qui in Philosophiæ
 intima peruoluatione versati sunt, cognoscunt, quod
 tritum est, quod verum est, animum nostrum intel-
 ligendo fieri omnia; & quod omnia sibi imprimat, &
 quod exprimat. verum cum imprimendo res concipi-
 piatur, edatur exprimendo; quantò est perfectius rem-
 edi quàm concipi, tantò veriùs animus exprimendo
 quàm imprimendo fit res. hinc est, quod Philosophi
 vocarint impressionem illam conceptum, expressio-
 nem

nem vel partum, quod facultas intelligens nihila
 possit parere praestantius; vel locutionem, quod omnia
 referat ea perfectione, qua sunt vel ficta ab arte, vel
 facta à natura. ex qua re colligitur, non solum quàm
 praestans locutionis vis est, quæ intelligentiæ ultima
 & summa vis est; sed etiam quàm insignis est peruer-
 sitas eorum, qui quàm locutionis viua veram fun-
 ctionem non possunt obire per corporis contagionem,
 eius aliquam umbram in eloquentia nolunt retine-
 re. nam etsi locutio nostra propter labem corpoream
 instrumentorū, quæ nihil cum mente habent agna-
 ti, non posset locutionis illius, quæ ex mente est, vim,
 nauitatem, naturam omninò representare: eloquen-
 tia tamen inuenit Odes, Hymnos, Comœdias, Trage-
 dias, Eglogas, Idyllia, & in his paria, contraria, simi-
 lia, dissoluta, similiter cadentia, notationes, effictio-
 nes, prosopopœias, interrogationes, enumerationes, re-
 petitiones, milleque delicias; quibus fit, vt quem ad-
 modū mens est omnia exprimendo, sic oratio videat-
 ur omnia depingendo: atque ita videatur, vt sit sen-
 sorum etiam, quæ intus sunt, interpretes, vera, sed um-
 bratilis; externa, sed viua. quod vnum etsi tantum
 habeat momentum, vt omnes facile possit in eloquen-
 tia studium pellicere; tamen hoc est palmarium, quod
 Orator suis inumbrationibus eam voluptatis illece-
 bram interspergat, vt quarum rerum effigies oderi-
 mus in natura, earū umbras in eloquentia amemus,
 horremus omnes ad mortis nomen, mortem tamen

Orator & vultus pallore ita interlinat, & unguium
 vibicibus ita spargit, & oculorum depressione ita in-
 format, & labiorum sanie ita depingit, & quodam
 totius corporis squallore ita exprimit, ut nullius cer-
 te vitam videamus maiori cum voluptate florentem,
 quam alicuius mortem illo Oratoris penicillo effictam.
 suspiria sunt doloris, suspiria tamen Orator dum ex-
 primit, membrorum interpunctione, & figurarum
 quodam quasi tripudio ita intercidit media, ut maio-
 rem voluptatem percipiamus ex Pyrami & Thybes
 suspiriis apud Ovidium, quam ex omnium triumpho-
 rum omni latitia. lachrymas, dolores, iras, odia, alios-
 que huius generis motus turbidiores refugimus, qui-
 cumq; sumus creti ex hac natura coagmentatione: la-
 chrymas tamen, dolorem, iram, odia, aliosq; motus ea
 vel arte inserit, vel dulcedine instillat Orator, ut la-
 chrymari, dolere, irasci, odisse, aliosq; motibus, quos in-
 urit Orator, concitari, putemus serio letari. unde cum
 tragici plus habeant artis quam Comici, Virgilius plus
 elegantium neruorum quam Martialis, duo viri di-
 uina penè mente præditi fatebatur ingenuè, malle se
 cum illis flere, quam cum istis ridere. quod ipse de me
 testarer, quoties lego in Virgilio Didonem desperatione
 fractam, Annam mulcentem, nisi mallem Virgilij pa-
 ginas esse indices mei lati doloris, quam hos parietes
 mollicule cuiusdam nature testes, sed quicquid sit, quo-
 ties lego Didonem, toties fatendum est mihi fluere la-
 chrymas vbertim, id est, vinci meam naturam ab arte,

atque ita vinci, ut dulcius mihi sit sic vinci ab arte,
 quàm vincere cum natura. ô miram rationem, nec
 trahi est nostræ voluntatis, nec cogi nostræ natura,
 sit tamen vi orationis siue impressa ab arte, siue à Deo
 insculpta, ut ab eloquente trahamur libentes, cogamur
 non inuiti. si eliciat lachrymas, fluunt suauiter;
 si furorem iniiciat, concipitur facile; si iræ & odij sa-
 ces subiiciat, aluntur iucunde; denique in mentis no-
 stræ motionibus tamque fluctibus concitandis, quis-
 quid conatur, in conatu est facilitas; quicquid facit,
 in facto est voluptas. ô miram rationem, illa (Aud.) si-
 lere legationes, frigere pulpita, sordere rostra, scholas
 putere, dissui humanæ societatis communionem, ac
 penitus sine eloquentia discindi, explicarem ut pla-
 cerent singula, nisi nihil statueram hodie adferre ex
 triuiis illis & circulis haustum. quanquam quid qua-
 ritis ampliùs? audiuiſtis eloquentiam vindicem, re-
 stituit artes; audiuiſtis generosam, pugnat sola; au-
 diuiſtis felicem, vincit semper; audiuiſtis magistram,
 informat Poësim; audiuiſtis decoram, ad normam
 fingit singula; audiuiſtis summam, arte fit omnia;
 audiuiſtis affectuum nostræq; voluntatis dominam,
 quid quaritis ampliùs? si id expecteris, ut addam esse
 Theologiæ magistram, repeto altiùs, Ecclesiæ est ma-
 ter, nam præterquam quòd in donis, quæ fluunt è ce-
 lo, numeretur lingua; Deus Spiritus sancti complica-
 tam notionem figurauit in linguis: ut intelligatur
 Deum Ecclesiæ suæ illam legē descripsisse perpetuam.

vt lingua tamque lacte foueatur tenella, lingua tamque pabulo confirmetur grandiuscula. Quare eloquentia amorem, quasi quendam igniculum, in vestris hodie animis excitarem, nisi è dignitate eloquentia putarem non esse, vel tam pulchræ virgini ambire procos, vel tam potenti dominæ affectatores conciliare. id tantum moneo, nec Iurisperitum, Reipublicæ nec Theologum Ecclesiæ clauum tenuisse cum laude sine eloquentiæ ornamento: semperq; fuisse gloriosius sedere ad rostra cum Accurtiis, stare ad exedras cum Ambrosiis; quàm cum Baldis & Scotis, in angulis, quasi gurgustis, perpetuo habitare. Dixi.



ORATIO SECVNDA

HABITA INGOLSTADII.



I qua studiorum rectè persequendorum notio est mentibus nostris accepta & informata à natura, eã (viri Ingolstad.) rectè & ordine persequeremur: illæ hodie partes in scholis non essent impositæ Professoribus, vt hanc notionis flammam latentem, ac penitus inclusam, rationis & orationis, quasi chilibis & silicis, conflictatione ex animis adolescentum elicerent, verùm cum vix rationis in plerisque adolescentibus, vel consuetudinis peruersæ, vel natura corrupta vitii, quasi cineribus, obruta sit & penè sepul-

ra, vt rectorum disciplinarum fructus nolint libere
 & decerpere, nisi sint, qui illis illas condiant quodam
 eloquentiae quasi sale: eò iam trudemur angustiarum
 miselli Professores, vt cum deberemus docere, cogamur
 dicere; idq; saepe tam infelicitè, vt qui possumus for-
 tasse tueri personas Doctorum in nostris exedris, in
 alienis Oratorum pulueribus debeamus tentare for-
 tunam, & obsceni putiduliq; Rhetoris notam sapif-
 simè subire. hac siue sit infelicitas docentium, siue di-
 scientium imprudentia, hoc tempore non quero; illud
 tantum queror, peruersitate consuetudinis iam fa-
 ctum, vt disciplinas, quas profitemur, velint laudari
 singuli, laudatas vel leuissimè inspiciant, vel pro sua
 contemnant. eloquentiam leuerunt luminibus, artu
 Pirpinianus, ingenij Muretus tam egregie; vt quoties
 lego Pirpinianum, quoties audio Muretum, toties
 mirer in humanis naturis diuinam eloquentiam: hac
 tamen talium virorum tanta diuinitas non efficit, vt
 extra paucos non sordidi ingenij viros vlli eloquen-
 tia sectentur studium, nisi qui ex eloquentia spera-
 rint fructum. satis laudata est Iurisprudencia, qua à
 Cuiacio & Aliato fuit laudata, viris, quos suis non
 riuulis asperserunt schola, sed fontibus persuderunt
 ipsa Muse; grauisissimi tamen hi viri grauisimis con-
 queruntur verbis, sed dicendo consecutos, vt rectam
 Iuri discendi viam magnorum virorum notatam po-
 tius, quam tritam vestigiis per paucis ingrederetur. si
 tanti viri eum solum sua dictionis tulerint fructum.

ut dixisse pœnituerit: non est, cur miremini, si præ me
 feram hodie, nihil me in reliqua vita fecisse agrius,
 quàm ut, nulla aut certè pertenui fructus spe obiectas
 vobis hodie moralis Philosophia aliquã effigiem meo
 penicillo in umbrem, nam in nulla spe fructus, quæ po-
 test esse cuiquam illecebra dicendi, nisi homini aut o-
 stentatori ingenij, aut contemptori temporis? tamen
 ut faciam non tam meæ voluntati satis, quàm officio;
 moralis Philosophia quàm multas habeat laudes, &
 in omnes vitæ humanæ partes quàm latè fusas, vno
 aut altero verbo perstringam: ita tamen, ut in hac
 verborum compressione facile videatis, non aliam pe-
 nè ob causam, aut Theologis sordere pulpita, aut Iu-
 rificòsultis putere tribunalia, quàm quòd in illa theo-
 logastri, in hæc leguleij inuolent, nulla aut certè le-
 uissima moralis Philosophiæ cognitionis tincti & in-
 fecti, verùm ne quis fortè arbitretur me peruagato
 Rhetorum more debere rogare, ut patientiam huc &
 attentionem afferatis, is velim intelligat, me nolle ro-
 gare: quin potius quadam quasi Cyrcea potione ita
 hodie ex Oratore factum Philosophum, ut tam pos-
 sim esse generosè contemptor, si difficiles contemnatis
 fructuosa docentem: quàm vellem esse officiosè gratus,
 si patientes audiatis breuiter dicentem.

Magna est (viri Ingolst.) diuinæ prouidentia vis
 in administratione istius machinæ, magna & ad-
 mirabilis, nam quamcunque etatem animis & ocu-
 lis obiuerimus, vitio probitatem, vitioso probum, Ne-

roni Senecam, heresi religionem, heretico religiosam,
 Manichæo Augustinum, ignorantia scientiam, igno-
 ranti scientem, Aristippo Aristotelem, quasi aggerem
 aggeri, aut verius clauum clauo videbimus eo artifi-
 cio obiectum, vt satis liqueat maiorem semper addi-
 tam, & scientiæ lucem ab ignorantia, & religioni
 neruum ab heresi, & probitati existimationem a vi-
 tio, quàm si aut Aristoteles sine Aristippo, aut Augu-
 stinus sine Manichæo, aut sine Nerone florisset Sene-
 ca. hinc est, vt ex vitio, heresi, ignorantia, quasi agris
 benè occatis, maxima semper enascatur religionis, do-
 ctrina, scientiæ seges; nec probitas vnque niteat pul-
 chrius, quàm cum infecta; nec floreat religio vberius,
 quàm cum obtrita; nec scientia fundatur latius, quàm
 cum fuerit contempta. sed vt secernam, quæ sunt a ne-
 gotio nostro aliena, non narrabo iam religionem in
 multa heresi purissimam, nec probitatem in summa
 impuritate integerrimam; vnã tantùm narrabo
 moralem Philosophiam in insigni contemptione flo-
 ventissimam. nam quo primùm tempore heresis sui
 amore adhuc cæca & stulta cœpit cantillare mundo,
 Euangelium, Scripturas, Epistolas Pauli, & in Euan-
 gelio Metaphisicam, in Scripturis Phisicam, in Epi-
 stolis Pauli moralem Philosophiam: ita tota Philoso-
 phia abierat in ventum, vt gratia videretur niti su-
 mo, non natura; & natura vi videretur perfecta, si
 gratiæ neruus esset incisus. at postquam viderant ex
 hac Philosophiæ contemptione secutam fuisse scdam
 quan-

*quandam totius eruditionis labem, & pro Epistolis
 Pauli Ouidij elegias, pro Scriptura Terentium, pro E-
 uangelio Tibullum, pro Philosophis Grammaticos, pro
 Theologis Poëtulas, deniq; pro solida doctrina erudi-
 tionem pueriliter tenuē irrepsisse in scholas: pruden-
 tes scilicet Prophetæ rem tanti ponderis mentientes
 euentu, eò tandem veniunt, vt quã antè Philosophi-
 am mali prætores fixerant sententiis, eam ipso vesti-
 gio quasi boni facti dictatores varia laude, tanquam
 emblemate vermiculato, ornent & illustrent. ô quàm
 pulchrum est ad laudem insanire, si hoc sit sapere? sed
 ne puteris eos omnino insanire, qui sic sapiebant, Phy-
 sicam & Metaphysicam ingenij humani, vt ego puto,
 diuinas dotes, vt ipsi loquebãtur, sædas labes secerne-
 bant: totiq; totam moralem Philosophiam ita effere-
 bant ludibus, ita excolebant studiis; vt mirer aut
 sædos Monachos potuisse tam eleganter, aut maleuo-
 los apostatas voluisse tam sincere. quid censetis Ingol-
 stadienses? non satis illis fuit hanc morũ Philosophi-
 am appellare cum Cicerone expultricem vitiorũ, vo-
 lebant esse satricem virtutum; aut cum Quintiliano
 actionum magistrã, volebant esse affectionum do-
 minam; aut cum Varrone naturæ ornamentum, vo-
 lebant esse gratiæ fundamentum; aut cum Arnobio
 florem diuinitatis, volebant esse ipsam diuinitatem:
 volebant volebant eam esse Reipub. formam, animi
 animam, Theologiæ manum, fontem Iurisprudentiæ.
 nobis antè videbantur non tam aspersi leporibus, quã
 6 5 inusti*

iniusti orationis cincinnis, Tibullus, quod suam Cyn-
 thiam vocarit nitedulam; Catullus, quod suam Cre-
 tam luserit politulam. sed Tibulli iam & Catulli le-
 pores vincuntur à Martyribus & Melanchthonibus,
 qui hanc morum poliendorum disciplinam, quam
 antea deformarunt quasi scdam, iam veluti nouam
 Cynthiam, nouam Cretam appellant gemmulam ter-
 ra, stellulam coeli. nec hac dico, quod multum laudis
 putem posse ad nostram Philosophiam accedere ex his
 non tam ingenuis viris, quam solutis scopis (nisi id
 sit ornamentum, creuisse huic Philosophiae salutem ex
 inimicis eius) sed vt videatis, barbari & efferati in-
 genij homines, quam verè & pulchrè laudant, cum
 verè & pulchrè amant. quippè illas omnes laudes
 non oratorie esse ab illis fictas ad Philosophiae vul-
 tum fuco meretricio & pigmento oblinendum, sed
 ex ipsa natura vel fluxisse tanquam riuulos, vel ef-
 floruisse tanquam rosas facile videbitis. si mecum pa-
 rumper videritis Iurisprudentiae firmamenta, Theo-
 logiae ornamenta. estne quæso aliquid aut Iuriscon-
 sulti, quod stet firmiter; aut Theologi, quod nitet
 pulchrè? da illud firmum, quod Iurisconsulto fiat;
 da hoc pulchrum, quod nitet Theologo, & ostendo
 clarissime hoc, illud, huic, illi, stare, nitere mora-
 lis Philosophiae neruo, colore. de Iurisprudencia po-
 stea, in Theologia quid sumo primum, quid ser-
 uo vltimum? primum, vltimum, omnia, singula ex
 nostro (Ingolst.) sunt fonte, vt in nullo ordine pul-
 cher-

cherrimum videar seruaturus ordinem. tamen prin-
 cipium disputationis tanquam bonus architectus da-
 tam à principe & quasi architecto rerum. Deus est.
 credunt Theologi. probant nostri tam pulchrè, vt Ter-
 tullianus in suis præscriptionibus malit esse Ethnicis
 Plato, dum probat; quàm Moyses Christianis, dum
 credit. quia hoc ipsum, credere, etsi certum sit, quia
 è cælo; tamen cum illi, quorum mentibus diuina ad-
 huc lux non affulsit, velint rationes è terra, quasi
 sentina, hauriri: has Theologi partes, non potiores,
 sed clariores relinquunt nostræ scholæ Philosophis.
 relinquunt, relinquunt nostræ scholæ Philosophis, vt
 probent, Iamplico, à varietate rerum; Plotino, ab
 administratione mundi; Tyrio, ab ordine; Cicero-
 ni, à pulchritudine; Platoni, à gradibus natura-
 rum; aliis ab aliis rationibus, esse quendam istius fa-
 bricæ molitorem, magnum, quia res magnas; cer-
 tum, quia lege certa gubernat & procurat. at quo-
 modo à varietate rerum? mundus ex multis vnus
 pulchrè pellucet, ideo est pictor, qui eum, quasi ta-
 bulam, his rerum coloribus distinxerit. quomodo
 ab administratione? mundus ex paruis magnus rectè
 regitur, ideo est princeps, qui eum, quasi Rempu-
 blicam coërcet ea lege, vt & magna paruis vim, &
 parua magnis tribuant decorem. quomodo ab ordine?
 mundus ex naturis inconstantibus coheret constans,
 ideo est moderator, qui eum, quasi aquam, inclu-
 dit regionibus, ne effluat; ponit quæ ordinis quandam
 legem

legem rebus tam inconstantibus, ne diffuant; quam constantibus, ut contineant. quomodo à pulchritudine mundus ex sordidis est splendidus, ideo est architectus, qui pulchra sordidis, quadrata rotundis, diuersa diuersis, omnia omnibus aptè implicat, & ex diuersis consensionem, ex sordidis elicuerit pulchritudinem, quomodo ex naturarum gradibus? mundus est ex multis vnus, ex inconstantibus constans, ex paruis magnus, ex sordidis splendidus, ergò habet auctoritatem, vnum, qui multis vinculum; constantem, qui inconstantibus firmitatem; magnum, qui paruis vim splendidum, qui sordidis pulchritudinem, quasi particulas quasdam ex natura sua delibatas distribuerit & disperferit. quomodo à reliquis rationibus? omnes non persequor, satis sit persequi summas, præsertim properanti eò, vnde non debet orationis meae cursus à minutulis illis & infimis obicibus auerti. in vnus Philosophiæ umbra est Deus verus, non vmbra-tilis; numquid hic etiam vnus, an plures? vnus Iamblico, vnus Plotino, vnus Epicteto, vnus Trismegisto, vnus Socrati, denique reliquis nostræ notæ Philosophi si vllus, vnus; & ita singulis vnus, ut in illarum rationibus, quasi speculis, Ethnici videant, non credant vnum. Iamblicus illigat in hanc formam; ut ex eo quod non est, facias id quod est, requiritur potestas infinita, & in omnes partes interminata (nam id quod est, ab eo, quod est, distat infinitis partibus) at duæ potestates infinitæ non possunt esse, & quia vna
alio-

alteram includet cancellis, & quia quantum addi
 huic, tantum decerpes de illa. *o pondus. non est hoc,
 probare (Audito.) est euincere. neruosius Plorinus.*
sparguntur ex vna radice multi rami, ex vno sole mul-
ti radij, ex vno cerebro multi nerui, ex vno corde
multae arteriae, ex vno mari multa flumina, ex vno
animo multae functiones. quid pergo? oraculum est.
omnia multa fluere ex vno, vt vel hac multa in mun-
do loquantur vnū Deum, vel non vnus Deus in mun-
do loquatur nullum ordinem. o solem. quis in hac lu-
ce caecutiat Ethnicus? clariùs Epicetus ad Arrianum.
oportet vt omnia principia quasi conuerso orbe rede-
ant ad vnum principium, omnia pulchra ad vnum
pulchrum, omnia vera ad vnum verum, omnia bo-
na ad vnum bonum, omnia diuina ad vnum Deum,
omnia vna ad vnum ter vnum. nam vnitas, princi-
pium, bonum, verum, Deus, eadem sunt, vnum sunt.
o stuporem. verba hac sonant Euangelium, non Phi-
losofiam moralem. diuiniùs Trismegistus, qui dum
deriuat omnia ex mundo in Deum, ex Deo in mun-
dum, dum colligit ex effectis facultatem, ex ordine
diuinitatem, ex multitudine vnitatem, hunc archi-
tectum appellat mundi patrem, principem. gloriam,
naturam, finem, necessitatem, actionem omnis facul-
tatis. facultatem omnis actionis, solum sanctum, so-
lum non natum, solum in quo sola aeternitas, solum
per quem solus mundus, soli totum, toti solum, exper-
tem nominis, meliorem omni nomine. o diuinitatem.

in

in tuo, Trismegiste, non tam ore videtur habitare
 Plato, quam in pectore Paulus. quid Socrates? non
 satis illi fuit verbo fateri vnum Deum, volebat confi-
 gnare suo sanguine. etiamne moralis Philosophia e-
 dit nobis Martyres? ignosce, Christe, ignosce, si mens
 mea hodie defixa rerum occultarum stupore transi-
 liat suas lineas, & quod nimium tribuit nature, id
 totum detrahat gratia. nam penè exciderat, Socra-
 tem esse Martyrem nature & Philosophia, quod so-
 lum est priuilegium Euangelij & gratia. sed contine-
 bo hanc execrationis vocem, & (vt sic loquar) blasphe-
 miam ad reconditiora nostra Philosophia mysteria,
 nam in hac nihil est videre Deum vnum, videbimus
 trinum. Trismegisti verba loquuntur nobis Deum
 modo tam diuerso, vt trinum; ratione tam vincula,
 vt clarè videamus vnum: & trinum vnum non facta
 prodigij specie, sed vnum trinum ad Theologi perfecti
 veram normam. Deus (inquit) mens, vir quasi & fo-
 mina edit verbum, quod etiam verbum est mens ar-
 chitectrix omnium rerum, & huius verbi subsidio al-
 lium dein' profert, qui est Deus flammans, & ipsius
 Spiritus ipsa diuinitas. omnia hinc nostra sunt, siue sen-
 sum statera Theologi, siue verba trutina examinemus
 Philosophi. Deus edit, in Deo video Patrem; Deus edit
 Verbum, in Verbo mirox Filium; Deus & Verbum a-
 dunt Deum flammantem, in Deo flammante veneror
 Spiritum sanctum. mens edit mentem, nunquid vi-
 deris audire illud, lumen ex lumine? mens edit, adere

est Patris, mens edita est architectrix, architectarè
 est Filij; mens vtriusq; conceptu quasi sata flammam,
 flammare est Spiritus sancti. quis Petrus potuit e-
 uoluere notionem aut obscuram clariùs, aut inclu-
 sam enucleatiùs, aut implicitam distinctiùs? has si
 quis (Audito.) velit notas appellare Euangelij, nõ re-
 pugno, modò id largiatur illas etiam gemmas esse no-
 stræ Philosophiæ. Cyrillus Platonicus volabat altiùs,
 qui vnã Dei essentiam dicebat tres ex se fundere
 subsistentias, vt ex prima Deus sit primus, qui est i-
 p̃sa bonitas; ex altera alter, qui est istius molitio-
 nis fabricator; ex tertia tertius, qui est animus mun-
 di. hactenus purissimè ad normam Ecclesiæ, verum
 cum postea rerum rationes, quasi habenas his tri-
 bus Diis (subsistentias singulas singulos appellabant
 Deos Platonici) ita committeret, vt primas pri-
 mum, secundas secundum, tertias tertium Deum te-
 nere velit, aspersit Arriani sinu labem. nam ita om-
 nes sunt simul, si spectes tempus; ita omnes pares, si
 diuinitatem: vt in illis prima, secunda, tertia nõ ha-
 beant locum, sed huic morbo nõ est necesse, cur quæra-
 mus Augustinum Medicum; ex nostra schola duo sunt
 Esculapij, Plotinus & Macrobius, qui vno exem-
 plo solis, quasi salutari herba, medicinam facile fa-
 ciant. Sol fundit ex se radios, radij & sol fundunt
 lucem hanc, quæ supra subterq; per omnes partes in-
 tenta est; eo ordine, vt præeant siue radij & sol lucem,
 siue sol radios, non tam temporis ratione, quã mentis
 rela-

relatione pulcherrimum exemplum, in quo, quasi vera viuaq; Dei trini expressione, si triumphet Augustinus contra Arrianos, est certè cur triumphus huius partem maximam deriuet in nostrā scholam, cuius magistri Plotini, & Macrobij eam quasi aggerem tam pulchrè inuenerunt Catholicis defendendis, quā Augustini & Ambrosij rectè adhibuerunt, quasi machinam euertendis hæreticis. quid dicam de creatione in creatione Mercurius est Moyses; ita affabrè pingit cælum, solum, & quicquid vel illius complexu, vel huius coërcetur sinu, non ficta ex materie, sed fluentia ex Dei infinita vi. quid de prouidentia? Iamblicus ita narrat in malis esse bonū, in morbis esse sanitatem, in venenis esse medicinam, deniq; in omnibus & singulis rebus esse quandam naturæ principis, quasi glutini, coherentiam, vt vix statuam, mirèrne magis in Iamblico Paulum pulchrè philosophantem, an in Paulo Iamblicum purè theologantem. loquitur de flamma exurentem labeculas hæretes in mortuis, Plato, tanquam de purgatorio Augustinus; loquitur de natura humana flore quasi decerpto Plotinus, tanquam de peccato originis Dionysius; loquitur de summo bono Seneca, tanquam de vsura diuina felicitatis Cyprianus; loquitur de signis Macrobius, tanquam de Sacramentis Anselmus; loquitur de dicationibus Tyrius, tanquam de Ecclesiis Ambrosius. dabunt mihi hodie Tulliani veniam, si relationem, creationem, Sacramenta, peccatum originis vsurpem, nō quod igno-

rem

rem mutuam consecutionem, molitionem rerum ex
 nihilo, symbola sacra, labem Adami, aliasque hu-
 ius generis Tullianas formulas: sed quod putem elo-
 quentia puritatem positam non in vnus aut alte-
 rius vnus aut alteris formulis, sed in toto orationis
 corpore, luminibus, quasi oculis, pulchrè conformato.
 quanquam ineptus sum, qui excussem de verbis in per-
 tractatione illarum rerum, quæ effusa vndique cali-
 gine dicuntur elegantissimè, si dicuntur clarè, pergo
 ideo in nostris mysteriis. illa Theologorum notiones
 de summo bono, de fine humanarum actionum, de
 vna religione, de falsorum Deorum cultu, de animi
 immortalitate, de aliis denique rebus, quæ natura
 potius nituntur quàm gratia, sunt (Audito.) myste-
 ria, & mysteria, quia nostra. nam Theologi, qui Phy-
 sici tantum & Metaphysicis imbuti hæc attingunt,
 subtilem quandam habent & exquisitam dictionem,
 sed membris concisis elumbem, & perpetua quadam
 macie ita squalentem, vt vix aut intelligas, quid di-
 cant; aut dicas, quid intelligant: cum contra qui mo-
 ralis Philosophia præceptionibus sunt perpoliti, pul-
 cherrimas notiones hauriant ex intima natura, eas-
 que in quoddam quasi artis quadrum redigant, vt
 res paruas si tractent, parua mysteriorum; si magnas,
 magna speciem habeant miraculorum. non ludo. in-
 spicite Scotum, inspiciate Occhamum, inspiciate Hal-
 lensem purè Physicos. Phi soetent. inspiciate Arnobium,
 inspiciate Augustinum, inspiciate Tertullianum, verè
 d mora-

d

mora-

morales. *o Veneres.* quanquam male colligo Arno-
 bios, Augustinos, Tertullianos, cum natio Theologorum
 quicquid habet exquisitarum conceptionum, id
 ex Iamblico, ex Plotino, ex Aristotele, ex nostris de-
 nique Philosophis hauserit. Theodoretus est medicina
 affectionibus, medicina haec promitur ex nostra apo-
 theca; Cyrillus sal est insipidis, sal hic ex nostro hau-
 ritur fonte; Clemens Alexandrinus diuina quasi vir-
 gula est errantibus, haec virgula excinditur ex nostra
 arbore. reliquos lege Theologos, quos vel doctrina vel
 eloquentia posuit in numero, si tollas ex illis Plato-
 nem & Aristotelem, tolles cincinnos, tolles lepores,
 tolles veneres, tolles delicias, & quicquid habet oratio
 admirabile. nam firmamenta illis sunt ex sacris, or-
 namenta ex nostris literis. non dico res, tango tan-
 tum rerum capita, ita tamen tango, ut videar dixisse.
 Philosophiam moralem esse Theologiae florem. au-
 dite de Iurisprudencia. non necesse hic est (Auditores)
 aut oratione colligere omnia, aut animo repetere vi-
 tima, cum sit & certum, & clarum. Iurisprudenciam
 esse filiam aureolam, & Philosophiam moralem partem
 quasi quendam Iunonium. nam cum Iurisprudencia
 omnia sua decreta & effata exigat ad normam
 legis naturalis, & moralis Philosophia nihil aliud
 sit, quam lex incisa & consignata in mentibus no-
 stris, conficitur certe Iurisprudenciam. siue mediocri-
 tatis ponat legem voluntati sequenti rationis filium
 siue appetitioni furenter extra gyrum exultanti pe-
 gat

gat fines, ex nostra semper Philosophia, quasi matris, gremio haurire. hinc est, ut Ethicus & Iurisconsultus eodem se referant; dum quas de virtutibus & vitiis notiones vniuersas in doctrinae formam includit Ethicus, illas Iurisconsultus locorum, temporum, negotiorum, personarum regionibus & cancellis percommode ad usum includit & circumscribit. Ethicus praescribit, scelus vindicandum; Iurisconsultus hanc regulam ad certam poenam reuocat. Ethicus ponit legem, ut parentes curent filios; Iurisconsultus multat, qui filij non vult esse curator. Ethicus iustitiam commutantem ponit mediam inter lucrum & damnum; Iurisconsultus ex hoc notionis fonte conventiones iustas, mutuum, commodatum, depositum, pignus, emptionem, venditionem, locationem, conductionem, tanquam riuulos deducit. Ethicus edisserit, summum ius esse summam iniuriam; Iurisconsultus ad huius praecipi normam temperat legem, ne sanguine pietur mors, quam amico infers inuitus. Ethicus docet, aequitatem non esse contrariam iuri, sed iure meliorem, dum quod tacet ius, aequitas loquitur; Iurisconsultus hinc colligit, nihil facere contra legem non occidendi, qui maiestatis violari poenam irrogat securis. porro ut ex multis pauca delibem, quae sunt per totum Iuris corpus dissecta & fusae, ea si conferas cum moralis Philosophiae praecptionibus; videbis clare Philosophiam (quae morum profitetur conformationem) esse quandam quasi naturae thesim.

& huius theses Iurisperdentiam esse hypothefim, in
 quam fententiam videtur iuiffe pedibus Vlpianus,
 dum l. Ius ciuile. ff. de iuft. & iure. poft pulchram de
 iure ciuili difputationem vberi filo pertexam, tan-
 dem ftatuit Ius ciuile nihil aliud eſſe, quam Iuris na-
 turalis, id eſt, moralis Philoſophiæ quandam mode-
 rationem. ſi vellem hodiè eſſe potiùs Orator, quam
 Philoſophus, oratione ex intimo artificio petita de-
 clararem, quicquid Iuriſconſulti de iure & iuſtitia,
 de pœnis & præmiis, de dolo & candore, de voluntario
 & inuito, de virtute & vitio, de cæteris denique hu-
 ius generis rebus ftatuunt certum, aut incertum diſ-
 ceptant, id totum ex noſtra Philoſophia vel tanquam
 Apotheca promptum, vel hauſtum tanquam fon-
 te. verùm cum verſer in illo ſtadio, quod perangu-
 ſtis incluſum regionibus non ſinit orationem, velu-
 ti equum, excurrere liberè, & ad metam præſinito
 redire; contineor quaſi contractis habenis intra cir-
 cum, vt in his & ſtadij & temporis anguſtijs pluri-
 mùm videar dixiſſe, ſi, quod dicit Balduinus, addam
 nullum vnquam fuiſſe aut elegantis ingenij, aut ma-
 gnæ notæ Iuriſconſultum, qui Iuris ſtudio non ad-
 iunxerit vel moralis Philoſophiæ neruos, vel polirio-
 ris literaturæ concinnos. audiui puer à Boëtio Eppo-
 ne, magno certè Iuris & hiftoriæ antiſtete, Cui-
 cium, ſi quid ſupra reliquos fuiſſet, id per Ariſtolelem
 fuiſſe; nec vnquam fore, vt vllus aut ſit, aut videatur
 Cuiacius, qui in diſciplinis Ethnicis, ipſis Iuris com-
 muniſ

munis notis & insignibus, penitus non fuerit contri-
 tus. non mirum (Audito.) si moralis Philosophia pa-
 riat nobis Cuiacios, cum huius Philosophia pertracta-
 tio Aristotelem alium nobis perpolierit, quam qui fu-
 erat in reliquis disciplinis. in Metaphysica ponit Ari-
 stoteles providentiam, sed quæ angustius circumscri-
 pta Deo aspergit labem: in Ethicis ad Eudemium de
 providentia ita explicat omnia, ut nulla causa sit,
 cur quisquis post Aristotelem in hac re Clementes aut
 Arnobios desideret Magistros. in Physicis ita statuit
 de animo immortalis, ut videatur hærere; in Ethicis
 ita hærere, ut videatur statuere. ac ut vna compre-
 hensione definiam omnia, Aristoteles in Physicis est
 homo, in Ethicis est Deus. quæ causa est, cur quidam
 exquisiti ingenij Italus, admiratus illas præceptio-
 nes de Ethicis, Politicis, Oeconomicis, quas scripsit
 Aristoteles puras, integras, & nulla externi erro-
 ris infectas labecula, semper in omni sermone du-
 bitarit in illis scribendis plusne haberet Iurisconsul-
 ti, an Sacerdotis; plus Sacerdotis, an Prophetæ; plus
 Prophetæ, an Dei. quid pergo? reliqua ornamen-
 ta, quæ ex hac Philosophia deriuantur, vel ad Ora-
 torem, dum affectiones concitat, sedat; vel ad ma-
 gistratum, dum populum regit, dirigit; vel ad reli-
 quos, dum vitæ rationes conformant, confirmant,
 si persequerer, non deesset (Audir.) oratio, deessent
 latera, quibus exclamarem, ô Deam Philosophiam.
 sed in Iurisprudencia & Theologia vidistis satis pul-
 chram

chram Deam. vidisti Deam? colite. vidisti pulchram? amate. Dixi.



ORATIO TERTIA

HABITA INGOLSTADII.

QUOD solent (Ingolstadienses) Reipub. gerenda gnauignariq; artifices, vt quæ res spem salutis certissimam, ac ipsam nonnunquam salutem secum afferunt, eas timeant ac diffidenter attingant, quia latent: id faciunt omnes poliendæ & tudendæ lingua magistri, quoties reuocantur ad hos carceres, ad hæc theatra. nam etsi hanc gloriam horum theatrorum aucupentur penè omnes, quod excitata illa sunt, & proposita oculis omnium: tamen cùm inter oculos omnium plerique sint inflexi, vt pleraque inspiciant inflexa; lippi multi, vt acie vix definiat remota; pauci sani, qui tueantur recta; nulli integri, qui acutius non videant, quæ tegimus mala, quam quæ aperimus bona: fit, vt Oratores horum subselliorum fugiant nonnumq; gloriam certam, quia ingeniorum, tanque oculorum, timent iudicium varium. amavit Demosthenes susurrum ac populi digitum in se intentum, & quidam amaret virtutis præmium? timuit tamen Æschinus, reliquorumq; è schola politorum iudicium, &

& quidni timeret superbiae poenam? rumusculus ille
 collectus ex populi sermone, suauitate quadam sua
 inuitasset sapius & elicuisset Ciceronem ad rostra, ni-
 si facta rationum summa, cogitasset, quàm periculose
 diceret, qui coram Brutis & Camillis diceret. est (Au-
 ditores) est in magnorum virorum non solum iudi-
 cii, sed etiam oculis vis quadam diuina latenter im-
 plicita, quam cum antiquis Oratoribus timerem, to-
 tiq; hodie artubus exhorrerem, si, vt illi, ex his sub-
 sellis quærerem mea aut ignorantia tegenda velum,
 aut ambitioni fouenda segetem. verùm cum hoc,
 quicquid in isto circo siue sudo siue algeo, referatur
 eò, non vt orner, sed vt ornem; non vt mihi libem
 eloquentia laudem, sed vt virtutis laudem deriuem
 in alium: tantùm abest, vt Brutos & Camillos time-
 am auditores, vt potius in sinu gestiam Brutos mihi
 hodie & Camillos obrigisse auditores quid? quòd sur-
 repo huc illius mandato, cuius nutui concedo omnia?
 quid? quòd prasto id, quod omnes debemus Diis ma-
 nibus Kneringeri nostri? omnia (Auditores) quacun-
 que vel cogitatione vel oratione obo, faciunt mihi
 animos, vt dicam; nisi in tam frequenti p; Pontifi-
 ci laudatione nõ esset reliquum, quod dicam, nam si
 confectæ virtutes, nimis multæ sunt; si fortuna tan-
 gam laudes, nimis humiles sunt: in harum humili-
 tate, illarum magnitudine omnia trita, & multo-
 rum sermone penè putida efficiunt, vt videam potius
 quæ dicam, quàm quo modo dicam. quare cum huius

difficultatis expedienda vna videatur & simplex via, vt pauca dicam; orationi mee eam hodie statuam legem, vt vnus tantum aut alterius virtutis coercita cancellis, nos tanti patris filios potius excitet ad talia vita mortem, quam illum tantillorum filiorum patrem ornet de tanta mortis vita. praeclarum est filios vitam insistere notatam vestigio patris, praeclarum; nisi praeclarius illud, sequi normam Pontificis homines sancti auios, mortui viuos, quorum vtrunq; contendam, vt commodè possitis, si attendatis; vt attendatis, rogat beata illa mēs Ægolphi nostri, qui exemplo & doctrina semper egit maximè, vt & suis esset mors recta viuos, & nobis esset vita sancta mortuus.

Mens humana quam magna erroris culpa tenetur, quamq; huius corporis vel graui pondere pressa, vel vana illecebra irretita nec perpendit, quæ sunt rationis; nec persequitur, quæ salutis: id si aliundè non constaret, hinc constaret liquidò, quòd quam in amariis & deliciis habere deberemus mortem, illam horremus timidè; ac contra quam tanquam animi nostri pestem horrere deberemus vitam, eam persequimur auidè. imò non satis nobis est persequi hanc, fugere illam; nisi ad stultitiam stuporisq; nostri insignem labem, vitam distinguamus gemmulis quasi matrem, mortem inuramus notis quasi nouercam. inspicite ortum nostrorum, inspicite obitum, in hoc atra vestii, lachrymæ, senium, squallor, cinis; in illo symphonia, restudo, risus, latitia, rosa, ornatu, quid quæso aliud sunt.

sunt, quàm maculae, quas aspergimus morti; quàm
 gemmulae, quas appingimus vitæ? ô tenebras, hoccinè
 est esse Christianum? meliùs pro sua virtute, grauiùs
 pro authoritate, pro spiritu prudentiùs Ecclesia ma-
 ter, quæ quod sanctis curriculum siue natura præscri-
 psit necessarium, vt decurratur; siue Tyrannis inter-
 cidit medium, ne decurratur: illud iam vel decursum
 vel intercisum non mortis nomine notat, sed vitæ
 laude ornat, atque ita ornat, vt qui dies ensem vide-
 runt aut Tyrannum Martyrum sanguine perlitum,
 eos non deformat obitus dedecore, sed insigniat nata-
 lis honore. Symphonia & testudo, quæ auditur in no-
 strorum ortu, in ortu sanctorum tacet, auditur in o-
 bitu; risus & letitia, quæ fluit in nostrorum ortu, in
 sanctorum ortu consistit, fluit in obitu; rosa & orna-
 tus, qui sternitur in nostrorum ortu, in sanctorum or-
 tu remouetur, sternitur in obitu: & sternitur, fluit,
 auditur, voce, consilio, manu Ecclesiæ, quæ quantum
 adfert perspicientiæ ad videndum, quid sit in nostro-
 rum vita miseriæ, tantum adfert subsidij ad expli-
 candum, quid sit in sanctorum morte triumphi, non
 sum tamen nescius, naturam parentem sensum cum
 animo tam arctè coniunxisse, huius functiones illius
 functionibus tam aptè implicuisse, partium omnium
 cum toto, & singularum inter se communionem tam
 suauem reddidisse, vt à sensu ad animum semper per-
 manet timor ne mors hanc huius compagis & fabri-
 ca descriptionem pulcherrimam, amicitiam suauissi-
 mam

mam soluat & dissuat: hunc, inquam, timorem esse
 non sum nescius, neque hunc timorem damno; quia
 peccati non est, naturæ est, ac Christi etiam fuit in il-
 la voce, transeat à me calix iste. illud tantum damno
 & reprehendo, quod mortem mortisq; memoriam sic
 horreamus, fugiamus, quasi in ea nihil esset nisi cinis,
 vermis, flamma, gelu, pœna, serpens. hoc non est esse
 Christi luce perfusum, sed tetro gentilium errore cir-
 cumfusum; hoc non est sperare resurrectionis gloriam,
 sed timere mortis nihilum. nam sic in morte pœna,
 sed pœna ad medicinam; sic gelu, serpens, flamma, sed
 gelu, serpens, flamma ad maculas animi eluendas; sic
 vermis, sed vermis ad gloriam; sic cinis, sed cinis ad
 resurrectionem, iuxta illud, seminatur mortale, &
 resurgit immortale. mortale est, quod damus, immor-
 tale est, quod recipimus, sed per mortem recipimus;
 miserum est, quod perdimus, beatum est, quod inue-
 nimus, sed per mortem inuenimus; sordidum est, quod
 relinquimus, gloriosum est, quod assequimur, sed per
 mortem assequimur; mors est, quam exuimus, vi-
 ra est, quam induimus, sed per mortem induimus.
 quid ergo timemus mortalitatis immortalitatem?
 quid miseriæ beatitudinem? quid sordium gloriam?
 quid mortis vitam? quid timemus? quid fugimus?
 mortale seminatur, & resurgit immortale. fuit mortis
 stimulus peccati, habuit aculeum; fuit mors index di-
 uina ire, habuit potestatem; fuit mors vindex erro-
 ris, habuit victoriam: & erat illo tempore, cur mortis
 time-

timeremus aculeum, potestatem, victoriam. verum
 postquam agnus ille inlibatus crucem imbuerat suo
 sanguine, ac maculas humani meritis inustas mor-
 tis suae vita eluerat & absteraserat; tantum abest, ut
 sit aut in mortis aculeo vis ad conpungendum, aut in
 potestate auctoritas ad constringendum, aut in vi-
 ctoria facultas ad perdendum: ut crucis quoddam
 quasi vexillum praeferentes illam cantionem possi-
 mus occinere morti, vbi est mors victoria tua? vbi a-
 culeus tuus? fuisti stipendium peccati mors, peccatum
 iam deleuit crux, vbi est mors victoria tua? fuisti
 mors contagio animi, contagioni fecit medicinam
 crux, vbi est mors aculeus tuus? mortua facta es mors,
 iuxta illud, ero mors tua, o mors; seu potius viua fa-
 cta es mors, quae crucis aspersa sanguine mortuis vi-
 tam, miseris gloriam, nauigantibus portum, naufra-
 gi stationem, fessis somnum tam reddis liberaliter:
 ut mirer non esse hodie infinitos Stephanos, Lauren-
 tios, Petros, Cecilias, Caterinas, qui lapides, craticu-
 las, cruces, laminas, roas expectent à terra, expetant
 è caelo, ut te mors fruantur, ac per te Christo. quod si
 nec resurrectionis spes, nec crucis liberalitas nos possit
 excitare, quò minus huius vitae statione cedamus cum
 timore, quòd quae sequuntur mortem, poena & pra-
 mium, tam sint incerta; quàm quae praecedunt labor,
 & dolor, sunt certa: eccam vobis formam, ad quam
 si vestras & cogitationes exigatis, & reuocetis actio-
 nes, tam certi viuetis in morte, quàm ancipites iam

mori-

morimini in vita. quam narro formam? *Egolphus*
 nostrū, qui vitæ huius curriculum ita exegit, ut mor-
 tem amaret surreptem, non timuerit surrepturam.
 nam cum in omni homine, qui Christi sequitur ve-
 stigia, duo niteant homines, ciuiliſ & Christianus;
 cumq; ciuiliſ homo iustitia, temperantia, fortitudi-
 ne, ac prudentia; Christianus fide, spe, charitate absol-
 uatur & perficiatur: illas siue quatuor natura, siue
 gratia tres virtutes moribus, quasi coloribus, sic sem-
 per expressit, ut noster sol vix ac ne vix quidem vide-
 rit hominē aut perfectiūſ ciuilem, aut nitidiūſ Chri-
 stianum. atque ne minutus sim in eius extrema pue-
 ritia, educatione liberali, nobilitate altissime repeti-
 ta, indole pulchra, leporibus scitis (quæ ciuiliſ homi-
 nis sunt potiūſ semina ad fruges, quàm ex seminibus
 fruges) insistam eius maturam ætatem. Deus bone,
 quos mores? versatur iuuenis cum senibus, tanquam
 Cicero cum Scauolū; indoctus cum doctis, tanquam
 cum Platonibus Aristoteles; cum Sanctū nutabun-
 dus, tanquam cum Ambrosiū Augustinus: atque ita
 cum singulis versatur vnus, ut in vnum singuli vide-
 antur commigrasse. taceo peregrinationes, quia sunt
 curiosæ; antiquitatum studia, quia communia; le-
 ctionum varietates, quia periculosæ: quanquam in
 isto viro hæc pericula tam fuerunt tuta, hæc com-
 munia tam singularia, hæc curiosæ tam sanctæ, ut
 planè putem stupuisse naturam, se in *Egolpho* non
 fuisse infectam. ac ne prolixus sim, si singula consuler,

ex illis tribus vnā tango peregrinationem, in qua e-
 niter non solum constantia laus, sed etiam humani-
 tatis quaedam propè dixerā diuinitas. nam cū Flan-
 driam, Galliam, Hispaniam, Italiam obiisset, non vt
 hauriret voluptates liquidius, sed ad patriæ commo-
 dum vt prudentiæ doctrinæq; fructus colligeret vbe-
 riùs, secum domum non aduexit illas externarum
 gentium perigrinas labes, licentiam, lenitatem, su-
 perbiā, furorem quibus, tanquam lacunis, Germa-
 ni peregrè redeuntes inficiunt illam diuinam puri-
 tatem Germanicæ gentis penè propriam, sed singula-
 rum gentium singulas virtutes, tanquam gemmas,
 comportauit, tam prudenter collectas, tam aptè infi-
 tas, vt cū in vno Germano verè nobili eluceret &
 Italus bellè moderatus, & Hispanus suauiter summis-
 sus, & Gallus decorè grauis, & Flander probè vinctus,
 non tam beārit gentem suā, ad quam venit; quam
 ornārit gentes alienas, à quibus venit. si omnes (Au-
 dit.) persequar ciuiliū hominū laudes, quæ in Ægol-
 pho eluxerunt, depingerem Socratem: sed cū mal-
 lem hodie esse ineptus tacendo multa, quàm explicā-
 do singula longus, Ægolphi Socratem, id est, ciuilem
 hominem taceamus, hominem inspiciamus Christia-
 num. vis fidem? nulli purior. vis spem? nulli certior. vis
 charitatem? nulli ardentior. quanquam verò si dice-
 rem eum habuisse fidem nulla hæreticæ fœcis labecula
 inspersam, ac spem certa Christi promissione nixam,
 tantas laudes dicerem, quantas maximi authores

Con-

Constantino & Theodosio tribuerunt maximas: ta-
 men cum fides & spes priuati pectoris inclusa cancel-
 lis soleant esse priuata possint esse mortua; & hanc &
 illam Ægolphi videamus publicam, videamus viam
 in charitate, non satis illi fuit (Audit.) non satis Ca-
 tholica fidei semina in sui pectoris quodam quasi a-
 gro aluisse, nisi sparserit in alieno; non satis illi fuit
 puritatis fouisse fibras, nisi hereseos euulsisset: huc spe-
 ctabant illius cogitationes, huc studia, huc dies in ora-
 tione, noctes in vigiliis posita, huc lacryma, huc cura
 * spectabant omnes, ut quam fidei puritatem à Boni-
 facio, Vilebaldis, Vdalricis acceperat inelytra Germa-
 nia, eam ille non solum nobis integram conseruaret,
 sed sartam etiam tectam transmitteret posteris. ad
 quam rem cum sciret plurimum momenti adferre Sa-
 cerdotum puritatem & doctrinam; exemplo priua-
 tus, auctoritate Pontifex id egit semper, ut & in Sa-
 cerdotum animos instillaret doctrinam, & à Sacre-
 dotum lateribus diurnam illam nocturnamq; suade-
 medullam penitus euelleret, verum cum fœdæ consu-
 tudinis radices altius fuissent actæ, quam quæ pote-
 rant sine vi, deberent cum vi euelli; quod vidit Ger-
 mania, stupuit Roma, quatuordecim iuuenes hinc in-
 de secretos summa indole ad spem, summa spe ad fru-
 gem summisit Romam, quos doctrinæ vitæq; purita-
 te imbutos obiiceret aggeres, molliculis intelligos, in-
 doctis doctos, sordidè auaris effusos nō prodigè, stetit
 set (Audit.) nostra Troia, si non cecidisset noster Pri-
 mus.

mus. sed quid malè ominor cecidisse nostram Troiam? stat nostra Troia, & stat in nostro Priamo, nam cum huic nostræ Troiæ Christiano Priamo mentem è cælo iniecerat meliorem Deus verus, quam fictæ Troiæ piteo Priamo prudentia falsa; consecutus est ille, ut cuius Ecclesiæ ruinas colligere & reficere vellet viuus, sed non posset; eius incenia nutantia mortuus iam, ed firmiori vi, quò certiori subsidio, fulciat & sustentet, non est necesse, ut horum verborum complicatam notionem explicem clariùs, explicant & loquuntur eam fœminæ, pueri, parietes Ingolstadienses, noluit noluit pius Ægolphus illas Ecclesiæ siue proferendæ, siue sustentandæ cogitationes, iisdem, quibus suam vitam, circumscribi regionibus; voluit suam mortui non morituram charitatem ad viuos manare, & semper manare, & per vos manare, siquidem cum cogitaret, prudenter, ut omnia; provide, ut diuinus: Ingolstadiensem Academiam virtutis doctrinæque satricem largam, matricem veram sic stare, ut vestris humeris nixa vix videatur posse cadere: Bibliothecam (ut reliquum antiquitatum & ornamentorum thesaurum taceam) quam habuit lectissimam, ac exquisitissimam, reliquit vobis: in qua quot habetis mortuos libros, tot amatis viuos Ægolphos, excitantes, si torpeatis; si curretis, hortantes; ut quam hareseos hydram Lerneam videtis turbantem, miscentem, insipientem, conficientem omnia in Germania, eam pergatis non persequi modò corporaliter.

sed

sed contererere fortiter. *o* fidem, *o* spem, *o* charitatem, quis harum virtutum cursum, huius cursus vitam, huius vitæ filum abruptit medium, illi tam citò, nobis tam infelicitè? si abruperit saga, videtis Martyrem; si natura, Confessorem; si zelus, Apostolum; si cura, Episcopum, quicquid de Ægolpbo cogitatis (Audit.) vel maxima cogitatis, vel infra rem cogitatis: ideoq; Hosius Cardinalis, Romana Ecclesiæ lumen, Polonia ornamentum, Pauperum pater, ille ille, in cuius voce & calamo; siue Hæreticum premeret, pellucebat Tullius; siue Catholicum informaret, habitabat Paulus: cum de morte Ægolphi, & de saga mortem neccentis suspitione audisset, exclamasse fertur, nostris vitiorum scditatibus vt factum esse, ne hunc terra habeat Confessorem; sic diuina prouidentia (fraudem neccenti saga) concessum esse, vt eum cælum miretur Martyrem, quid pergo? Martyr est, ornante Hosio; Confessor, exprimente vita, quid pergo? nolui hac mei penicilli tenuitate effingere normam, ad quam ille vixit, volui effingere formam, ad quam nos moriamur, vidimus vel hanc in illa, vel illam in hac, vel vtramque potius in vtraque, quid viuimus tam libenter, quid morimur tam inuitè? si fragilitas, manu quasi iniecta, nos cohibeat, ecce resurrectionis gloriam; si timor peccati, ecce crucis medicinam; si anfractus viarum, ecce Ducem Ægolpbum, sed vt certior sis Dux, pie Ægolphe, instilla instilla nobis ex illo fonte, facque, vt hoc subsidio nixi cuius vitam honestamus, eius mor-

tem non extimescamus. annuit (Audit.) è cælo pius Pontifex, vt si sequamini vitam, consequamini mortem. Dixi.



ORATIO QVARTA

HABITA INGOLSTADII.

SI coram aliis dicerem (Ingolstadienses), quàm qui sunt virtutis doctrinæq; germani Antisthetes: si alio tempore dicerem, quàm quo omnia inuitant omnes potius ad lachrymas, quàm lætitiã; denique si de alia re dicerem, quàm quæ est summæ utilitatís, extremi doloris: id agerem, vt artís quadam voluptate vestras aures animosq; titillarem, suauissimèque delinirem: verùm cum vos ñ estis, qui virtutem potius queritis, quàm aucupium artís, cum tempus illud sit, quod voluptatis illecebra sine scelere non possit contaminari, denique cum crux, de qua dicturus sum, artís modum ita superet, vt eius magnitudinem eloquentiæ cancellis si quis conetur circumscribere, insaniat potius, quàm dicat: expectabitís à me hodie potius rem mysteriis plenam, quàm dictionem exordij reliquæq; artís ornamentis perpolitam. satis exordij est, satis narrationis, satis artís, quòd id vnum dico, me de cruce dicturum, atq; ita dicturum, vt in nullo ordine videatis ordinem, in nulla arte ametis artem. nam

e de

de cruce si quis loquatur Bonauentura, si quis Thomas, viri maximæ eruditionis, eloquentiæ non multe; eos crux, partus quasi quidam mysteriorum, ac miraculorum parens, ita afflat spiritu, ita inscit arte, vt quiuis è schola (qui florem potiùs spectet, quàm phrasin) Bonauenturæ & Thomæ, Demosthenem & Ciceronem facillè postponat. quare me dicentem de cruce sic velim attendatis, vt ordinem potiùs inspicatis crucis, quàm artis. quippe id erit filium, vt oratio neque prima sit de primo, neque vltima de vltimo mysterio, sed sine ordine cum cruce nunc absolvescat, nunc niteat, modò vincatur, modò vincat. hinc gaudeat, illinc mæreat, denique eam vbique habeat formam; quam obiiciet non tam ars commentanti, quàm contemplanti crux. audistis ordinem, videtis rem.

In cruce (Audit.) quicquid intelligo, quicquid video, intelligo mysteria, video miracula: vt quò magis queram, quod inueniam, eò minus inueniam, quò dicam, quero gloriam, inuenio miseriam; quero letitiam, inuenio dolorem; quero vitam, inuenio mortem; quero Deum, inuenio hominem. hem, quò quero, non possum inuenire; seu potiùs quò inuenio, nò possum dicere. nam cum crux sit vnum nescio quid mistum ex miseria, gloria; aptum ex letitia, dolore; factum ex vita, morte; cretum ex Deo, homine: ita hæc multa sunt vnum, & quodam potiùs diuinitatis, quàm rationis vinculo inter se copulata, vt ne co-

lestia

lestis quidem vis si dicat, dicendo possit assequi, vnde sit rerum aut tam variarum communia arcta, aut tam disidentium vtilitas certa. quicquid tamen sit de oratione mea, quæ pertenui texta filo in leuissimis nonnunquam rebus heret præpedita; quàm est miraculum magnum. miseriam habere gloriam, letitiam fluere ex dolore, vitam esse in morte, satorem animorum mori pro animis satis: tam est veritas certa, hos pugnantium quasi fluminum, seque mutuo excludentium fluctus, in vnum crucis trophæum, quasi Oceanum, confluxisse. patitur Christus, ex hoc dolor; patitur pro nobis, ex hoc letitia; patitur ad suam mortem, vt videatis hominem; patitur ad nostram vitam, vt ametis Deum; patitur in cruce, ecce miseriam; patitur vt resurgat, ecce gloriam. sed hoc ipsum, pati, nihil est, nisi quàm vehementer patiatur, hoc videamus. videte si est dolor, sicut dolor meus. magnus est dolor, quem capit Pater ex Filio peruerso; magnus, quem capit Filius, de Patre violato: hic tamen & ille dolor, leuissimi morsus instar habent, si conferantur cum eo, quem cepit in cruce Christus, pro Patris voluntate Filius, pro filiorum salute Pater. nam cum Deus Pater humanæ culpæ sceditatem, grauitatem, diuturnitatem; dolore summo, sanguine multo, omni pœna vellet lui, pleneq; expiari, Christus nec Filius in Deum Patrem plenam obedientiam, nec Pater in filios homines summam charitatem ostendisset; nisi quemadmodum crucem innocentissima morte ornauit, sic vitam grauisimo dolore onerasset.

quare cum Christus id ageret & pugnaret in tota vi-
 ta, ut Patri suo gloriam, ac hominibus sanitatem in-
 tegrè restitueret, hæc eius charitas ita crevit in cruce,
 ut ad hanc tam præclaram, tam constantem, tam pe-
 nitus insitam sententiam nullos putârit se subisse la-
 bores, nisi subisset omnes. videte, si est dolor, sicut do-
 lor meus, cogitate non dico gaudium Pauli, paribu-
 lum Petri, lapides Stephani, cogitate, cogitate, non
 dico singulorum Martyrum singulas pœnas, sed om-
 nium omnes, & videte, videte, si est dolor, sicut dolor
 eius. nam quascunq; Martyres subierunt pœnas (subi-
 erunt maximi maximas) illas Deus aspersit quâdam
 suavitate cœlesti. ut planè dubitârim sæpè, maiôrne
 esset voluptas è cœlo ad illicitandum, quàm pœna in
 terra ad terrendum Martyrem. siquidem charitas
 Martyris etsi animaduertat potiùs, quem vult affi-
 qui, quàm per quos dolores eum debeat sequi: omni-
 potens tamen Deus, ut voluntatem voluntate, chari-
 tatem vincat charitate, Martyrum dolores ita sem-
 per lenit, ita nonnunquam tollit, ut si gaudium me-
 tiamur indolentia, cœlum voluptate, in pœna sit vo-
 luptas, in Martyrio cœlum. non loquor ad amplifica-
 tionem, loquor certa. nam Stephano inter medios la-
 pides cœli aperti, Agathæ in pœna dissectorum vber-
 rum Petrus Medicus, Cæciliæ in squallore carceris per-
 petua Angeli consuetudo, Petro in grauißimis vincu-
 lis Angelus liberans, reliquis Martyribus reliqui con-
 solationum quasi sales interliti faciunt facile, ut in
 Martyrio quis non tam fugiat pœnam, quàm conse-
 cetur

Etetur dulcedinem. at in Christi crucem ita omnes do-
 lores, nulla voluptatis permistione, redūdant, vt quic-
 quid videas, mortem videas. ad dolorem augendum
 plurimum facit, à quibus violaris. si violat inimicus,
 minus hac plaga ferit, quia expectata; si amicus vel
 fallat, vel irrideat, vel minuat, vel lædat, est quidem
 vulnus, quod mordeat. quid mordeat? est vulnus, quod
 interimat, quoniam qui amor deberet ali amore, is
 extinguitur maleficio, odij certissima semēte. at Chri-
 stum qui tollunt in crucem, si gentilis, esset non ma-
 gnum, est Iudæus populus electus; si Iudæus, esset feren-
 dum, est Iudas donatus Apostolatus; si Iudas, non esset
 grauis culpa, est Deus Pater aternus; si Pater tantum,
 esset minus dolendum, est Christus ipse sibi coniu-
 ctissimus. heu miserum, quid minutus sum in singu-
 lis? dolor est ab omnibus. coniuratio, coniuratio est,
 quantam nulla etas vidit, Iudæi & gentilis, Apostoli
 & inimici, Patris & Filij, cæli & terræ, contra mor-
 tem innocentissimi agni. singuli non perdunt, per-
 dunt omnes; Pater, ego percussi eum; Filius, animam
 meam pono pro ouibus meis; Iudæus dum clamat, cru-
 cifige, crucifige; gentilis, dum in Pilato damnat, quem
 non improbat, nullam causam mortis inuenio in eos
 terra, dum expetit salutem; cælum, dum expectat re-
 stitutionem. quanti doloris est; à Patre Filium, à Fi-
 lio seipsum, à Iudæis liberatorem, à gentilibus vindi-
 cem, à cælo Dominum, à terra procreatorem expeti
 ad pœnam, doloris quanti est? sed de reliquis omnibus

vt ferenda sint omnia, in se quid meruit Christus, vt
 ipse se configat? in se quid deliquit tantum, vt ipse se
 condemnet? voluit nostram culpam sua poena lui,
 summam summa; voluit nostram letitiam suo dolo-
 re piari, immodicam immodico. abnegauit seipsum,
 non quod debuit plenus peccati, sed quod voluit ple-
 nus charitatis: abnegauit seipsum, & cum diues esset,
 egenus factus est, & eo modo egenus, quo diues, id est,
 vt summè diues, quia Deus sine peccato vlllo, sic sum-
 mè egenus, quia homo pro peccatis omnibus. ô miseri-
 cordiam, ô dolorem, sed ad doloris grauitatem hoc
 adde tenellam delicatulamq; carnem eius, qui pati-
 tur; adde iridentem mundum, pro quo patitur; adde
 fugientes Apostolos, quia patitur; adde stantem ma-
 trem ad crucem, dum patitur; adde omnia, adde sin-
 gula, in omnibus, in singulis, nisi singulorum homi-
 num omnes dolores videamus hîc non dico equatos,
 sed superatos; planè non videmus, quod aut loquitur
 crux, aut patitur Christus. quod tam verum est, vt
 Euangelista horum dolorum vmbrailem quandam
 speciem verbis cum vellet assequi, ostenderit potius
 quid vellet, quàm quid possit. cœpit (inquit) pauere,
 tædere, tristari, mœstus esse. si in horto tanta, tam
 multa, in cruce quot & quanta? cœpit pauere, non-
 ne satis fuit tædere? cœpit mœstus esse, nonne satis fuit
 tristari? cœpit pauere, tædere, tristari, mœstus esse.
 quid sibi vult hoc? conatur Spiritus sanctus dolores
 crucis loqui, sed verba non videtur posse legere, qui-
 bus

bus loquatur. dolores crucis (Auditores) sunt summi,
 superant notionem vocum; sicut infiniti, non possunt
 includi regionibus artis; sicut tanti, tanti, quanti,
 disrupta diuini pectoris compage, in velum, in solem,
 in lunam, in petras, in terram, in monumenta, in
 mortuos redundant. mortui enim exilientes, monu-
 menta aperta, terra tremula, petra disrupta, luna
 obducta eclipysi, sol tectus tenebris, velum scissum,
 quam Euangelista non potest concipere verbis vel
 Christi mœstitiã de scelere persequentium, vel suam
 mœstitiã de Christi morte, loquuntur commodè,
 aut veriùs testantur gratè. tota natura in Christi si-
 ue dolore dolet, siue languore languet. quidni dole-
 ret? quidni langueret? mori suum conditorem, & mo-
 ri pœna, quam mundus habuit, ignominiosissima;
 mori in cruce, quæ scandalum fuit Iudæis, stultitia
 gentibus. quanquam si penitiùs res introspectatur,
 quãta dissipatio, quasi dolor, naturas expertes ratio-
 nis consequeretur de morte sui conditoris; tanta leti-
 tia ad nos, qui ex humana natura creti sumus, per-
 manare debet, quòd mortuus est Christus, & mortuus
 in cruce. dolor nobis debet esse de pœna, letitia defru-
 ctu. nam de eius summa pœna, est, fuit, erit nobis in
 omnem aternitatem summus fructus. mors crucis no-
 bis attulit vitã, dolor letitiã, scandalum Euange-
 lÿ lucẽ, stultitia sapientiam. scandalum fuit Iudæis,
 stultitia gentibus, nobis autẽ per lumen fidei immen-
 sa sapientia. audiuius crucis malum, audite vno

verbo bonum, magnum secretum est crux. non est,
 quod apparet, malum: est, quod non apparet, bonum.
 hominibus, qui crucem sensibus definiunt, apparet
 stultitia, paupertas, amaritudo, imbecillitas; in ta-
 men, qui rem metiuntur fructu, est sapientia, thesau-
 rus, consolatio, fortitudo. atque ut ex vno capiatis re-
 liquorum quendam quasi gustum, nihil sanè videtur
 cruce aut infirmius esse, cum sit mors; aut vilius, cum
 sit ignominia nota. sed si inspicias non speciem, sed
 spem; non habitum, sed vim: inuenies in infirmitate
 fortitudinem, in vilitate splendorem, in morte vi-
 tam, in ignominia gloriam, in specie succum, in habi-
 tu sanguinem & nervos. non iucundior fuit Sarda-
 napalo lectus infertus Melitensi pluma, quam S. Lau-
 rentio craticula; non suauius aut liquidius fuit vn-
 guentum Helena, quam laminae ardentes Cecilia,
 quid minutus sum? collige carbones, eculeos, rotas, su-
 nes, cruces, quicquid denique tormentorum fuit ex-
 cogitatum à Satana, adhibitum à Tyranno, facile vi-
 debis Christi crucem aspersisse & carboni suauitatem,
 ut videatur pluma, & eculeo dulcedinem, ut videatur
 mel; & rota iucunditatem, ut videatur gramen; &
 funi gloriam, ut videatur diadema; & patibulo lati-
 tiam, ut videatur trophaum; & reliquis omnibus
 tormentis reliquas omnes voluptates, ut videantur
 caelestes crux videtur dura; est periucunda, roga Fran-
 ciscum, qui illi vitam tam asperam condierit illa
 suauitate, crucem respondebit, nisi taceat humili.

crux

crux videtur grauis, est leuis, roga Dominicum, quid illi vitam summis doloribus exercitam illeuerit tanta voluptate, crucem respondebit, nisi absorbeat ex-taticus. crux habuit omnes dolores, vt homo habeat nullos, aut certè minutos cœlesti quadam suauitate permistos. virtus eius in infirmitate perficitur (inquit Scriptura) & cornua, id est, latera crucis hinc inde extantia in manibus eius, ibi est abscondita fortitudo eius. quod certè tam est verum, vt singula illius mala nobis fuerint singula bona. hanc sententiam manantem è cœlo expressit Græcus Theologus tam eleganter, vt in verbis perinde agnoscat Nazianzenus, atq; in factis Deus. idcirco lignum (inquit) aduersus lignum, & manus aduersus manus, illa, in qua, fortiter extensa aduersus incontinenter extensa, illa clavis confixa atq; constricta aduersus remissas & solutas, illa orbis fines coniungentes aduersus eam manum, qua Adamum Paradiso exturbauit; idcirco sublimitas aduersus lapsum, & fel aduersus gustum, & spinea corona aduersus perniciosum imperium, & mors aduersus mortem, & tenebra propter lumen, & sepultura aduersus illum in mortem reditum, & resurrectio propter resurrectionem. quid Nazianzeni narro reliqua? quicquid ad nos fluxit boni, ex crucis infirmitate fluxit, Sacramentum ad medicinam, gratia ad fortitudinem, meritum ad salutem. ô fortitudinem, sed infirmitatis miram; ô potestatem, sed miserie nouam; ô vitam, sed mortis incredibilem. ô

mysterium, o miraculum. non possum (Audito.) per-
 gere, altitudo mysterij superat meae dictionis tenui-
 tatem. quanquam non est, cur pergam. satis enim
 expressi Christi partes in nostris sceleribus piandis, re-
 liquae sunt nostrae, vt hoc quicquid est beneficij, men-
 te recolamus, efficiamusq; agendo, ne hoc officium in
 homines plenum charitatis, Christo videatur efflu-
 xisse, & in terram excidisse. empti sumus pretio ma-
 gno, portemus & glorificemus Deum in corpore no-
 stro. empti sumus, a quo qui? a Deo hostes, pretio
 magno. quo? crucis infirmitate, seu potius infirmi-
 tatis fortitudine, pretio magno sumus empti sangui-
 nis innocentissimi. quem vult Deus ferre tanti bene-
 ficij fructum? vt portemus & glorificemus Deum in
 corpore nostro, vt corpus nostrum dedamus non con-
 stringendum libidinibus. sed crucis inurendum notis,
 non potest, non potest esse socius fructuum, nisi sit &
 passionum. Christus passus est pro nobis, relinquent
 exemplum, vt sequamur vestigia eius. nisi eius lachry-
 mas nostris lachrymis, eius poenam nostra poena, eius
 dolorem nostro dolore, eius crucem nostra cruce imi-
 temur; futurum nunquam erit, vt qui fluunt ex
 Christo misericordiae riuuli, in nos redundant. sed si
 non redundant, perimus Iesu. Quare te rogamus, sua-
 vissime Iesu, te rogamus per te, qui per crucem feci-
 sti vt deberemus, facias etiam vt possimus ferre omnes:
 illa illa extensa brachia complectantur nostram in-
 firmitatem, illi traiectiones pedes proterant nostram su-
 perbiam.

perbiam, ille tenellus sanguis, quem nulla vnquam
labecula infecit, eluat nostras maculas; omnia tua,
nostras vel sordes imbuant puritate, vel infirmitates
sustentent robore: vt ex cruce tandem referamus v-
berrimos saluantesq; fructus, & tua gloria in nostra
vita, & nostra salutis in tua morte. Dixi.



ROBERTI TURNERI

ORATIO QUINTA.



VID expectatis Patres? quid conue-
nistis adolescentes? quid animis & co-
gitationibus desixis haeritis singuli? an
vt ego ex Rhetorum schola politulus in
aures vestras orationis suauitate influam, an potius
vt ex Theologorum castris robustulus in mentes ve-
stras rationis firmitate irrepam? illud est expectatio-
nis vestrae, hoc huius loci, neutrum mearum virium.
Sancta Maria, quae me vndiq; quasi faucibus premunt
angustiae? nam quos ex altissimo Patris sinu vides
huc conuenisse frequentes, id à me tacitis quibusdam
cogitationibus elicere videntur, tuas vt laudes non so-
lum lineamentis in umbrem, sed Rhetoricis etiam co-
loribus splendide illustrem. at cum nullus, vt ille om-
nium Oratorum & niteat ornamentis, & venusta-
sibus affluat, minimam partem earum laudem, quas
bi de

hi de te iam animis conceperunt, assequi dicendo pos-
 sit, ego ad tuas virtutes hac dictionis meae tenuitate
 poliendas quantulum adferre potero? nam si ego te
 laudo nigellam, sed pulchram, hi te cogitant nardum,
 sed sua uerè: si ego te praedico in summis rebus infimam,
 hi te admirantur in infimis rebus summam; si ego te
 mortalem sine labecula effero, hi te suspiciunt immor-
 talem in gloria; si ego te pingo terrarum dominam,
 hi te obstupescunt caelorum reginam. in singulis quid
 sum minutus? exhauriunt, exhauriunt cogitando
 misericordiae tuae, pietatis tuae, gloriae tuae fontes, ita
 ut laudum tuarum ne exiguus quidem riuulus videat-
 ur orationi meae reliquus. imò ne quem cuiusquam
 orationi locum reliquisse videantur, perrumpunt cae-
 los, irruunt in solium Dei, inuolant in sinum Patris,
 ut si quas notiones de Maria in intimis mentis sine
 latebris aut abstruserit altè, aut inclusit arctè, illas
 ipsi amore & studio, tanquam tædis ardentibus, in-
 censi, aut eruant commentando, aut credendo hauri-
 ant. miserum me. putàram hodiè in D. Virginis lau-
 dibus, tanquam immenso quodam Oceano, orationis
 meae vela explicare: sed cum omnem orationem, ve-
 strarum cogitationum impetus non solum vincant,
 sed etiam obruant, excludor vndiq, siquidem dictio-
 nis meae cursum, siue D. Virginis splendore ita opprimit,
 siue vestrae cogitationis celeritas ita reprimat: ut exor-
 dium hoc meum, quod aequabili ac perpetua quadam
 periodo ad Rhetorum praescriptum deberet vinciri, in-
 ter-

terrogati unculis interruptum, concisum commis, & membris fluitans timide, portendat nescio quod mea existimationis imminens naufragium, nisi aura quaedam lenior e caelo illapsa orationi mea, tanquam nauicula fluctuanti, afflauerit feliciter. sed afflauit aura, meque penè fractum tempestate recreat mirifice. quippè cum amor vester in D. Virginem e Deo haustus, ac Spiritus sancti sotu continenter altus non pariatur me dicendo vincere vestram cogitationem, humanitas saltem illa, qua vos natura poliuuit, sinet me, tanquam Atheniensium coram Philone, aliquantulum ineptire. quemadmodum enim Athenesius, cum cozeretur de gloria differere coram Philone (cuius iam aures cognouerat, & Demosthenica eloquentia inuistas calamistris, & Atticae dictionis puritate delicate politas) illum somniauit absentem, ne tanti viri cogitatio medium sibi dictionis filum intercideret: sic ego quo ad differuero pro huius loci ratione, nihil tam vnquam conspirasse cum naturae ordine iustitiaeque lege, quam D. Virginem ita natam fuisse hominem, vt deberet assumi Dea, vos aliquantisper vigilans somniabo absentes, ne qui omnem de D. Virgine dictionem anteuertitis cogitando, hanc meam tenuiorem in medium iam fluctibus fluitantem obruat is penitus. sed hoc ipso punctulo temporis; tanquam diuina virgula Endimion, incipio somniare, faueto Maria, attendite Auditores, ego pergo.

Et si quae obscuritatis integumento natura implicat,

carat, aut potius Deus ad refutandam impiorum stul-
 titiam intimis recessibus contexerat, illa omnia Phi-
 losophi non poterant è tenebris eruere: tamen com-
 mentando differendo, scribendo in latentes rerum
 medullas eousq; penetrarunt, vt de vita ac morte qua
 nos Christi iam luce perfusi tenemus, tanquam certo
 Euangelij testimonio fixa, illa ipsi & acie mentis per-
 spexerint, & literis, Græci Græcis, Latini Latinis sci-
 enter & eleganter sint persecuti. qua enim rationi
 firmitate colligebant vitam esse naturalem, quod om-
 nes omnem animi corporisque contentionem in illa
 conseruanda suscipiant, ac ab ipsis mundi fundamen-
 tis susceperint: eadem extorquebant, nihil tam natu-
 ra repugnare, quam mortem, quod nullum viderint
 non dico vitiorum lituris oblitum, sed ne singulari quæ-
 dam sanctitatis laude florentem, cuius mentem me-
 moria mortis, tanquam furia quadam infernalis, non
 agitarit. ex qua re etsi Porphirius apostata, alii que
 qui ex huius schola efflorescunt nostri temporis Athei
 sumant occasionem irridendi nos Christi discipulos
 imbutos, quasi ineptè cœlitum aulam depingeremus
 nitentem stellis, constratam margaritis, specie pulchre
 splendentem, ac omnibus voluptatum deliciis mirifi-
 cè affluentem, cum inuiti huius corporis statione ce-
 dentes ed commigremus: tamen Socrates quodam diu-
 na lucis igniculo illustratus melius ratiocinatur, nam
 cum videret omnes mortis nomen totis artibus, inti-
 misq; sensibus exhorrescere, quasi natura parens mor-
 ti bel-

ri bellum capitale haberet indictum, eam colligit esse
 pœnam quandam irrogatam naturæ, quod extra o-
 ras, quibus eam prudens architectus voluit coercere,
 iustitiæ legibus quasi aggeribus perruptis, defluerit.
 in quam sententiam, tanquam sacrum quoddam cõ-
 siliium, ex Theologis illi, qui rationes non latiori hac
 specie, sed ad tenue eliminatas, veluti ad quoddam li-
 brile, perpendunt, pedibus eunt penè omnes. secerno
 vnum aut alterum, qui ostentandi ingenij causa (ut
 solent multa) pugnant mortem esse implicitam na-
 turæ, quod ex perpetuo naturæ fronte cõtinenter flu-
 at, reliqui omnes vincunt, homines ad mortis no-
 men non aliter exalbescere, quàm ad crucem fures, ad
 securim maiestatis violatores, ad carcerẽ legum per-
 turbatores. ad rem. diuina dona iniuste occupas? mors
 furi tanquam crux est fixa. maiestatem Dei violas?
 mors proditori tanquam securis imminet. infringis
 Dei legem? mors perturbatori tanquam carcer exci-
 tatur. peccas? quicquid peccas, mors peccanti certa
 pœna proponitur. vnde Anaxagoras, Socratica disci-
 plinae emulus, suam Pontiam putabat non deletam,
 sed viuam hinc commigrasse in cœlestes sedes, quod
 conseruârit mentem tam castam, vt in illam nulla
 vnquam titillans carnis cogitatio irrepserit; aures
 tam tersas, vt in illas nulla vnquã ex obscœno sermo-
 ne libata voluptas influxerit; oculos tam puros; vt in
 illos nulla vnquam incurrerit vana species, denique
 vitam omni parte tam integram, vt nulla labecula
 asper-

aspersa aut credatur, aut prodatur. Verum etsi Ecclesia hanc mihi sententiam sua auctoritate penitus impresserit, ut plane credam tantam puritatem non potuisse cadere in vitam gentilium superstitione obstrictam, aut in fragilitatem humanam, exactis primae iustitiae nervis, fractam iam ac debilitatam: tamen id haec pertinent omnia, ut aduersarios, qui Virginis assumptionem proscindunt tanquam commentum, rationis pondere penitus opprimant. ex medijs etenim inferis excitate mihi haeretici illam totius Germaniae contagionem, totius orbis calamitatem. non intelligitis? illud in Augustini cucullo monstrum, in forma humana demonem infernalem (nam scedo hominis nomine huius loci sanctitatem nolo contaminare) illum, inquam, excitate mihi ex inferis: aut si Cacodæmones vestris vocibus non moueantur, vos Puritani precibus efficite, ut illa seditionis nutricula, sanctarum virginum illecebra, scedi carminis delictus ac festiuus Poëta, ille, inquam, Geneuensium perduellium primus Tyrannus, efficite; ut dicta die praesens mihi hic vadimonium obeat, rem edisseram tam clare & liquidò, ut & se scelere, & vos errore facile exoluat. sed siue in terris liberi, siue apud inferos impliciti flammis responderis, excute mihi tuam intelligentiam. Augustiniana familia macula, tuam mihi sententiam explica Geneuensis religionis architecta, mortua est Maria? mortua, ita tamen, ut manserit immortalis, assumpta enim est, ut Dea. mortua est?

mortua, ita tamen vt de morte triumphum reportã-
 rit, non enim consumpta est, vt homo. mortua est?
 mortua, sed non communi hac hominum lege, cum
 mortem non perfectionem naturæ, sed maculæ pœ-
 nam, & Philosophi diuinæ mentis particula instru-
 cti, & Theologi sacibus Spiritus sancti inflammati
 euincant clarissimè. quare eò iam angustiarum res
 venit, vt vel concedatur non extincta morte, aut o-
 stendatur infecta labe. designate ergò notas, quibus
 fuit inusta in terris, aut admiramini miraculum,
 quo fuit locata in cœlis. sed boni scilicet viri notas illi
 imprimunt. quas notas potest ne fieri, vt in cuius mē-
 tem tanquam purissimum hospitium commigrarit
 Spiritus sanctus, in cuius cor tanquam castellum mu-
 nitissimum incluserit se Pater, in cuius vterum tan-
 quam nitidissimam arcam abdiderit se Filius, in il-
 lam aut fraude irrepserit, aut vi se insinuarit Satan?
 sed nec Spiritus sancti in Virginem sanctam gratia
 affluentior apud inuidos, nec patris in filiam dulcissi-
 mam voluntas propensior apud ingratos, nec filij in
 matrem charissimam amor vehemētior apud impios
 quicquam valent, quò minus illam appellent saccum
 frumenti, quasi mater, adito aureo illo partu, veluti
 saccus effuso frumento nihil iam amplius contineret
 suauitatis, nihil puritatis, nihil sanctitatis. ô mon-
 stra hominum ex immanitate & scelere concreta. ô
 incestas linguas, quibus non solùm bonorum mentes
 in suæ dominæ opprobrio configunt, sed Christi etiam
 f maie-

maiestatem in sua matris violatione polluunt, quan-
 tō illam appellāssent, aut humaniūs cum Bonauentu-
 ra solem sine eclipſi, aut dulciūs cum Bernardo agrū
 sine spineto, aut ſinceriūs cum Ambrosio caſtellum ſi-
 ne proditore, aut magnificentiūs cum Auguſtino coe-
 lum sine nube, aut ſanctiūs cum ſapiente ſpeculum ſi-
 ne nauo, aut diuiniūs cum Eccleſia totam pulchram
 sine macula. tota pulchra es amica mea, & macula
 non eſt in te. non fuit ſaccus frumētī (quid repeto plaſ-
 phemiam heretici?) fuit ſol, quē nulla ſuperbia, tan-
 quam eclipſis, offudit; fuit ager, quem nulla ira, tan-
 quam ſpinetum, occupauit; fuit caſtellum, quod nulla
 carnis cogitatio, tanquam proditrix, expugnauit; fuit
 coelum, quod nulla inuidia, tanquam nubes, inſuſca-
 uit, fuit ſpeculum, quod nullum delictum, tanquam
 macula, aſperſit. tota pulchra es amica mea, & macu-
 la non eſt in te. neque enim (ſi rem, ſubductis rationi-
 bus, diligēter conſideremus) poſſumus cogitare D. Vir-
 ginem vlla vitij litura aſperſam, niſi plurimum de
 Dei & prudentia & prouidentia decerpamus. nam
 cū id totum, quod Deus exprompſerit in mundo
 aut fabricando prudentia, aut regendo prouidentia,
 inde niteat, quod eum multiplici rerum varietate di-
 ſperſerit, ac inſinitis quotidie rebus tanquā genu-
 lis quibusdam diſtinguat, ſeu potiūs tanquam nouis
 coloribus pingat & poliat, hac varietas & ordo in
 humano genere quo modo apparebit, ſi D. Virgini a-
 ſperſeris labeculam? vt res ſit aptior, in nulla re vide-
 tur

tur Dei prouidentia lucere magis, quàm in agro quodam ita floribus conſtrato, vt hinc viola pascant ſpecie oculos, atque eò magis pascant, quò abiectiù: humili camomillo immiſta iaceant: illinc hyacinti nares ſuauiſſime deliniant, atque eò deliniant magis, quò propiùs abſynthio coniuncti extent: vtrinque roſe animos voluptate perfundant, ac eò perfundant magis, quò denſiùs ſpinis inuolutæ emineant. et ſi enim ipſi per ſe flores plurimùm delectent, tamen ſi viola pulebræ ſine humili camomillo, aut hyacinti ſuaues ſine abſynthio acerbo, aut roſe ſpecioſæ ſine ſpinis horridis ſeparatim creſcerent, omnis delectationis fructus tolleretur, nec diuinæ prudētiæ ſpecies, quæ tota videtur eſſe in varietate ordine diſcludenda, ita emineret. quid? in agro erit varietas hæc ad delectationē, erit ordo ad diuinæ prudentiæ laudē, in humano genere non erit? nã in toto humano genere vbi deſcripſeris agrum illum bellum ſpatioſum, ſpecioſum, in quo ſit inter camomillum viola, inter abſynthiũ hyacinthus, inter ſpinas roſa, id eſt, inter peccatores homo ſine macula, ſi Mariæ inuſſeris notam? in Angelis quòd tertias tertius, ſecundas ſecundus, primas primus eo ordine obtineat, vt Seraphini propter amoris flammam, qua ſupra alios conſumuntur, diuinæ eſſentiæ quadam veluti naturæ agnatione impliciti putentur, annon hæc designatio bella eſt? bella ad ſtuporem, in bellis, quòd alia cicures petant hominis familiaritatem, alia immanes ſanguinem: quòd alia muſculis

neruisq; constrictæ incedant pernitiùs, aliæ squammis
 suffultæ in lubricos se conglobent tractus, sinuosissq;
 flexibus tardiùs labantur: quod aliæ gregatim vi-
 uant, quasi in Repub. aliæ in solitudine ac latibulis
 Anachoritica vitæ rationem tueantur; ita tamen ut
 singula singulis naturæ perfectione, omnibus vnus E-
 lephas ingenij quasi sagacitate sit superior, annon hu-
 ius varietatis ordo pulcher est? pulcher ad miraculum.
 quid? hæc descriptio in angelis speciem? ordo in bel-
 luis pulchritudinem? providentia diuina in vtrius-
 que admirationem habebunt? & omnia ex humano
 genere tollentur penitùs? nam si totum humanum
 genus animo peragres & cogitatione, vbi reperias,
 quemadmodum inter Angelos Seraphinum, qui vide-
 tur Deus, quod ardentissimè amet; aut inter belluas
 Elephantè, qui videtur homo, quod rem ex re nectat;
 sic inter homines hominem, qui videatur Angelus,
 quod sanctissimè vixerit, si Mariæ impresseris notam?
 varietatis ordinem, ordinis rationem in Mariæ tan-
 tilla labecula sublatam nonne vides clarè? vide cla-
 riùs. Adamus & Eua propter mentem æquè propen-
 sam in bonum, atq; in malum contaminârunt se sce-
 lere, non infecerunt se labecula, loquitur res ipsa; Ihe-
 remias & Ioannes Baptista infecerunt se labecula, sed
 propter gratiæ quendam quasi imbrem è cælo deflu-
 entem non contaminârunt se scelere, producit sacra
 literæ; reliqui, quicumque aut sacro fonte tinguntur,
 aut gentili errore deuinciuntur, propter igniculum
 illum

illum peccatis in Adamo conceptum (fomitē appellat schola) vitam traducunt non solum illam labeculis quotidianis, sed obrutam etiam sordibus, probat experientia: debuit ergo esse in hac mortalitatis nostra contagione Virgo Maria, in cuius vita propter fomitis igniculum non tam extinctum, quam gratiæ quibusdam cineribus obductum, nec hareret labecula, nec inueteraret scelus, exigit varietatis ordo. atque similis rei cum sit expedita ratio, nec difficilis fides in aliis, de Diua Virgine videbitur aut tam difficile, ut non debeat credi; aut tam mirum, ut non possit insculpi? non potuit peccare Bonaventura, quo tempore labra crucifixo tam tenaciter affigeret, ut à tribus vix potuerit auelli, non potuit peccare, represserat enim sensum peccandi amor Christi; non potuit peccare Franciscus, quo tempore in aëre pendulus, quasi quibusdam spiritus alis sublatus, suæ voluntatis habenas Deo committebat, non potuit peccare, fomitis enim tenebras dispulerat lux gratiæ; non potuit peccare Catharina, quo tempore intra se, quasi extra se, in crucem ita omnes mentis nervos intenderat, ut subiectum ignem non sentiret, non potuit peccare, omnem enim sensuum vim cohibuerat ardor spiritus. quod certis temporibus certi homines poterant præstare, id omni vitæ suæ tempore non potuit præstare fons gratiæ, Spiritus sancti domicilium, thronus maiestatis, Mater Christi? illud illi præstiterunt aliquando, quod multi fuerant in Christi con-


templatione, hoc hæc non præstabit semper, cum tota fuerit in Christi commentatione? præstitisti hoc Maria, præstitisti, macula non fuit in te. homo fuisti, sed quasi Dea tamen; mortalis fuisti, sed quasi immortalis tamen. non subiisti pœnam, quia non concepisti in te culpam: non confecit te mors, quia non infecit te labe: assumpta es, Maria, assumpta, & exaltata supra omnes cœlos. neq; si rem ad iustitiæ calculos reuocemus, aliter fieri decuit. nam cum Diabolus in huius mundi, tanquam triumpho, curram imposuit, omnibus peragratis oris, hunc igni, illum aqua, omnes morte extinguat, victoriamq; referat: nonne iustitiæ ratio postulat, ut vnus homo, extorto victoria signo, illum sub iugum mittat? at misit Christus. quid mirum, si Deus Satanã vincat, mortisq; incidat nervos? debuit Satanã vincere vnus, qui quicquid haberet sanctitatis & potestatis, id haberet non suum, sed haustum è celo: ac ne Demon malitiosè Christo intenderet notam iniustitiæ, si vinceretur à viro, qui vicit per mulierem, mulier eum debuit vincere. vicit hodie mulier, & tanquam David Goliath propria sica, sic Demonem morte, id est, propriis armis vicit Maria. Hanc victoria gloriã reportabunt ex Damone omnes beati, cum secreta contagione, in corporis demùm compagibus inclusi perfruentur felicitate, quæ nulla vnquã temporis circumscriptione definietur. quæ laurea ornabuntur omnes in fine seculi, illam nisi Diuæ Virgini concedamus in fine vitæ, finis profectò & stultè habeb-

hebetes, & turpiter inuidi. an laurea hac est beatorum propria? at diuam Virginem lucis adhuc vsura fruente[m] beatam appellauit Elizabetha. an superat natura angustias? cuius vita ne intelligentia quidem Angelica immensis terminis potest definiri, eius mortem cancellis natura perexiguis non debemus includere. intuer[e] intuer[e] in totam eius vitam, & aciem intende acriter, an vllam videris partem pertenui natura filo nexam, ac non potius quodam diuinitatis miraculo coherentem? Virgo concepit. annon natura vincitur? Virgo adidit. annon diuinitas elucet? Sol effundit mundo nubem. annon obstupescis? nubes mundo dispellit erroris caliginem. nunquid crederes, si Propheta non dixisset? per solem (inquit) effundam super vos nubem, id est, efficiam vt Virgo adat mundo Christum, quasi sol solem, sed solum humanae carnis velo, quasi nube, tectum & inuolutum. quid querimus amplius? tota vita fuit plena miraculorum, cur miraculum refugimus tantoperè in mortem quanquam mors non fuit, culpa absuit, vita fuit: vita non fuit, animus absuit, mors fuit. ô miram Latinae linguae inopiam, ex cuius suppellectili non potest promi dictio ad tanti mysterij exprimendam notionem. vita non fuit, mors non fuit, quid ergo fuit? peregrinatio quaedam fuit animi à corpore, qualem ferunt Christi, vt maiori cum gloria referret de morte insignia victoria. in quam rem videtur Propheta fixisse mentis suae notionem, cum de illa illud proderet, ante omnia se-

cula concepta sum, & in futurum seculum non desinam. concepta est, nata est, ex elementorum coagmentatione concreta est, tamen quasi immortalis nunquam desinet aut dissipabitur, quæ hæc verborum complexio? concepta est; quomodo ergò non desinet? non desinet; quomodo ergò concepta? nata est; quomodo ergò immortalis? immortalis est; quomodo ergò nata? ex elementorum coagmentatione concreta est; quomodo ergò non dissipabitur? non dissipabitur; quomodo ergò ex elementorum coagmentatione concreta est? sed nolite tam excutere verba, quàm admirari rem. concepta est vt homo, stupente tamen natura; non desinet vt Dea, cedente omnino natura: non desinet per mortem, desinet per peregrinationem, quam tamen si quis velit appellare mortem (cùm nullus sit, qui non videbit mortem) non equidem multùm repugnabo. cauere tamen velim, ne putetur communi mortis genere extincta, vt illi aut vultus macularetur pallore, aut oculi, ruptis venulis, subsiderent in caput, aut dentes suffusi nigredine fatiscerent, aut corpus maculis squalleret, ac in cineres, veluti dissoluta compago, redigeretur more communi; hoc, inquam, cauere velim, ne putetur (sunt enim illæ poenæ sceleribus propositæ his verbis, terra es, & in terram reuerteris) sed ita extincta putetur, vt quæ specie superaret omnes viuens, mortuam cedat nulli. viuam fuit quasi oliua speciosa in campis? viuam vidit speciosam vt columbam? viuam data est

est ei species Libani? non colligo singula. viua fuit tota pulchra? mors, tanquam noctis obscuritas, huic pulchritudini nō obduxit caliginem. hoc loquuntur hęc Prophetæ verba, in nocte, id est, morte, operiebat tabernaculum quasi species ignis. mortua ergo fuit Maria (ne ex verborum ancipiti cursu sensum non verum eliciatis) sed ita tamen mortua, vt non iaceat peruagato more truncus, sed quodam quasi somno suauiter consopita, ac vera pulchritudinis effigies facta miraculo, ad magnum hoc & diuinum, quod colimus, assumptionis miraculū. illa Prophetæ verba (Sanctum suum non dedit videre corruptionem) cū de Christi carne fuerint explicata omnium conspiratione, nec aliam carnem Christus quā Mariæ induerit, certa Ecclesiæ præscriptione, faciunt, vt putem Mariæ carnem non vidisse corruptionem. quid ergo? non dedit Mariam victam morti, sed mortem dedit victam Mariæ: non fuit Maria præda mortis, sed mors fuit premium Mariæ: assumpta est, assumpta, non consumpta Maria. cuius rei inter reliqua id mihi semper visum fuit, & nunc inprimis videtur clarissimum argumentum, quod in obitu Mariæ confluxerint Apostoli, ex Iudæa Paulus, ex Roma Petrus, ex Æthiopia Thomas, ex disiunctissimis mundi partibus, quibus operam nauabant veritate informādis, reliqui, quid? à tam sancta Euangelij opera Apostoli? ex disiunctissimis locis ipso punctulo temporis? ad vnum locum omnes? eodem spiritus asflatu singuli? vno tempore

tot miracula? ad quid? nisi ut essent mundo locupletissimi testes istius magni miraculi, in quo commoventur Angeli, sed vident; obstupescunt Catholici, sed credant; contremiscunt Dæmones, sed sciunt; vacillant Heretici, sed mentis vacillantis poenas pendent æterno igni. hem (Auditores) quis me locus habet? somniabam, sed miraculi maximi admiratio maxima, me perpulchra meditationis dulci sopore exciuit, desino ergo somniare, id est, D. Maria triumphum post natos homines longè gloriosissimū probare, nam nunquam fiet, ut vigilans probem assumendam, credo assumptam. Dixi.



ROBERTI TURNERI SEXTA

ORATIO, DE LAVDE EBRIETATIS,
tempore Bacchanalium
habita Duaci.

VGIANT hinc Catores vultu seueri, facessant Philosophi oculis graues, exterminentur Theologi conscientia lege arctissime constricti, nihil de Catorum seueritate nimis tetrica, nihil de Philosophorum grauitate nimis eumentia, nihil de Theologorum conscientia nimis angusta olebit mea oratio. quid tuam exordij formam exigis Rhetor? hebes es, volo esse solutus. quid tuam argumenti formam desideras Diale-

tice?

Etice? ineptus es, volo esse fluxus. ex illorum ego gregē
 annumeror Philosophus, qui nihil vel Rhetorica, vel
 Dialectica, vel alia demum arte perpoliri, ac ne lima-
 ri quidem posse contendo. naturam ego Ducem se-
 quor, atque adeo vestigiis persequor, ex media Epicu-
 rei schola excitatus huc prodeo. felicitatem naturae,
 corporis, fortuna bonis terminari pernego: Ideam
 à Platone informatam potius animo, quam à Deo
 aut natura re efformatam irrideo; voluptatibus col-
 liquescere hoc demum hoc perfecta felicitatis est. sed
 de omnibus voluptatibus nolo dicere, & de singulis
 hodie non possum dicere, vnā ergo de ceteris, tan-
 quam flosculum, delibabo, cuius odore vos (si mi-
 hi per vestram patientiam liceat) ita perfundam, vt
 quanta sit in reliquis posita vis, vel lyncei perspicia-
 tis, vel plumbei ignoretis. ebrietas illa quidem est, res
 (ita meus mihi genius faueat) omnium praestantissi-
 ma, iucundissima, diuinissima. ridetis? quid si con-
 suetudine? quid si natura? quid si exemplo? quid si ra-
 tione ratum fecero? annon liberi in meam ciuita-
 tem? studiosi in meam scholam? prudentes in meam
 sectam cooptari? quam serui in sobrietatis pristinum?
 miseri in Stoæ tenebras? stulti in Lycei angustias
 compingi malitis? annuitis. noui vestrum ingenium:
 consentitis, laudo prudentiam. sed quod maior vestri
 ingenij prudentiaeque lux appareat, animum, vt faci-
 tis, aduertite, vsque dum hanc tam praclarā virtu-
 tem sui coloribus eleganter vobis collustrauero. apud
 natio-

nationes, quas vel morum barbaries foedissime infu-
 scarat, vel vitæ elegantia bellissime excoluerat, con-
 suetudo tantum valuit, vt quod semel more & con-
 suetudine in Repub. vel vita hominum inueteraue-
 rat, id summa quadam cum laude fuisse coniunctum
 existimarent. legem ergo capite sanciuerunt Atheni-
 enses oprimi Reipub. constituenda Magistri, ne quis
 consuetudinem trium annorum violaret, cum nulla
 lex sanctior potuerit rogari, nulla certior & iustior
 scisci, quam quæ consuetudine, id est, suffragio totius
 populi, & confirmatione multa ætatis fuerit fixa, &
 in eas quasi incisa. longa retrò tempora animis recoli-
 te (Auditores) an quicquam videatur ebrietate anti-
 quius? antiquitatis annales replicate, an quicquam
 videatur longius repetitum? memoriam vestram ap-
 pellate, an quicquam videatur consuetudine certius,
 & sanctius firmatum? nam vt reliqua, quæ multa
 sunt, quæ magna sunt, quæ firma sunt, omittam: qui
 vestrum est, qui à parentibus non acceperit? qui pa-
 rentum, qui ab auis non hauserit? quis auorum, qui à
 proauis non imbibit (reliquam at auorum ætatem
 eodem modo connectite) sanctam quandam & piam
 sententiam de cute curanda, & vino valentissimo pe-
 ctore, vastissimo gutture, his Bacchanalium festi die-
 bus exhauriendo? at quæ sunt illa tandem Bacchana-
 lia? tam es hospes & peregrinus in nostræ gentis mori-
 bus, vt tritissima ignores? pudoris est. tempora sunt
 (per Bacchum, reliquosq; genij cutisq; Deos) omnium

uicun-

*iucundissima: dies sunt sepositi ad iocum excitandū, sepositi ad cutem farciendam, sepositi ad corpus sulciendum. & cur hoc tempore sepositi? hīc hīc aduertite maiorum nostrorum prudentiam summam in illis instituendis, & postera etatis religionem singularem in illis obseruandis. cū reliquum totum anni tempus decurrerint vel ad focum, tanquam languidi boves, vel in lecto, tanquam lutulentæ sues, omnemq; in animo poliendo curam fixerint; siue ad focum considerent pœnas eorum, qui flamma piantur, siue in lecto contemplantur iucunditatem eorum, qui in Deorum consilio æterna felicitate circumfluunt: quidni aliquid de hac vitæ seueritate remittentes, hos paucos dies corpori languenti concederent, & cuti laxæ ac diffluenti impartirent? nimis profectò illa seuera viuendi ratio, nimis arcta, & heremitica, semper ad focum cogitare de pœna purgatorij, vel in lecto de suauitate cœli, ad hanc iustitiæ normam si actiones nostras exquisitè reuocemus, sanctum quadragesimæ tempus frustra institutum, nullo honore, nullo cultu, nulla reuerētia à Christianis coleretur. hī ergo dies in summa iucunditate vsque ad ebrietatem, in summa ingluuie vsque ad stultitiam, in summis sordibus vsq; ad insaniam consumendi sunt. hoc tempore vinum non extremis solū labris sorbillandum more mulierum, sed summis lateribus hauriendum & exhauriendum vsque ad nauseam vomitum, instituto maiorum sanctissimo, ac vi consuetudinis certissima. quid aliter
 base-*

haresit in nostro nomine sordium, quas quadragesima
 ieiunio, & seueritate elueremus? sed si quis hanc
 belluandi bacchandique consuetudinem conuicio
 neret, quasi in mores hominum ad molliciem iam la-
 pso irrepserit, annon (amabo te) ille, & Bacchi ma-
 iestatem violabit, & rei veritatem luculentissimam
 labefactabit? omnium meritis anticipatum infor-
 matumque est, nihil esse libertate vtilius, nihil dul-
 cius, nihil humano generi salutaris, quippe qua ho-
 mines diuina natura certissima communione con-
 glutinet. Dii etenim etsi abunde habeant volupta-
 tum, quibus colliquescant, illa tamen illis viderur pre-
 stantissima, quod voluntatem habeant solutam, ne-
 que huius neque illius imperio constrictam. quod fuit,
 quod antiquis Graecis & Romanis animos tam ma-
 gnos fecerat? quid, quod Veneris hodie spiritus infla-
 rat? nisi quod in illorum Republica diuina libertatis
 forma expressa retineatur, id est, quod summa in su-
 uitate, summa in voluptate, summa in libertate, re-
 giae potestatis iugo soluti, vitam diuinam propagent,
 excute totam iam totius humani generis vitam, ex-
 cute quicumque es ebrietati infestus, annon ebrii soli
 tibi videntur liberi? annon soli Dii ipsi? sobrius si ver-
 seris in popinis, in scortis, poena constringeris, eaque me-
 ritissima; sobrius si alterius famam contumelia infe-
 deris, supplicio asperè coerceberis, eoque dignissimo; so-
 brius si patrem vultu, inimicum voce violes, iniuria-
 rum tecum agerur lege communi, idque iustissime; so-
 brius

Erius si patri perniciem, magistratui insidias machi-
 neris, tecum capitis agetur lege natura; idque equis-
 sime. at ebrius si turpi te venere inquinés, vino te se-
 pultum fuisse contende, iussissima erit veniæ causas
 ebrius si patrem pugno, amicum vnguibus, Rempub.
 insidiis violes, ebrietatem menti tuæ caliginem offu-
 disse asserere, nulla tibi pœna proponetur. sobrius Re-
 gem cuniculis oppugnas? certa crux. ebrius regiam
 maiestatem minuis? certa impunitas. ebrius percus-
 sor es & sicarius? non ebrio, sed sobrio tibi halitus la-
 queo impediatur, vt te sobrium fuisse factum meri-
 d possis dolere. num vera prædico? re iam experimini. si
 enim quisquam vestrum vino oppressus furiat, tan-
 quam Athamantes tragicus, si omnia conuitiis, cla-
 more, vlulatu compleat, quis illi aures non deliniret
 verborum delitiis, vultus suauitate, signis humanitatis
 ac beneuolentiæ plenis? illi profectò caput tunc demul-
 ceretur, illi tanquam equo ferocienti popisurus obru-
 deretur. at postquam interposita nox illum nobis so-
 brium sinxerit, quid audiret? lapides profectò & ful-
 mina, nebulo, sycophanta, hisce te moribus, hisce te
 sordibus esse oblitum? tene esse dignum & Catholica,
 & nostris institutis formato, immaduiffe vino? quid
 plura? quid manifestiora? si cum ebriis sobrios conse-
 rus, nihilo plus agas, quam si miserimos cum soluis-
 simis, hi enim pistrini terminis inclusi, illi libertatis
 rude donati, hi profectò serui, illi reges omnibus vndi-
 que bonis abunde circumfluentes videbuntur. quid?

annos

annón illud verè regium est, cùm vinolentus domum
 prouas, omnes laceres, tundas, prosterneas, te contri
 excipi humanissimè, salutari Dominum, verborum
 lenitate, quasi in gyrum quendam rationis duci, an
 nón hoc verè regium est? quid? annón hoc regium est,
 cum crapula oppressus concidas, te in cathedra, tan
 quam in folio, collocari, vbi vomas turpiter canino,
 ructes fœdè porcino, teterrimum padorem exhales
 hircino more, omnia denique facias liberè pro tuo ar
 bitratu, annón hoc verè regium est? quid? annón hoc
 regium est, cùm omnes verborum aculeis figas, singu
 los tibi operam suam nauare, hunc tuum os tergen
 do, illum tuas sordes abstergendo, hunc scopis, illum
 patella, omnes omnibus humanitatis officiis, annón
 hoc verè regium est? hæc hæc ornamenta Helioaba
 lum Regem, qui omnem ætatem in meracissimo vino
 libando, gustandaq; exquisitissima mensa posuit, in
 hanc voluptatem illexerunt. hæc Neuellium Tricon
 gium sic appellatum, quòd tres vini congios vno spiri
 tu hauriebat, incitârunt? hæc Promachum omnium,
 quos terra sustinuit, bibacissimum pertraxerunt; hæc
 hæc Lutherum, omnesq; qui à Luthero sunt, incende
 runt, & in suauissimū sanctissimumq; ebrietatis stu
 dium inflammârunt. nec immeritò, nam illa Christi
 & Ecclesie voces, (pœnitentiam age; siti, fame, cili
 cio, cinere te macera) acerbæ sunt, & summa asperi
 tate aspersæ sunt: hæc verò Lutheri voces (sanguis vi
 no, caro carne nutriantur) iucundæ sunt, & summa
 volu-

voluptate delinita sunt. bene ergo bene, Luthere, tuas rationes instituisti, sapienter sapienter consilia vestra nexuisti Hæretici, qui ab Ecclesia Christoq; desciuisti, cum tam dura loquantur; & Satanae Balthiq; placitis vos dicauisti, cum tam suauia loquantur. homines enim nascimur, humana nobis vita colenda est; edamus, bibamus, cras enim moriemur. nūc hæc vobis (Duaceni) placent? sat scio, maxime. at quanto placebunt magis, si ebrietatis cultores, quam luculenta corporis vultusq; pulchritudine excellant, animis diligenter complexi fueritis. quid? an formosi ebrj? siue magnitudine, siue colorum varietate, pulchritudinem formamq; metiamur, en tibi in ebrjo eminentē miræ pulchritudinis effigiem. reliqua non aduertas, vterum inspice, quàm bellus? qui ita vastus, ita turgidus est, vt cum laxissima trium vlnarum cutis vix illum capiat, pedibus, manibus, loris honorifice sustentetur. quid maius? dolium putes. humanum hoc, vultum inspice, diuinus ille. tempora pallore quodam vix naturali infecta, quid candidius? sebum dixeris. oculi summo quodam fulgore micantes, quid splendidius? flammæ dixeris. genæ laxæ, & imbre ex oculis continuo fluente decenter sinuosæ, quid elegantius? marsupium dixeris. buccæ fluentes, & rubedinis particulis, tanquam vibicibus, suauiter intertextis fluxæ & rugosæ, quid pulchrius? folles inflatos dixeris. sit nasus fortasè aliquanto vastior. nihil est, cum pullulis tanquam stellis illuminatus, & cum splendo-

re quidem; vermibus, tanquam gemmis distinctus, & cum honore quidem; rubicundulo colore, tanquam igni, pellucidus, & cum maiestate quidem semper appareat. o si ille Philosophorum Deus Epicurus hac subsellia teneret, aut si voluptas illa omnium rerum domina me suis veneribus afflaret, quam bellus & scitus vobis homo depingeretur cum mento & barba eleganter oblitis, cum dentibus & gingivis pudore pulchre nigellis, cum palato & spiritu, odore vini vix bene decocti, suaviter infectis. sed hæc ornatissima hæc sunt per se, ornatiores tamen vobis videbuntur, si in eam cogitationem animum vestrum intendatis, quanta cum dulcedine ebrius grunnitum vigilans, ut cantillantem lusciniam; quanta cum harmonia ronchus ædit dormiens, ut musicæ cognitione egregium, vocemque iam suam modulatè fingentem audire videamini. o pulcherrima voluptatum domina ebrietas, non vultus hominem loquitur, o Dea certe. o suavissima Regina. & cur Regina? quæ robustissimos milites, summis viribus duces, facillimè tibi comprimit, Regina non censebitur? profer mihi illum, qui tot hostes, tam confertos, tam valentes Philestænos infregerit & contuderit, Sampsona; profer illum, qui ab omnibus terrarum oris, & ab inferis ipsis victorias tam illustres reportauerit, qui Hydram compresserit, qui Cerberum eliserit, Herculem; ebrietas illos tibi victos dabit vno verbo, quàm citò? illa illa efficiet, ut si non concidant, saltem titubent, si non cito pede regrediantur, certe

certè lento pede progredientur. sed pocula fortasè me
 in causa manifestissima reddiderunt nimis desertum,
 orationis igitur vela contraho, vos videritis an velitis
 hoc sanctissimo Bacchanalium tempore potius Chri-
 sti vestigia insequi sitibundi & famelici cum Ecclesia
 & Catholicis, an viam Satanae pedibus notatam te-
 rere cum Luthero & Hareticis. possunt quidem ebrij
 in omni vitiorum genere liberè volutari, vt meritò in
 ebrietatis studium possitis illici: sunt quoque forma
 luculentissima, vterus illis valdè turgidus, nasus ele-
 ganter rubicundulus, dens pulchrè nigellus, reliquus
 totus vultus decorè fluidus, vt iure in ebrietatis stu-
 dium debeat incendi: ego quidem sic statuo consue-
 tudinem natura, ratione, virtute, tanquam firma-
 mentis, coherentem, non esse antiquandam, ac ne
 violandam quidem. Dixi.



ROBERTI TURNERI

ORATIO SEPTIMA, HABI-
 ta Parisiis.



*V*M multa sint (Auditores) quae ho-
 mines Catholica Ecclesia terminis in-
 clusos ad gratissimam diuinorum be-
 neficiorum memoriam incendere &
 possint & debeant; tum nihil (si rem suo pondere pen-
 damus) aut acrius, aut vehementius, quàm si aduer-

terimus multos ingenio, doctrina, naturæq; bonitate
 excellentes ab Ecclesia puritate declinare, & in He-
 reticorum sordibus turpiter volutari, nam si nec a-
 cerrima mentis acie, qua videbant difficillima; nec
 doctrinæ reconditæ cognitione, qua explorabant ab-
 ditissima; nec naturæ bonitate incredibili, qua pro-
 pendebant in optima, poterant consequi, ne in here-
 sis gurgitem præcipites abriperentur: nos, quosunque
 Ecclesia suo complexu continet, vel tanquam sum-
 missimos filios suavissima mater, vel tanquam im-
 pios discipulos asperrima magistra, debemus in hac re
 videre (nisi simus tenebris oppleri) Dei in nos gratui-
 tam benevolentiam, & agnoscere (nisi simus impiè
 ingrati) Dei in nos summum beneficium, gratuitum
 profectò est beneficium, vt videtis, & Dei summa be-
 neficentia collatum, quod nos in Ecclesia sinu conti-
 neat: ac summum profectò est beneficium, quod sua
 gratia, non nostro ingenio; sua pietate, non nostra
 doctrina; suo incredibili amore, non nostro merito &
 natura ita contineat, vt ex multis hominibus natu-
 ra, ingenioq; acerrimè discrepantibus conflati, omnes
 tanquam vnum corpus, Christo capiti deuinciamur.
 bone Christe, quantum est hoc beneficium, quod me
 in Ecclesiæ vnitae constitui, vt tuus sim in terra
 cum bonis, & tuus sim in cælo cum Angelis, & vnus
 sim cum vtrisque vtrobiq; tibi capiti nostro iunctus
 quantum sit, quid rogo misellus? maius enim est, quam
 vt nos humili strati possumus cogitando assequi, in quo
 si of-

si offendant Heretici, stulti sunt; si titubent Catholici, impij sunt. quod ut clarius elucescat, statui hodie duo docere, & Ecclesia vnitatem necessariò requiri, & ex hac vnitatem vtilitatem ad Catholicos vberriam deriuari. Philosophi, illi, qui Reipub. perfectam genuinamq; effigiem animo comprehenderunt, comprehensamque stilo scite effinxerunt, numeri vi, magnitudine, praestantia, Reipub. vim, magnitudinem, praestantiam acutissime metiebantur. quare cum omnem numerum, ex vnitatem tanquam principio, fluxisse perspexissent, atque eò tandem peruenissent ratiocinando, ut viderent nullam multitudinem, nisi vnitatem, tanquam firmamento coherere, vna consensione in hanc sententiam pedibus ibant, principem vnus potestatem longissime antecellere imperio duorum, trium, denique multorum, quocunq; illud numero definitum fuerit. id quod clarissime liquebit, si cogites, Reipub. cuius summa in imperio & dominatione multorum vertitur, frumentaria re abundantem, instrumentis bellicis instructam, pecuniarum copia circumfluentem, omnium deniq; rerum (quae ad eam administrandam pertinent) laude & ornamenti florentem, ac è contra aliam, cuius imperium ab vno pendet, non ita omnibus istis rebus amplificatam mente informes: hanc auctam semper admirabere, illam comminutam atque adeò conuulsam intuebere, nisi illi multi, in quorum potestate Respublica est, in vnam vnus quasi Principis sententiam conspirent.

nam si singuli in singulas sententias fuerint distra-
 cti, dum hic hanc, ille illam mordicus tenet, Respub.
 in hoc horum hostiliter dissidentium turbine & pro-
 cella miserè conscinditur, & ad cineres penè redigi-
 tur: vt omne multitudinis imperium, nisi quâ ad mo-
 narchiæ imitationem fuerit effectum, & dignitatem,
 & vires, & auctoritatem prorsus amittat. id quod
 Romani in rebus siue naturæ intimis Lyncei, siue Rei-
 publicæ summis prudentissimi dum perspiciunt, ad se-
 dandas discordias, quæ ex multorum sententiis orie-
 bantur multæ, lege sanciebant dictatorem, qui diuisa
 ac dissipata suo & consilio vinceret, & prudentia
 gubernaret. neque alia fuit Romanis ratio istius no-
 minis huic magistratui indendi, quàm quòd omnes,
 etiam qui nobilitatis nomine tumebant maxime,
 illius dicto, tanquam oraculo Apollinis, obtempera-
 bant, ad idem præscriptum Rempub. suam admini-
 strabant Greci, qui cum vellent regiæ potestatis iugo
 soluti viuere, in suis Æsymnetis (sic enim vocabant
 illos, quibus in periculo habenas Reipub. suæ commit-
 tebant) monarchiæ formam retinere solebant. horum
 vestigia persecuti Mytelenæi, Reipub. suæ (quam ca-
 pessebat multitudo) in dissensione vnum præfecerunt.
 viderunt enim homines acutissimi, vt in multis esse
 iudicia multa, & in variis sententias varias, & in
 fluxo populo omnia fluxa: sic in vno omnia esse certa,
 constantia, firma, atque summo consilio & ratione,
 tanquã radicibus, altè defixa. habet enim vnitas tam
 constan-

constantem rationem, vt ipsa nulla extranea vi consistat, omniaque sua tanquam propria vi cohereant. Deum ided antiqui vnitatis nomine censuerunt. vt enim in vnitatis, si penitus inspexeris, est reperire omnium numerorum initium & finem, ipsa tamen nec ab initio proficiscitur, nec sine concluditur; sic in Deo omnium rerum fabricatore, si initium designes aut finem, omnis profecto sensus religionisque sis expers. quae vnitatis ratio, tam est ad laudem praecleara, vt quas res Deus rerum omnium solertissimus parens voluerit excellere, in iis vnitatis tanquam perfectio emineret. animum enim ex partibus ita coagmentauit, vt mens vna reliquas imperio, tanquam filo quodam, duceret; corpus ex membris ita compegit, vt cerebrum vnum, omnia vel suo morbo conficeret, vel sua vi reficeret; mundum ex varietatibus ita fabricatus est, vt vnus solis & accessu vegetarentur, & recessu extinguerentur: denique ita omnia singulis, & singula omnibus connexuit atque colligauit, vt ipse solus ad omnium & singulorum gubernacula voluerit sedere. sistite iam mihi Lutherum, sistite Caluinum, sistite quicquid est colluionis haereticae, annon facile ab illis elicuero, aut (si pergant mihi esse malitiose obstinati) annon vi & rationum pondere extorsero ad Ecclesiae absolutionem, vnitatem esse per necessariam? vnitatem Deus in rebus perfectissimis voluit primas obtinere, in Ecclesia noluit vnitatem vigeret in corpore, in animo, in mundo vnitati primum

locum ratio cogit vt deferas. & tam eris effricta frontis, vt ex Ecclesia, qua nihil Deus aut habet charius, aut fecit pulchrius, vnitatis excellentiam rationem velis tollere? ediffere mihi tuam sententiam, Caluine, ex Dei (quod iactitas) sinu depromptam, cur Deus Ecclesiam suam regnat? cur ciuitatis? cur familia? cur gregis? cur exercitus nominibus consignauit? tantissime tuum pectus aut inuidie angustis continetur, vt nolis; aut ignorantie tenebris offunditur, vt non possis videre, quemadmodum in regno Regem vnum, primum; in ciuitate gubernatorem vnum, primum; in familia patrem vnum, primum; in grege pastorem vnum, primum; in exercitu imperatorem vnum, primum; & principem locum occupare: sic in Ecclesia, tanquam matre filiorum optimorum suavissima, vnum patrem; tanquam regina subditorum perditorum iustissima, vnum dominum; tanquam exercitu ordinibus apte discriminato, vnum imperatorem; tanquam grege probe saginato, vnum pastorem; tanquam ciuitate legibus pie deuincta, vnum praesidem; tanquam corpore humorum temperatione pulchre valente vnum caput, principem locum tenere. num premo heretice? sed subdole (vt moris est) istas voces in alium sensum forte torques. qui potes? Deus quicquid est in illis inuoluta notionis explicat, dum gentes & Iudeos antea segregatos penitusq; diuulsos, non alio nomine in vnum corpus vult compingere, quam vt ipse vnus eos regat tanquam dominus, & dirigat tanquam

quam

quam pastor. Faciam eos in gentem vnā, & Rex vnus erit omnibus imperans, nō erunt vltra duę gentes, nec diuidētur vltra in duo regna; & seruus meus Dauid Rex super eos, & pastor erit vnus omnium eorum. num obscura iam cuiquam videtur disputatio nostra, se potius meridiana luce circumfusa non videtur? sed quæ demum est hæc vnitas? annon Christo capiti nos illius membra adherere, hæc demum est germana vnitas, testante Ezechiele? annon Christo iam in cœlis locato, Dauidis vel Regis edicta, vel pastoris vocem sequi, annon hæc demum est perfecta vnitas, explicante Ezechiele? at quem vobis Dauidem? quem Regem? quem pastorem dico? illum illum, cui Christus ex terris iam migraturus Ecclesie suæ clauum commiserat, his verbis, tu es Petrus: illum illum, quem Deus auctoritate ornauit in terris vincendi soluta, & vincita in cœlis confirmandi? illum illum, quem nulla vis, nulla crux, nulla Tyrannis expugnabit, quem tamen omnis vis, omnis crux, omnis Tyrannis oppugnabit, hæc est illa vnitas, quàm à Christo arctissimo sui verbi vinculo colligatam nullus Satana furor, nullus inferorum imperus potest infringere, ac ne violare quidem, eadem nos causa ad hanc vnitatem conseruandam, quæ Christum ad eam constituendam impellere debent. vidit enim Christus ea acie, qua potest omnia, fore, vt multa mōstra domi nostræ nata Ecclesie quietem peruellant; Ecclesia ergo sua prouidit ea charitate.

tate, qua solet semper, vt vnus pastoris cōsilio, auctoritate, imperio, constricta non nutet; aut si nutet, non certè inclinet; aut si inclinet, non certè concidat. huius pastoris vi presenti Dei numine fulta quicunq; Heretici coniunctis quasi cum Satana viribus, in Ecclesia impressionem fecerunt, contusi comminutiq; fuerunt, huius pastoris potestatem quicunque illi, falsa religionis specie, se Christum sequi pastorem in caelos vique falso glorianur, conuulsi labefactatiq; sunt. Arianiana pestis suis promittit caelum. qua cautione? si Trinitatem violent. Macedoniana sentina suos reponeat in caelitem album. quo pacto? si monachatum laceret. Eutyichianus furor suos locabit in caelo. qua via? si carnis confectentur delicias. Europa plaga Noster beabit suos. quo modo? si ieiunium contemnant. Hereseon Lerna Lutherus suos implet spe immortalis gloriae. per quas rationes? per solam fidē, per flamma purgatricis euersionem, per missa abrogationem, per Sacramentorum imminutionem, per delicias, per Venerem, per alios id genus teterrimos errores. sed haec monstra noster vnitatis pastor semper elisit eliditq; non ferro, sed voce: non pugna, sed numine, dum suis semper occinit cantilenam duram verbo, veram sensu, vnam spiritu: ego Christi cruce, Patris sapientia, Spiritusq; subnixus numine, vos per crucem, qua Christus oppetiit mortem, per serras, quibus Martyres dissecabantur medij, per ieiunia, quibus peccata eluuntur; per sacrificium, quo gratia comparatur; per preces;

preces, quibus vel lapsi eriguntur, vel nutantes confirmantur; per purgatricem flammam, qua labeculae nauis nostrae absterguntur; per crucis dona, quibus augetur Ecclesia; per Christi merita, quibus pijs affluunt; per summam vitae austeritatem, summam vitae puritatem, ad summam caeli voluptatem, summam Dei gloriam, via recta, trita ducam, hanc pastoris vocem si sequeremur, id est, si insisteremus viam Martyrum manantem sanguine, ac Christi vestigijs altissime impressam.

Nemo aduersus Sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post Episcoporum consensum, iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret: nemo dissidio unitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens & tumens seorsim foris nouam haeresim conderet, vt scribit Cyprianus ad Cornelium. si quis forte roget, quem Cyprianus loquitur Sacerdotem, cum nullum certum notet, en tibi Cyprianum Cypriani sententiam apertissime enucleantem (Epist. 3. lib. 1.) nauigare audent ad Petri cathedram atque Ecclesiam principalem, Vnde unitas sacerdotalis exorta est, à Schismaticis, & prophanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo laudante, laudata est, ad quos perfidia non potest habere accessum. hanc huius pastoris unita-

tens

tem qui inuiolatam nõ seruant, non possunt niti Petra cum Apostolis, sed debent fluctuare foris cum Iudeis; non possunt includi in arcam cum Noë, sed debent fluctibus obrui cum reliqua mundi scæce; nõ possunt inferri in vitem cum Dauide, sed tanquam palmites arêtes debent refecari cum Hæreticis. dum videratis rationem in Ecclesia per necessariam probo, nõ satis vestra patientia cõsuluisse videor, vt utilitates igitur, quæ ex hac vnitæte ad Ecclesiam effluunt (si non repugnetis) quanta possum breuitate persequor. Deum dum suam gloriam salutemquæ hominum in Ecclesia finibus proferendis verti intelligit, & per Filium suum in terris, & cum Filio suo in cælis, illam omnibus gratia virtutibusq; donis amplificare conatur. sed cum certa Christi sententia sit fixum, eum spargere, qui extra Ecclesiam colligit, id est, nullo illius Ecclesie beneficio cumulatam iri, qui in Ecclesia vnitæte non viuunt; quis non videt omnem gratiam, omnem sanctitatem, omnem virtutem, omnia dona (quibus affluimus) ex Ecclesie vnitæte ad nos permanere? neq; hoc cum dico, ignoro singulos homines Ecclesie terminis definitos (extra enim Ecclesie vnitætem nihil est quod habet sanctitatis speciem) singulis suis donis ornari, sed hoc cum dico, id intelligo, singulos Ecclesie clientulos, omnibus donis omnium (qui vel sunt, vel fuerunt, vel erunt eadem fide imbuti) felicissimè frui. vnde quicumque in hac vnitæte degimus, non animo frangi aut debilitari debemus, si fortuna

iniu-

iniuria commoti, aut aliqui alio dolore percussi si-
 mus; cum omnes, quicumq; vel Virginum, vel Marty-
 rum, vel Confessorū coronis fuerunt insigniti, nos suis
 & precibus iuuent, & donis ornēt, & meritū certissi-
 mē fulciant. Particeps ego sum omnium timen-
 tium te, & custodientium mandatā tua, in-
 quit Dauid, huius vnitatis columen & fir-
 mamentum, & singulare beneficium, omnique prae-
 dicatione celebrandum. tantā mne in vnitate vim, vt
 me à martyrio abhorrentem, in fide languentem, in
 pietate torpentem, omnium donorum (quibus Mar-
 tyres, Confessores, piūque viri floruerunt) participem
 reddat? reddet. nam cum diuina prouidentia sit ne-
 xum, vt non omnia Spiritus sanctus dona omnibus
 instillet; vnitatis vinculo est effectum, vt nullum no-
 bis donū, nulla virtus, nullum premium (quod à Spi-
 ritu sancto proficiscitur) desit. neque est cur hoc mire-
 mur, cum postulet p nobis spiritus gemitibus inenar-
 rabilibus. & quis spiritus? non Dauidis, non Abraha,
 non Pauli solū, sed omnium & singulorum, qui vno
 charitatis & fidei vinculo in caelo terraque sunt col-
 ligati. & quid postulat? vt nos hebetes Dauidis pru-
 dentia, nos infidos Abraha fide, nos torpentes Pauli
 zelo, nos vagos Petri constantia, nos à martyrio alie-
 nos Stephani Spiritu, nos deniq; pietatis colore potius
 tinctos quàm imbutos, omnibus omnium piorum me-
 ritū beet ac cumulet: vt hoc modo illorum abun-
 dantia secundum Paulum sit nostrae inopiae
 sup-

supplementum, illorum fortitudo nostra
 infirmitatis firmamentum, illorum constantia
 nostra leuitatis fundamentum; vt illorum zelus no-
 stram tepiditatem excitet, illorum puritas nostram
 foeditatem tegat, illorum splendor nostras tenebras dis-
 pellat, omniaq; illorum bona, omnia nostra mala re-
 euellant vel occultent. neq; dum Martyrum, reliqui-
 rumq; caelitum mentionem facio, vnitatis late pate-
 rem naturam, horum terminis volo definire, cum et
 sanctis iam viuis ad nos viuos multa vndique meritis
 affluant, & ex nobis ad illos, si quid sit in nobis piete-
 tis, charitatis, virtutis, vicissim resluat. id quod dicit
 Augustinus hisce verbis, si sensum spectes, prudentissim-
 mis; si elegantiam, affabre vinctis expressit. Si amas
 vnitatem, nihil non habes, nam etiam tibi
 habet, quisquis in illa quicquam habet. tolle
 inuidiam, & tuum est quod habeo, tollam
 inuidiam & meum est, quod habes. liuor se-
 parat, charitas iungit. mira haec cuique videntur vi-
 debuntur vera, si penitus inspexerit intimum con-
 silium Dei, qui omnia quasi vnum quiddam finxit.
 rat. non somnio cum Philosophis, omnia ita esse vnum
 vt repugnantia sit nulla: sed ratione in hanc senten-
 tiam inducor, vt putem omnia ita vnum esse, vt ex
 multis rebus natura discriminatis ac seiunctis, que-
 dam vniuersitatis consensio, harmoniaq; existat atq;
 profisciscatur. quae a Deo ea imprimis ratione apta
 instituta esse videtur, vt, cum singulis rebus quandam

natu-

naturæ perfectionem inditam esse vellet, vnum inchoatum alterius perfecti cōmunionē redderetur quotidie absolutius. ideoq; Pythagoras Deorum alioqui superstitione obstrictus statuit verè, quam quæq; res perfectionem haberet, ex Deo eam habere propter naturæ consensionem, qua singula inter se, omniaque ipsi Deo arctissime sunt coniuncta. neque hinc tanquam in scopo Philosophus sisebat, verum eousque ratione delatus est, vt apertissime assereret, quo res quæque erat perfectioris absolutioriq; naturæ, eò illam arctiori naturæ commune Deo fuisse constrictam. quod si in reliquis rebus naturæ ratio id efficit, vt vnus cōmunionē alteri aliquid tanquam naturæ suæ absolutio & cumulus addatur, quanto maiori rationis firmitate colligere deberemus (nisi in rebus naturæ bebetiores Pythagora velimus videri) singulos singulorum, & omnes omnium bonorum in Ecclesia esse participes, quod est aut fusior Ecclesia, quã reliquarum rerum cōmunitio; aut arctior eorum, qui in Ecclesia pacis & charitatis societate sunt colligati, quàm reliquarum inter se rerum nodus & cōiunctio? quod humani generis hostis Satan dum videt, dolet; dum sentit, inuidet: sed dolendo & inuidendo, quia non potuit hanc societatem Christianorum ex vnitatem efflorescentem (quam Apostolus in Symbolo Sanctorum cōmunionem aptissimo verbo appellat) dissipare, cuniculis & dolis Hæreticorum, eam semper oppugnare malitiose conatus est. atque vt taceam Eurychem

tychem


tychem in Trinitate, Pelagium in libero arbitrio, Vigilantium in caeremoniis, aliosq; in aliis rebus eam violasse; recogitate mecum, quo dolo ac fraude Satan in Lutero & Caluino illam hisce nostris impedivimus temporibus miserrime laceravit: neq; plagas, quae Ecclesia non ita magnas ab illis in controuersis quibusdam leuioribus accepit, animis comprehendit; sed illa illa vulnera, quae luculentissima inflixerunt, animis informate. videt Satan, communionem esse nobis cum Christo per Papam in terris, nobis cum Christo per Sanctos in caelis, mentibus autem purgatorio ignis implicatis cum Christo, per & merita Sanctorum in caelis, & preces hominum in terris; hanc ergo communionem, distributis quasi machinis, praecipue tentat ut illa conuulsa, nos quoq; facilius de nostro statu conuellamur. nam si nos membra Christo capiti per Papam adiungamur (ut verè adiungimur) Papae auctoritate eiecta, nos quoq; omnibus meritis, quae à Christo capite ad nos membra per Papam manant, privati facillimè peribimus. si nos Sanctorum precibus muniti, carnis, mundi, & Satanae vires elidamus (ut verè elidimus) certè Sanctorum precibus nudati, carnis, mundi, & Satanae vinculis facillimè constringemur. si mentes purgatrici flamma mulctata nostris Sanctorumq; precibus nonnunquam recreentur (ut verè recreantur) proculdubio purgatorio sublato, mentes nostris Sanctorumq; precibus nudatae, & acriores & diuturniores suorum flagitiorum pœnas pendunt. d

crudelitatem non ferendam, non satū tibi fuisse hæretice, nos viuos nostris subsidiū orbare, nisi etiam mortuos eodem crudelitatis genere vexes? non satis tibi singulos singulis in locis impetere, vel homines in terris, vel Sanctos in cælis, vel reos in purgatorio: nisi eadem diuitate omnes omnibus in locis affligas, & homines in terris, & Sanctos in cælis, & reos in purgatorio? sed fremas & sauias quantum libet, manebit manebit in vnitate Ecclesia hæc communio integra, vt qui intra Ecclesia se fines & terminos continent, omnium (quos eadem Ecclesia siue in cælo, siue in terra, suo gremio complectitur) meritis, donis, precibusq̄ sustententur. quod ego beneficium tantum esse semper duxi, vt si omnia à Deo in me collata huic comparem, omnia profecto huic postponam. nam cū natum atque aded renatum esse nihil fuerit, imò miseria fuerit, nisi Ecclesia septis inclusus huius communionis sim particeps: quibus verbis, quibus laudibus hoc Dei in me beneficium decorabo? qui inter Hæreticos nutantem, inter hostes timidum, inter versutos simplicem, inter perfidos sincerum, me nec hæresi infici, nec odio frangi, nec versutis irretiri, nec perfidia decipi sit passus: sed Hæreticorum diu fluctibus conquassatum in Ecclesia tandem sinu, tanquam in portu, collocauit: vbi Catholicus cum Catholicis, capiri Petro insitus, Sanctorum in cælis, & Sanctorum in terris precibus, meritisq̄ affluentissimè abundo. sed videor nō tam vestra humanitatis, quàm mea felici-

h

tatis

tatis rationem habuisse, qui cum vnitatis in Ecclesia
necessariam rationem, singularemq; vtilitatem fuero
satis persecutus, in meo gaudio explicando nimis me
effuderim. orationi igitur mee modum statuo, à Deo
immortali precatu, vt in Ecclesia, omnes tanquam
vnus. huius communionis vtilitatibus, & hinc viuam, &
in caelo mortui persfruamur. Dixi.



ROBERTI TURNERI.

ORATIO OCTAVA, HABITA
Romæ.



QVOD à Diuū immortalibus in mul-
tis perorandi causis sapè & seriò pre-
catus sum, vt quæ eminent in Naci-
anzeno pigmenta perpulchrè confor-
mata, & qui latet in Ambrosio dicendi neruus, diuini-
tatis quadam ratione in animos mirabiliter per-
rumpens, illa mihi aliquis è caelo Deus instillet: id e-
go hodiè à Christo eò precor vehementiùs, quòd aut sa-
cerdotij laus, quam persequor, est disertissimi cuius-
que oratione superior, aut mea oratio semper fuit le-
uissimarum reram tenuitate ac mediocritate multo
partibus inferior. atque vt habuero dictionem per-
spersam Nazianzeni pigmentis, & Ambrosij nerui
vinctam firmiter, tamen iis hodiè dictio mea vrgebitur
angustiùs, vt quid tanquam firmum in phalan-
gem

gem reiiciam vltimum, vix ac ne vix quidem possim inuenire. Nam cum ex hoc loco alius sacerdotij antiquitatem ab vltima Patrum memoria repetierit, authoritatem alius expresserit, maiestatem depinxerit alius, deniq; alius atq; alius alias atq; alias laudes artu ingenijq; sui coloribus perpolierit, nullus profecto relinquatur orationi meae locus, aut certe perexiguus, quem vel mea facultas tenuior non possit ornare, vel tantillus orationis meae riuulus difficillime queat irrigare. quid? annon est sacerdotij dignitas ampla? ampla & adeo perexcellens; terribilissimas enim quasq; labeles, quae in animae medullis haerent, eradicat penitus, sed hunc locum ex his subselliis perpurgauit Philosophus. quid? annon eius potestas est summa? summa ac plane diuina; Iesum enim, reportatis à morte trophaeis, ad dextram Patris quinq; oculis nobis sistit in altari, sed hanc partem ex hoc suggestu occupauit Theologus. quid? annon eius laus est infinita? infinita & in omnes vndiq; partes interminata; haec enim authoritate qui floret, est mons, lucerna, Angelus, pascit, orat, vngit, sacrificat. verum has omnes laudes ita triuit ex hoc loco Oratoris oratio, vt cum tadeat loqui, pudeat tamen tacere. sed cum amor efficit, vt malim loqui cum tadio, quam tacere cum pudore; persequar illam coquorum laudabilem consuetudinem, qui quemadmodum in communissimorum ciborum copia rariores seponunt, ac hos condiunt aromate, illos, interspargunt saccharo, vt artificij externi ascitis rationi-

tionibus, cibo communiori vel nouam inducant for-
 mam, vel antiquam abstergant in spiditatem: sic e-
 go hodie spero me ex tritissimis sacerdotij laudibus ita
 delibaturum optimas, vt non tam aures vestras ele-
 ganter teretes possint offendere, quod fuerint audite
 sepius; quam iudicia solide reuera debeant officere, quod
 sint collecta rariùs. attendite ergo (Auditores) quam
 potestis diligentissimè, nec occludite aures orationi
 meae deliciis. rusticè fateor conditùs, sed conditùs ta-
 men, vt hospitibus non omnino lautis placeat degu-
 stasse. et si natura humana vnus legis aut norma se-
 ptis ita nunquã possit coërceri; vt omnes gentes idem
 viuendi institutum persecutæ in vnum quasi corpus
 coëant, & non potiùs singula singulas dissidentes in-
 stituenda vitæ rationes tam acri impetu consecen-
 tur, vt quot numerentur gentes, tot videantur homi-
 num genera, nulla communione inter se deuincta: ta-
 men in Sacerdotibus honore, & Tyrannis odio perse-
 quendis, tam mirabilis est omnium consensus, vt illor-
 um honorem, horum odium, tanquam certas diuini-
 tatis notiones natura parens per omnium gentiù a-
 nimos pro seminasse videatur. ac ne hoc, quod dico, vi-
 deatur tractum ex vulgi opinionibus, tanquam men-
 dicum; aut ex Græcorum peritum commentis, tan-
 quam fabulosum: explicare mihi prima rudimenta
 Reipub. aut Atheniensis, quæ legibus; aut Carthagi-
 nensis, quæ armis; aut Corinthiæ, quæ Consiliis; aut
 Ægyptiacæ, quæ doctrinæ; aut Romanæ, quæ veluti
 expref-

expressa imperij rectè administrandi effigies, omnibus
 subsidiis nitebatur vna; an Atheniensium leges fixe-
 rat Apollo? vel Carthaginensium arma fabricatus est
 Vulcanus? vel Corinthiorum consilia ediderat Mer-
 curius? vel Egyptiorum doctrinam instillarat Mi-
 nerua? vel Romanorum subsidia omnia omnes for-
 tasse Dii communi voluntatum cōsensione tanquam
 thesauros suos effuderant? effunderunt sanè Dii om-
 nes suos thesauros in Romanos, sed effuderunt ad nu-
 tum Dionis Sacerdotis; adidit Corinthiis consilia
 Mercurius, sed adidit ad præscriptum Leontis Sacer-
 dotis; instillauit Egyptiis doctrinam Minerua, sed
 instillauit ad preces Vestæ Sacerdotis; fabricatus est
 arma Carthaginensibus Vulcanus, sed fabricatus est
 ad formam Leuini Sacerdotis; fixit leges Atheniensi-
 bus Apollo, sed fixit ad voluntatem Solonis Sacerdo-
 tis. non fuit (Auditores) principatus, non ingenij, non
 eloquentiæ, non diuitiarum, non viriam, sed diuini-
 tatis latentis in sacerdotij nomine, prima posuisse Re-
 rumpub. fundamenta. nam etsi populi illi primi, mo-
 rum adhuc barbarie infuscata, Rerumpub. suarū fun-
 damenta & incunabula referant ad Deos parentes,
 aut ad Deas nutrices; tamen nec Dii volebant haberi
 parentes, nec Deæ Rerumpub. nutrices, nisi per Sacer-
 dotum nomen, tanquam diuinitatis suæ principē &
 præcipuam partem, hominibus ad formam vitæ con-
 stituendam, salutariter impartitam, neque hæc dico,
 quòd aliquam affingam, aut authoritatem aut diui-

nitatem Sacerdotum superstitioni; sed ut intelligatur
 ex eodem natura fonte fluxisse opiniones illas de Deo-
 rum ac Sacerdotum numine certas, & à diuinitate
 illa particula, quæ in omnium mentibus latet, peni-
 tūs impressas. imò hæc sacerdotij informatio, tan-
 quam semen quoddam sparsum à Deo per hominum
 animos, tam vberes protulit fructus Rebuspub. in pri-
 ma illa gentium barbarie: ut quæ Respub. exclusi-
 sapiente Rege, nutabant periculose; a scito stulto Sa-
 cerdote, salua manserint ac integra. quid? quòd cum
 omnis populus natura quodam instinctu abhorreat à
 Tyrannide, primi tamen illi populi (si primorum re-
 plicaueris annales) sæpè exturbato Tyranno principe,
 tulerunt Tyrannum Sacerdotem? Lycas Sacerdos om-
 nes suas leges sanciebat sanguine, Dyonisius princeps
 paucos deminuebat capite, reliquos summa humani-
 tatis specie demulcebat: Dyonisius tamen eiectus est
 cum summo discrimine Syracusarum euertendarum,
 retentus Lycas summo cum honore Syracusarum con-
 seruatarum; vsque eò ut illæ primæ Respub. (nisi sa-
 cerdotium illas tanquam neruus continuisset.) eodem
 sanè punctulo, quo vagiebant in cunis, delitissent
 in tumulis. quanquam quid loquor cunas, & pri-
 mos Rerumpub. vnguiculos? cum imperiorum spe-
 cies illæ perillustres, quas tantoperè laudantes obstu-
 piscimus, illum suum splendorem, auctoritatem, ma-
 iestatem sacerdotio debeant. nam hospes profectò sit
 in rebus, quæ historia & antiquitate cõimentur, qui
 non

non cognoscit Rempubl. Romanam, tanquam succo
 quodam ac sanguine florentem, benéque vegetam per
 multos annos permanfisse, quamdiu Reges Pontifici
 Iouis Capitulini maximo, vel volentes morem gesse-
 rint, vt filij; vel nolentes subiecerint ceruices, vt serui;
 cum contra Medi, Persæ, Sorij, Ægyptij Respub. ha-
 buerint semper flaccescentes, illasq; trecentorum tan-
 tum annorum angustiis definitas, quod nullo religio-
 nis firmamento, nullo Deorum metu, nulla Sacerdo-
 tum authoritate, deuinctæ continerentur. quid? illa
 Solonis vox, se Antistitem esse Mineruæ, toties populo
 inculcata; illa Lycurgi solennis præfatio, se Apollinis
 esse Sacerdotem, toties pro concione repetita, quod spe-
 ctabant? quod nisi vt sub Sacerdotis nomine, tanquam
 sacro quodam integumento, in populi se mentes in-
 sinuarent facilius, persuaderent quæ esse in legibus,
 quas condiderant, nescio quid diuini, cum videantur
 non ex hominum iudicio, tanquam riuio, arreptæ,
 sed ex Sacerdotum consilio, tanquam Deorum cœtu,
 mirabiliter haustæ, sed sunt hæc commenta gentium,
 inani Deorum superstitione miserè obstrictarum. sint
 sanè, cum referantur à nobis, non quod careamus
 Bartholomæi, Thomæ, Iacobis, Barnabæ, Symoni-
 bus, Matthiis, Petris, Paulis, nostræ Christianitatis
 fundatæ parentibus, & constitutæ Magistris, quibus
 rem totam confirmemus: sed vt ostendamus eò esse il-
 lustrius sacerdotium, quod est certius, notionem hanc
 de Sacerdotis maiestate ac diuinitate, omnium men-

tibus non dico à natura anticipatam, sed à Deo esse
 insculptam. magna quidem hac laus est sacerdotij, ac
 haud scio an maxima: nisi illa fortassis sit maior, sa-
 cerdotij dignitatem tanto fuisse & splendore institu-
 tam, & constitutam miraculo; ut Deus nec cum habe-
 tantam tanta fabricæ molitione machinaretur, ma-
 iorem præ se tulerit maiestatem verborum; nec cum
 regie potestatis auctoritatem sua figeret auctori-
 te, pares attulerit rei gerendæ circumstantias. siqui-
 dem postquam molem, ex qua tanquam argilla, sin-
 xit omnia, illam & sine forma rudem, & sine circum-
 scriptione vastam congesisset; effecit ut terra secreta
 ab aquis demigraret in planitiem, & aquæ defluen-
 tes à terra subsiderent in alueos, & aër subtili spatu
 dilapsus commearet per vniuersitatem, & ignis occult-
 ta pernicitate exiliens, seu potius innata vi erumpen-
 peteret summa, & firmamentum quibusdam ponde-
 ribus pendulum, stellis tanquam gemmulis distingue-
 retur, & singula certis propriisq; locorum regionibus
 coërcita, singulas obirent functiones, & hanc induce-
 rent, quã admiramur, hyemis, æstatis; veris, autumnis,
 caloris, frigoris; diei, noctis; luci, tenebrarum; aptam,
 necessariam, perpulchram varietatem. sed hac tam
 multa, tam magna, quo efficit apparatus verborum?
 quid narro apparatus verborum? vnã ad, hac sin-
 gula attulit vocem, eamq; tritissimam, fiant hæc, &
 facta sunt omnia. at cum sacerdotium apud Iudæos
 constitueret, vnã seposuit Leuitarum gentem, in qua
 flore-

floreret, puram, castam, integram à labe, vt nihil resi-
 deret in sacerdotio Tyrannidis; & ex hac gente voluit
 obire hoc munus vnam Aaronis familiam, honoris,
 virtutis, splendoris plenam, vt excluderetur locus am-
 bitioni. Deus bone, in vna re constitnenda quot adhi-
 buisti cautiones? amplum est sacerdotium, quid in-
 terest Aaronis an Isaaci illud familia administret?
 diuinum est sacerdotium, quæ causa reiiciendi Moy-
 sis, asciscendi Aaronis? sed admiraris cautiones, in-
 spice formam. non voce vna, simplici, vulgari, voluit
 Deus sacerdotium constitui, sed Moysen seuocauit in
 locum separatum, tanquam sacrum quoddam conci-
 lium; ac præsens præsentis, solus soli, mentem suam de
 sacerdotio in omnem aternitatem confirmãdo enun-
 ciauit, perpetuamque imposuit Aaroni functionem,
 mastanda bestia, adolendi thuris, litandique pro po-
 pulo sacrificij. formam iam constituti sacerdotij, quæ
 omnem rerum molitionem vincit, vinci à regia au-
 thoritate credibile non est. nam legemus quidem in
 sacræ literis Samueles creatos, sed creatos à populo;
 legemus Dauides consecratos, sed consecratos ab ho-
 mine; legemus Salomones sacro oleo delibutos, sed de-
 libutos à Rege: solum legemus Aaronem, id est, sacer-
 dotium perpetuum, coram Moysse, in loco separato, vi-
 ua Dei voce, ac aded tribus miraculis longè maximis
 consecratum. repugnant Core & Abyron potestati
 Aaronis sanctæ, repugnantes terra vasto hiatu fati-
 scens viuos amandauit ad inferos; obmurmurauit

h 5

popu-

populus extinctos suos, ignis occulto pernicioque vola-
 tu illapsus de caelo, lateque se spargens populum mul-
 Et ait obmurmurantem; omnes tribus volebant ali-
 quot ex suis selegi ad parem cum Aarone potestatem
 administrandam, ad horum voluntatem reprimen-
 dam, imperat Deus Moysi, vt duodecim virgas in qui-
 bus singulis singularum tribuum nomina incideren-
 tur, vnamque Aaronis nomine notatam collocaret in
 tabernaculo: sequenti que die reperiebantur relique
 virgæ aridæ, vt erant, sola Aaronis reperiebatur ve-
 geta, pulchra, florens, germina, folia, amygdalas, sum-
 mo omnium stupore proferens, copioseque effundens
 taceo thuribula 205. vni Aaronis thuribulo opposita
 fileo Aaronem in media flamma integrum, suppressam
 appensa aduersariorum thuribula in tabernaculo ad
 exemplum posteritatis, non dico nubem, qua Deus
 gloria præfulgens Aaronem, & Moysen implicuit
 sermonem que cum illis habuit, iram Dei mitigatam
 extinctum precibus Aaronis ignem late absumentem
 omnia, ac reliquas huius generis plurimas & maxi-
 mas ceremonias nihil loquor: ex terra absorbentem
 flamma vindice, & florente Aaronis virga, satis col-
 ligitur perpetuam & diuinam sacerdotij potestatem,
 eò reliquis aut potestatibus, aut rebus esse præstantio-
 rem, quod fuit aut maiore instituta celebritate, aut
 pluribus confirmata miraculis. nec mirum est, si-
 lam potestatem tot miraculis, tot ceremoniis, tot ar-
 gumentis, tanquam edicti, sanciri legerimus, quare

ORNA-

ornaretur cæcus, claudus, naso siue vastè magno fæ-
 dus, siue exiliter paruo monstrosus, siue ineptè torto
 ridiculus, ruptura imbecillis, gibbo deformis, scabie
 impetiginèque infectus, Deus sententiæ suæ præscri-
 pto caueret, atque ne putetis fortasè hæc nihil iam ad
 nos pertinere, quòd externa sint, quibus illi Mosaicæ
 legis seruitute obstricti continebantur: ita externa
 sunt, vt vmbra quoque sint & simulachra earum no-
 tarum, quæ in mentium nostrarum latebris inclusa,
 nouæ etiam legis prohibent sacerdotio. nam qui nul-
 lis aut literis aut moribus tincti possunt, nec rudibus
 instillare doctrinæ puritatem, nec malis dispellere vi-
 tæ tenebras, cæci sunt; hos non vult ille omnis potestatis
 largitor suam obire functionem. qui rerum fluen-
 tium desiderio, tanquam aestu quodam, abrepti, vel
 toti sunt in hauriendis voluptatibus, vel Deo simul
 & Mammona putant se posse nauare operam, claudi
 sunt; hos ille recti iustique Pater non vult suam tueri
 personam. qui Dei præsidentes misericordia peccato-
 rum suorum fibras non curant euellendas, quin po-
 tiùs illa vel blanduli palpant, vel virtutis obtegunt
 velo, nasum habent fædè magnū; hos illa totius pul-
 chritudinis vera expressio non vult suam deformare
 auctoritatem. qui tranquillitatis præ se ferunt per-
 pulchram speciem, intrus tamen habent pectora, tan-
 quam Euripos, cogitationum fluctibus miserè agita-
 ta, nasum habent monstrosè paruum; hos Deus pro-
 uidentia iustus administrator suo excludit munere.

qui

qui ingenij acumine elati in Ecclesia fide ritubant, cerd
 plusq; tribuunt suis sensibus, quàm Sanctorum factis, ra e
 nasum habent ridiculè intortū; hos ille superbia do- tem
 mitor, in suam non vult inuolare sedem, qui pecunia- supe
 rum suarum aceruos malunt inclusos suspendi à ce- & p
 go, quàm expositos ad beneficentiam collocari in ho- dot
 minum, angelorumq; quodam quasi theatro, his gib- aut
 bus est deformior, quàm vt velit eos Deus suam suffi- deli
 nere maiestatem, quos ira, inuidiaque, tanquam fa- opp
 ria tedis ardentibus insectantur, nec se sibi sanos, ne tun
 aliis sedatos esse patiuntur, his ruptura est grauior, sole
 quàm vt ille lenitatis magister velit sui officij illigam- rita
 necessitati, qui gula ac carnis irretiti lenociniis, in- lus
 transuersim aguntur in furorem, vt tanquam lute- lo r
 lenti sues, in voluptatum volutentur cæno, annon hos lus
 inficit scabies, à qua abhorret diuina puritas? quo- me
 ram conscientie se in Deum non profundunt, sed lan- est
 guore peccati, tanquam morbo, præpedita semper be- los
 rescunt in sordibus, annon hos inquinat impetigo, est
 qua aliena est tanta dignitatis persona? Sacerdotis ra
 dignitas (Auditores) clara est, cacos refugit; recta est, rio
 claudos non recipit; decora est, nasum magnum non Ch
 admittit; alta est, nasum paruum non patitur; sine- im
 ra est, nasum obtortum excludit; liberalis est, gibbo- tr
 sum arcet; patiens est, rupturam reicit; nitida est, a- au
 uersatur scabiem; pura est, abhorret ab impetigine, b- bo
 perpulchram formam, Angeli videtur non hominis ta
 & tamen Sacerdotis est non Angeli, seu potius & Sa- do
 cerdo-

cerdotis est & Angeli. quam etiam imaginē sacra lite-
 re extremis lineis conantur exprimere, dum Sacerdo-
 tem, & virgam Aaronis, & virginem, & candelam
 super candelabrum, & turrin, & montem, & salem.
 & solem appellant. sed parum est (Auditores) Sacer-
 dotem esse aut virgam ad conterendas Zabulon vires,
 aut virginē ad confingendas carnis illecebras, aut can-
 delam ad lumen mundo praferendum, aut turrin
 oppositam haeseon machinis, aut montem opposi-
 tum spiritus calori, aut salem condiendis bonis, aut
 solem purgandis pravis moribus aptum; cuius sit, si pu-
 ritatem in hac corporis contagione spectemus, Ange-
 lus; si pendamus auctoritatem, Sacerdos, id est, Ange-
 lo multis partibus superior. hoc erat, quod dixit Pau-
 lus, se spectaculum esse factum hominibus & Angelis,
 medium constitutum inter homines & Angelos. quid
 est medium esse constitutum inter homines & Ange-
 los? nisi partim esse Angelum partim esse hominem, id
 est, & Angelum superiorem homine, qua supra natu-
 ra imbecillitatem purissimè viuit: & hominem supe-
 riorem Angelo, qua Christum conficit. magnum est
 Christum conficere, quid mundo impertire? atque ita
 impertire, ut tam sit hominum in terris, quam sit Pa-
 tris in caelis? diuinum est Christum tanta impertire
 auctoritate, quid sacrificare? at haec omnia etsi ver-
 borum complicatione videantur obscuriora, tamen
 tam sunt necessaria, quam est certum, si sint, Sacer-
 dotum esse; si non sint, nos omni calamitatis genere
 miserè

miserè & sædè conflictatos esse. siquidem postquam
 Deus Pater viderat illuxisse tēpus, quod sententia sue
 præscriptione ab omni æternitate præsinierat mundo
 vindicando, nec hominem corporis ac sensuum com-
 peditum vinculis habere, quo aut se redderet Patri
 aut Patrem reconciliaret sibi: Filium suum humane
 carnis nubecula implicitum dedit mundo, tanquam
 pretium proprium, quo Deum homo placaret. Puer
 natus est nobis, Filius datus est vobis. Puer non potuit
 genus humanum asserere in libertatem, potuit Filius
 datus est ergo Filius ut nasceretur puer: potuit Filius
 non natus esse nobis aut afflictis consolatio, aut misere-
 ris asylum, aut hominibus Deus, aut peccatoribus iudex,
 sed non potuit esse aut debitoribus pretium, aut
 peccantibus victima, aut precantibus placatio, nisi
 natus puer; natus est ergo puer, ut daretur Filius. om-
 nipotens Pater quis potest interpretari, fueritne ma-
 gnificentior, qui è cælo; an munificentior, qui Filius
 an iustior, qui finito tempore, an indulgentior, qui
 peccatoribus, tam clementer, tam suaviter, tam oportu-
 tune dederis? sed dedisse non magnum est, si confide-
 remus, quomodo dederit. dedit illum mundo sub lege,
 qua? ut nisi mundi scelus mortis sue sacrificio libere-
 piaret ac volens, & iniustitiæ culpam subiret, quod
 mundi non subveniret necessitati; & violatæ diuine
 maiestatis crimine obstringeretur, quod Patri non
 satisfaceret voluntati, factus ex muliere, factus sub le-
 ge, ut omnes qui sub lege erant, redimeret. hanc ergo

ad quam allegatus erat Christus functionem, ut obiret ille & liberius & liberalius, ascendit crucem, ac totius iam Christiani nominis constitutus Sacerdos, se victimam illibatam litavit Patri, ad mundi piandum scelus; illudque ius, quod habuimus in illum (habuimus profecto tantum, ut illum potuissemus sub pœna iustitiæ violandæ ad nos redimendos cogere) totum iam denuò cessit Patri. explico hîc, si quid sit duriservo, si quid sit scrupuli. Christus ascendit crucem. cur? ut licet, quid? se, cui rei? expiando mûdo, at mundus piari non potest, nisi ab eo, qui in mundum quasi corpus caput sit insitus. planè huic ergo rei puer natus est nobis, Filius datus est nobis, id est, Christus non solum datus est Ecclesiæ tanquam languidulæ caput integellum; sed etiam datus est mundo Sacerdos, ut vel ipse se pro mundo, vel mundus eum pro se sacrificaret Patri. quid? Christum sacrificat mundus? mundus, quia Christus tanquam princeps mundi pars se sacrificat, quid? mundus sacrificat Christum? est ergo Christus mundi. nam sacrificare est rem planè nostram, integram, integrè offerre Deo, atque ita offerre, ut si per impossibile (hanc mihi vocem in re non trita largientur Ciceroniani) eius rei Deus non esset Dominus, sacrificij iure fieret Dominus. Christus ergo verè fuit noster, Filius datus est nobis? Christus fuit verè noster, victimam litauimus eum Patri. magnum est hoc ius. sed hoc totum ius decessit nobis, cessit Patri in sacrificio crucis, sacrificatur Christus in cruce, id est,

est.

est, iure sacrificij Christus sit Pater, atque eo iure Pater, ut si ante non fuisset, iam incipiat esse totus Pater, ac desinat esse noster. ac ne erretis, Christus manet nobis semper noster Pater, semper noster Frater, sed non manet nostrum pretium, non manet nostrum donum. desinit esse nostrum pretium; desinit esse nostrum donum, sacrificatur in cruce, infelices nos, crucifecit ut ante excideremus quam cederemus iure, quod habuimus in Christum. cur mundum sanctissima cruce spoliatis suo ornamento ac firmamento, cur orbem suum Iesu? Christus fuit mundi, cur reddis illum caelo? postabamus, putabamus, quicumque huius molis circumscriptione continemur, in te dulcissima crux inuenire consolationem, inuenimus dolorem: sperabamus te haurire suauitatum fontes, haurimus angustiarum oceanos. Christus fuit mundi annuente Patri reddis Patri renuente mundo. consentiunt Prophetata? at iniuste videntur consentire, cum Petrus gladius Bartholomaeus vultu, Thomas lachrymis, timore et doloris significatione reliqui Apostoli, omnes denique qui Christi informantur praeceptione, omnibus modis in contrariam partem acrius contendunt. volunt omnes Iesum suum: nimis indulget misericordissimae crux Prophetarum votis ac comprecationibus, compensantur fortasse incommoda, at qua ratione et cruce proficiuntur Sacramenta, sed quid Sacramenta ad Sacramentorum authorem? ex cruce oritur gratia, sed quid gratia ad gratiae satorem? ex cruce fluunt merita.

merita, sed quid merita ad meritorum largitorem? ex
 cruce manat iustificatio, sed quid iustificatio ad iusti-
 ficationis remuneratorem? Sacramenta pro Sacra-
 mentorum authore, gratiam pro gratiae satore, meri-
 ta pro meritorum largitore, iustificationem pro iusti-
 ficationis remuneratore substituere, quae demum est
 compensatio? cuius iustitiae? ex quo fonte orta? quae
 syngrapha? quo monumento consignata? causam, cau-
 sam vult mundus, non effecta; victorem victorem cu-
 pit, non trophaea; Iesum Iesum expetit ipsum fontem,
 non istos eius bonitatis copiosos sane riuulos, sed ri-
 uulos tamen. ignoscere sanctissima crux mundo, si
 tecum acerbius fortasse sic expostularet, cum videre-
 tur facere non iniuste, nisi Christum suum, id est,
 suum ius aliquo modo reponas. advertite hic (Audi-
 tores) Christi in homines amorem, ac Sacerdotis in
 Christum, quasi quandam potestatem. nam cum Ie-
 sus acie, qua omnia, praevidisset hanc notam, potuisse
 aliquo modo ab hominibus iniuri suae cruci, ante ere-
 ctum trophaeum iniuriam rationem commodissimam,
 qua & haec cruci nota, hominibus quarelae omnis
 causa penitus abstergeretur. sua namque voce sanc-
 iuit Sacerdotis auctoritatem, ut Christum mundo
 redderet, quoties ferret necessitas: usque eo ut si antea
 fuerit mundo pretium, nunc etiam sit pretium, sed
 per Sacerdotem pretium, si antea fuerit victima, sit
 nunc quoque victima, sed per Sacerdotem victima; si
 antea fuerit placatio, nunc quoque sit placatio; sed
 i per

per Sacerdotem placatio; denique si ante crucis triumphum fuerit verè noster, nunc quoque sit verè noster, sed per Sacerdotem noster. reddit Sacerdos Christum mundo, quem abstulerat crux, ac eo iure reddit, ut quoties vellet mundus, toties possit Christum suum dare Patri, atque ita dare, ut si qua autoritate possit Christus non esse Patris, hac iam factus esset Patris. felices omnes Christi iam sanguine perfusos, qui & crucis referunt vberrimos fructus, & Christum tanquam ius suum integrum servant, sed per Sacerdotem servant: ut ausim dubitare, maiore sit ac illustrior crucis laus, quæ effecta, an Sacerdotis, qui causam sufficit; crucis, quæ trophæa, an Sacerdotis, qui victorem restituit; crucis, quæ titulos novos, an Sacerdotis, qui Christum novum mundo impertit. quamquam quid consero Sacerdotem cum cruce? in Sacerdote etiam est & expressa quadam Patris imago, & effecta non obscura Iesu similitudo. siquidem Pater Christum, à mortuorum excitatum umbris, nouo sibi iuris vinculo tam arctè astringit, quam si eum à nihilo finxisset. tantumne hoc? etiam gloria cumulatam sempiterna in cœli collocat suprema sede, ut habeat cœlestis illa hierarchia, in quo intelligentia suæ vires desigat, ac aded amoris & charitatis suæ omnes impetus penitus exhauriat. eodem planè modo Sacerdos Christum iam in cœlis locatum conficit, ac terræ denuò restituit. tantumne hoc? etiam tanquàm publica persona, mundo novum quoddam ius in Christum conce-

concedit, vt Christiani cogitationum procellis consli-
 Etati, illius suauitate, spiritu, sapientia perfruantur;
 illumque Patri, siue delineant prospera, siue premant
 aduersa, nouo iuris titulo verè largiantur. satis hinc li-
 quet, Sacerdotem quandam Patris omnipotentis re-
 ferre imaginem, Christi iam cupis in Sacerdote ad-
 mirari effigiem? en illam tam perfectam, vt nullus ti-
 bi Lysippus, aut Demosthenes artis ingenique sui a-
 scitis omnibus subsidiis, possint effingere pulchriorem.
 Christus solus se poterat Patri donare vt Sacerdos, do-
 nauit liberè; Christus solus se poterat post sacrificium
 oblatum dare consumendum, dedit ingenuè. Sacer-
 dos nunquid minora? dat Christum mundo, en mu-
 nit viam sacrificio; litat Christum Patri, en aggredi-
 tur sacrificium; consumit Christum, en absoluit sa-
 crificij integram rationem. Sacerdos, Sacerdos confi-
 cit, litat, consumit Christum: conficit, est potestatis:
 litat, est charitatis: consumit, est obedientiæ. conficit
 quod suum est, litat quod tuum est, consumit quod
 Dei est. quod Dei est, consumit, vt ostendat tantam
 maiestatem non egerè re aliena; quod tuum est litat,
 vt indicet tantam imbecillitatem egerè ope diuina;
 conficit quod suum est, vt doceat hanc potestatem, è
 cælo esse datam, qua Christianitatem & altaris sua-
 uitate & crucis gloria circumfluentem Deo charita-
 tis communionem arctissime conglutinet. Deus bone,
 quibus spiritus alis subuecta mea oratio tam altè se
 extulit, vt quo nihil in terris, ac ne in cælis quidem

possit cogitari maius, id Sacerdotis laudes tanquam
 flosculos carptim delibans tandem artigerit. Sacer-
 dos Patris exprimit similitudinem, quid queritis
 maius? IESU effingit formam, quid expectatis glo-
 riosius? impudenter sane facerem (Auditores) qui sa-
 cerdotium tot laudum insignibus orno Sacerdos, con-
 tra protritum illud prouerbium, quo vetatur aut sta-
 tuarius fingendi, aut pictor pingendi predicare scien-
 tiam: si ut ipsi ad illas suas obsoletiores artes, sic ego
 putarem vllam ex quoquam ad sacerdotij dignita-
 tem amplificandam potuisse manare laudem. verum
 cum illa mentem meam semper imbuerit opinio, tan-
 tam esse sacerdotij maiestatem, quantam humana
 natura nec angustiae possint capere, nec imbecillitas
 sustinere; id iam ago, ut Sacerdotem non honestum
 in homine, sed in Sacerdote hominem, seu potius
 utroque Christum. nam Christi est, si sacerdotium no-
 nemus, humanae contagionis, si deformemus. infi-
 ciet proculdubio humanae contagionis labes haerent
 sensibus, nisi resciat latens Christi diuinitas illapsa
 in nostras mentes, veni ergo ad nos IESU, veni sicut
 ad Paulum latro, sicut ut ad Isaiam gladius anceps
 sicut ut ad Dauidem arcus, sicut ut ad Apostolos ignis
 latro es Christe, sed cordium tutissimus; irruere latro
 sine te incaute cum Isaiam vociferamur, miseros nos
 quia compuncti sumus. arcus es, sed Spiritus sanctus
 suauissimus; contende tuum neruum arcus, sine te
 cum Mambre epide clamamus, tui arcus vehementer

tiam relaxa. gladius es, sed amoris & pietatis anceps; dstringe tuam aciem gladii, sine te languidas Mammae ademus querelas, actum est de nobis vxor, Deum vidimus. ignis es, sed puritatis lenissimus, diffunde tuas flammam ignis, sine te tuae praesentiae percussi splendore, illas centurionis voces indignè usurpamus, non sumus digni, vt intres sub tecta nostra. non vis inuolare IESV vt latro, quia delicatis es suavis; nec transfigere vt arcus, quia sedatis es deliriae? saltem ignis tui explora flammam, aut gladij tui obice fulgore. non vis fortasse venire ignis, ne ledas. ignis es? at non consumens Christe, imò consumens secundum Dauidem, sed consumi à te est perfici. non vis venire gladius, ne interficias. gladius es? sed non dissecans, imò dissecans corda secundum Isaiam, sed dissecari à te est sanari. transuerbera gladii corpora nostra puritatis tuae acie, transfige arcus pectora tuae amoris sagitta, illustra ignis mentes tuae pietatis fulgore, occupa corda, ac disruptis sensuum compagibus, latro occupa, vt possimus hanc tuam personam, si non cum laude tueri, saltem sine laebe sustinere. Dixi.



ROBERTI TURNERI

ORATIO NONA.



*U*M natura humana perruptis iustitia rationisque vinculis fracta iam & debilitata ita langueat, ut nihil velit ac ne possit quidem aggredi praclarum, cui non fuerit voluptatis quaedam species admixta: Deus huius tantae molitionis & fingendae prudentissimus author, & moderandae providissimus Pater, res omnes praestantes & excellentes nobis proponit voluptate, vel tanquam sale, interspersas, ut ad illarum studium acuamur languentes; vel tanquam esca, inter litas, ut ad illarum amorem illiciamur repugnantes, unde cum nihil mentem aequè deliniat, atque res nostra industria expressè ad aliorum imitationem, natura parens imitationis notionem omnium mentibus anticipavit, seu potius vehemens studium penitus insculpsit, fecitque ut singula hominum aetates videantur quasi ludi quidam instituti, in quibus quò quisque imitetur aptius, eò sua aetatis & cumulationem voluptatem percepisse, & vberiore fructum tulisse meritò censeatur, quippe infantes cum primùm, relictis cunis, vestigia vix dum figere ceperunt, equos sibi substernunt ex arundine, ut nihil artificiosius; altaria ex lapidibus erigunt, ut nihil religiosius; mensas extruunt ex herbis, ut nihil lautius enses formant ex ligno, ut nihil mirabilius in tota

natura

natura concipi possit: vsque eò, vt pueri quò natura vim imitando effingunt propiùs, eò habeantur à senibus belli, sciti, argutuli magis, ac vt puerorum crepundia relinquamus, grandiorum iam animos nihil profectò maiori aut admiratione defixos, aut voluptate suspensos tenet, quàm sculptura & pictura scalpello penicilloq; efficta affabrè; aut Comœdia & Tragedia actorum partim dictione partim actione eleganter expressa; aut poëmata delicatis numeris tanquam stellulis bellè illuminata. at quid, quaeso, aliud est pictura? quid sculptura? quid Comœdia? quid Tragedia? quid poëma? quid hæc omnia? quid singula? quàm viua quadam naturæ imitatio artis ingenisque nostri litæ luminibus ad sensuum animorumque partes liquidissima voluptate persundendas? sed à re abeo longiùs. Ecclesia namque ipsa quandam quasi Spiritus sancti edens vocem his diebus testificata est, non alia ratione faciliùs posse aut humana tarditatis dispelli caliginem, aut diuini amoris concipi flammam, quàm Stephanorum, Euangelistarum, Innocentium, Thomarum exemplis subiectis ac propositis ad imitationem: vt profectò, si imitatio ex Ecclesia ac natura tollatur, omnia ipso punctulo temporis vel in natura dissipatio, vel in Ecclesia perturbatio fœdè consequatur. quare cum imitatio in omnem vitæ partem tantum valeat, depingam ego vobis hodie nõ vagitus tenelli Christi, non quiritatus misellorum innocentium (non vocem clamantis Ioannis (latent

latent hæc in notione diuinitatis nimis latè implicita) sed Thomæ nostri præcipuas illas virtutes, quibus tanquam gradibus videtur ad martyrii culmen conscendisse: vt qui strati humi ad Ioannis vocem percellimur, ad quiritatus innocentem exhorrescimus, & ad Christi vagitus planè concidimus, has certè Thomæ nostri virtutes propè inruentes & imitemur libentiùs, & assequamur faciliùs. in omni namq; imitatione, vt eorum libentiùs sequimur exemplar, qui præclari sunt, ac omnium prædicatione perillustrati duces: sic eorum sanè faciliùs vel occultà exprimimus vim, vel apertam effingimus virtutem, qui quadam nature agnatione ac similitudine vinciti nobis ac sociati videntur. at Thomas Martyr fuit, præclarum duces; Thomas noster fuit, genuinam similitudinem ineptus sanè essem (Audit.) si peruulgatus Rhetorum præceptiones ad excitandam attentionem confecturer, cum videatur iam Thomas ipse, & quod Martyr fuit, expressisse à vobis audiendi cupiditatem; & quod noster fuit, vobis impressisse imitandi studium.

Quid? expectatis fortassè, vt aliquam laudem tanquam alienam plumam, Thomæ nostro appingam ex Londini nobilitate? at Thomas Angliam nobilitauit, vt ineptum sit Londinum vocare in partem eius laudis. vrgetis, vt ad normam è schola politorum arcessam à capite parentum eius diuitias, potentiam, nobilitatem? at in Thomam nostrum, effusa sunt diuina gratiæ flumina, vt stultum sit eum velle

Rhetor-

Rhetorum includere carceribus. vultis vt Thomam
 depingam venatorem, Archidiaconū, aulicum, Can-
 cellarium? at hæ maculæ fuerunt, vt iniquum sit Pau-
 lum diuini iã spiritus calore suffusum antiquis Saulis
 labeculis velle aspergere. Iesu bone, quibus præmitur
 mea dictio angustius? si Thomam laudet à ciuitate,
 pueriliter inepta; si à parentibus, indecorè stulta; si à
 munis, fœdè iniqua erit. Londini laus nimis est ex-
 terna Rhetorum carceres nimis sunt angusti, officia
 dignitatum nimis sunt obscura in Thoma nostri siue
 poliendis naturæ ornamentis, siue gratiæ donis expri-
 mendis. quò se vertet mea dictio? quam persequetur
 viam? quanquam (Audito.) hæc omnia, & quòd Lon-
 dini, & quòd summa Reipub. necessitate, & quòd mi-
 raculo edito, & quòd parentibus natus sit nobilitate
 ac pietate florentibus, laudum cōtinent materiem ac
 segetem omni parte vberem: imò quanquã illos Can-
 cellarij, Archidiaconi, aulici, venatoris titulos, seu po-
 tius, vt quidam interpretantur, n̄ uos Martyris no-
 stri per insigni virtuti leuiter inspersos, ego verò putē,
 non tam maculas esse, quàm miracula, quòd tanta
 deliciæ nullã eius vitæ partem Venere infecerint, ne-
 dum mentem fregerint: tamen cum hæc singula sint
 diuinæ gratiæ igniculi tantum multis pompæ ac mū-
 di quasi cineribus obducti, ab his ego cineribus men-
 tem vestram abducam, Thomamq; nostrum, ac vos
 cum Thoma (si sequamini non inuiti) diuinæ gratiæ
 flamma in Archiepiscopi sancti actionibus vndique
 i 5 pro-

prorumpente, ad martyrij illam, quæ nullavquam
 atate exarescat, lauream facili, trita, ac compendio
 via perducam. postquam ergo Thomas & aulicum
 moribus politulus, & clericum doctrina intima, & Ar-
 chidiaconum prudentia summa, & Cancellarium vi-
 ta sancta ornarat & honestarat, ipse tandem orna-
 tus est illa, quam Anglia nostra habet summam, &
 regio honori penè parem, Archiepiscopatus dignita-
 te. sed quo modo ornatus? et si singulari omnium vo-
 luntatum propensione, ut in reliquis honoribus sem-
 per, tamen maiori Thomæ felicitate, quam in villo vi-
 tæ munere vnumquam. nam et si Thomas (quod in auli-
 co doctrinæ ad Archidiaconum, in Archidiacono pra-
 dentia ad Cancellarium, in Cancellario sanctitati
 quosdam quasi gradus sibi strauerat ad Archiepisco-
 pum) omnibus maximam iam suæ cõcitarat vel pro-
 dentia, vel pietatis opinionem: tamen quod quo tem-
 poris articulo fuit sacro oleo perfusus ab Episcopis, et
 dem se sentiret gratiæ vnguentis delibutum, ita hoc
 superat omnium notionem, ut videatur sanè ad diuini-
 tatem in illum voluntatis singularè testificationem sin-
 gulare ac propè diuinum. quanquam enim gratia di-
 uinitus instillata non sit horarum, non dierum, non
 mensium, sed hominem extra hominem abripit
 transuersim; tamen sic diuinæ gratiæ aura perficitur
 ut auram ipso sensu vsurpes; sic diuinæ gratiæ qua-
 dam quasi turbine abripi, ut te sentias abreptum, hoc
 profectò aut nunquam fit, aut tum solùm fit, cum
 Deum

Deus vel Franciscos illos vocet ad miracula, vel Thomas hos seponat ad martyria. delibutus est ergo eodem temporis articulo S. Thomas ynguento, & hoc terra humano, & illo coeli diuino: & ita delibutus est, vt cum primùm fuerit creatus ordine Aaron, is statim vnctione quoque esset factus Samuel, ac videretur Deus potius quidam lapsus è coelo celestis, quàm homo effusus in terra terrenus. cuius doni cum multa sustulerit mundo signa sanctus vir, tum illud maxime, quod qui Cancellarius sensuum voluptati, quantum poterat per virtutis normam, indulgit liberè; Archiepiscopus iam factus omnium statim voluptatum vires compresserat, secreuerat labes, ac neruos ita eliserat, vt & mens sensus omnes, tanquam equos, insita proteruia ferociter exultantes in suum gyrum facile traduxerit, & ratio, tanquam domina, clamaret iam ad aures, ne quid hauriant, in quo obscenitatis; ad palatum, ne quid gustet, in quo intemperantia; ad linguam, ne quid efferat, in quo mendacij; ad oculos, ne quid vsurpent, in quo curiositatis; ad omnes sensuum animique facultates, ne quam obeant functionem, in qua vitij alicuius labecula hareat ac insideat. sensus (Auditores) sub imperium coegisse, eosque, in quibus perpurgandis ac à carnis concretionem quasi subigendis maximam vitæ partem fixerunt plurimi, ipso momento coegisse, tanta profectò diuinitatis est, vt rarò id in communi hac & peruulgata virtute repereris, imò nunquam nisi in Francis, Dominicis.

Ambro-

Ambrosiū, Iheronymis, Stephanis ac Thomis reper-
 ris. sed hoc cum sit desinere potius seruire mundo, quā
 incipere seruire Deo, hīc nō est nostra cogitatio sisten-
 da tanquam in prima ac summa Martyris virtute
 aliud aliud à Martyre est expectandum. at quidnam
 hoc tantum est, quod expecto? vt, post sensus subacti-
 missosq; sub iugum, se Deo resignet, id est, in Christo
 suum se totum profundat suis in verbis constantem, et
 ue in factis pie. sed ad hoc quibus opus est neruis et
 Sampsonis, qui in campo hostem prosternat alienum
 sed Davidis, qui in pectore hostem confingat proprium
 alimus intus alimus hostem latentem, sed proteruum
 animi nostri per angustis cancellis inclusum contin-
 mus aduersarium pusillum, sed peruicacem. cuius vi-
 res nō franget Hercules tanquam Caucasum sua clau-
 ua, quanquam nobis est infestior quā vllus Hercules
 Caucasus; neq; incidet tanquam Gordium nodum
 lo ense Alexander, quanquā nobis est difficilior, quā
 vllus Alexandro Gordius nodus; neq; sternet tanquam
 Goliath sua funda David, quanquam nobis est per-
 culosior, quā vllus Davidi Goliath: frangent tam
 delicatula Cecilia, sed frangent mentis submissione
 incident tenelli innocentes, sed incident Dei auxilio
 sternent sternent Petri exhaustis viribus languida
 sed sternent animi patientia. at quis potest latere
 nobis tantarum virium tantillus hostis? ille ille, qui
 quò præclariori bonitatis integumento later inuol-
 tus, eò ferit altius, id est, quem nos etsi blandius
 pro-

propriam voluntatem appellamus, belluam tamē ap-
 pellat Bonauentura, quodd nihil ratione neſcit; Colu-
 brum Dorothæus, quodd animum prius morſus veneno
 extinguat, quàm ſibi ſuſurro excitat; Crocodilum
 Ambroſius, quodd, amici perſona induta, tectius conſi-
 cit; paruum demonem Franciſcus, quodd omnia pecca-
 ti & mortis vulnera animo noſtro infligit. hanc pro-
 priam voluntatem, hanc belluam, hunc Colubrum,
 hunc Crocodilum, hunc paruum demonem ſi quis e-
 liſum contriuerit, facilis huic ac recta patet ad perfe-
 ctionis Chriſtiane cumulū illum, quem in Martyre
 deſidero. nam hoc aduerſario extincto, quid impedit,
 quò minùs mens, contemptis fluxis, omni contentione
 conetur intelligentiam cognitione, voluntatem vir-
 tute, ac reliquas facultates, ornamentiſ ſuis, tanquam
 gemmiſ diſtinguere, vt ſponſus ſponſa in veſtibus nu-
 ptialibus decorè, dilecto delitiæ in vnguentorum odo-
 re ſua uiter, domino famula in lampadibus oleo plenis
 confidenter poſſit occurrere. quodd cum Thomas noſter
 intellexerat, ſed obſcurè; quærit Chriſtum ſuum diu,
 ſed non aperte, nunc in cilicio, nunc in virgù, nunc in
 laceratione corporis, nunc in ſqualore vermium, nunc
 in lachryma, nunc in dolore, nunc in oratione, nunc
 in vigiliis. ſed quid Thoma video te violatum vngue,
 conciſum virga, cilicio afflicto, dolore fractū, ſqua-
 lentem pediculo, lachryma fluentem vigiliis tabeſcen-
 tem? iſta iſta ſunt viæ ad Chriſtiane perfectionis ex-
 plendum numerum, ſed non ſunt ipſa perfectio; iſta
 iſta

ista muniunt viam ad martyrium, sed non faciunt
Martyrem. propriam voluntatem, tanquam pericu-
losum hostem, quæro ego in Martyre compressam
ac planè elisam; sed non video adhuc in Thoma, non
Archiepiscopus quod Canonicoꝝ arctiori regula
luerit viuere astrictus, fuit quidem pietatis: sed con-
timeat aut voces obiicientium hypocrisim, si Canoni-
corum abiectiori se veste inuoluat; aut superbia per-
culum, si pompæ ac maiestatis non præ se ferat
ciem: odoror adhuc nescio quid proprie voluntati
cur non exuis te Thoma cultiori hac veste? cur non
Monachum præfers veste, qui Monachum refers
tute? bonus quidem es tibi, sed non satis est Archie-
scopo, nisi etiam bonus sis aliis. agè Thoma agè luce
lux tua coram hominibus, satis diu latuit tanta
tus illis timoris, periculi, ac propria tua cogitatio-
nis integumentis obiecta & inuoluta. non tibi, sed
tuis; Ecclesia illustranda, non tuæ tantum mentis
colenda tanta gratiarum copia fuit imperita celo.
cur non aperis zelum tuum? cur virtutem regis
pompæ & exquisita veste? prodi Thoma, murmurant
Monachi; prodi Thoma, minatur Angelus. qui homo-
num (Auditores) non mouebatur voce. Angeli ita per-
cellitur minis, ut quæ vellet semper latere virtus, ce-
gatur iam prodire ac emanare in vulgus: imò quod illa
maiori antea vi continebatur, ed maiori iam impetu
tanquam flamma erumpens, omniaq; timoris, naturæ
repagula effringens euolat altius, ac sandis se

mnes partes latiùs. nam cùm primùm sanctus vir An-
 gelum siue intelligeret offensum, siue timeret incen-
 sum, intimis sensibus angitur, ac culpam vel eluit la-
 chrymìs, vel vindicat pœnis, pompam exuit, nuntium
 remittit voluptati, nuntium carni, nuntium mundo,
 multa vult, multa curat, multa contendit; sed in his
 tamen multiù video tantùm se exerentē diuini amo-
 ris scintillam, inuestigo flammam; voluntatem vo-
 luntatē in nostri Martyris actionibus adhuc tantùm
 video pressam, quaro repressam. quid? fluentes cleri-
 corum mores vincit disciplina? aduerto pium, rem re-
 stituit Ecclesia? agnosco diligentem pauperum susci-
 pit patrociniùm? audio liberalem. non patitur viola-
 ri Ecclesie auctoritatem? video pastorem bonum, oc-
 calefcit ad iniurias, iustitia causa? laudo iustum. Re-
 gi non irretitur blanditiis? amo fortem. hostium
 non frangitur minis? admiror constantem. quanquã
 quæ est constantia laus quære latebras? confuge-
 re ad urbem tanquam asylum? cur fugis Medice? tui
 inficiuntur, putescunt, si non feceris medicinam. cur
 fugis pastor? oues dissipantur, laniabuntur, si non
 inluseris septis. magnum fuit, quod inter medios
 hostes necem iam spirantes prodi Regi obuiam indu-
 tus alba, crucem præferens manu, voce precatus pa-
 cem, factò poscens pacem rebus Ecclesie, magnum fa-
 nè fuit: sed ignosce mihi Iesu, si quæ puto in aliis ma-
 gna, illa in tuo Martyre reiiciam tanquam medio-
 cria. magnis non sum contentus, in maximo Martyre
 quaro

quaro

quero maxima; Thomam Thomam, propria ex
 voluntate, quero non fugientem cum Athana
 (quanquam & hoc fugere fuit pietatis) sed vel
 Stephanis caput obuiientem lapidi, vel cum Pa
 ceruices subiicientem ensi. at hunc vbi inueniam?
 in fuga apud Pontificem, non in quiete mona
 Pontiaci, non in gratia Regis Franci, non in ieiun
 non in ciliciis, non in paupertate (quanquam hi
 runt proximi gradus ad hoc, quod inuestigo, summi
 sed domi in laboribus, domi in periculis, domi in pa
 entia, domi in exemplo, domi domi in oratione. ut
 sanctus Dei athleta post reditum cum mentis sua
 tionem à rerum externarum cogitatione abduci
 & in Christum suum desixisset, ac (quod fuit illi
 ti per familiare) intra se esset quasi extra se, audi
 cem missam diuinitus, Thoma Thoma Ecclesiam
 illustrabis sanguine tuo. quid? contremiscit forte
 Thomas ad has voces? fugit? appellat ad Pontificem
 Regis inquit gratiam? amicorum implorat auxilium
 nihil horum, sed letatur appetere iam diem, in
 tot periculorum, tot laborum, tot vigiliarum, tot
 ciorum, tot virgarum ferret fructum vberimum
 summissa mente, sanctoq; voluntatis sua sacrificio
 cem hauriens aure, ac Spiritum sanctum corde, id
 lum respondit, mea voluntas fiat, Christe, tua. en
 bis (Auditores) id quod querebam in nostro Mat
 re maximum: en Thomam sine voluntate sua
 Thomam, en Thomam cum voluntate Christi ipsi
 Chri

Christum, ut merito possit cum Paulo dicere, vivo ego, iam non ego, sed vivit in me Christus. si quidem post hanc divini amoris flammam è cœlo conceptam fuit semper contentio quædam sancta Thomæ cum Christo, ac Christi cum Thomæ, ut nec Christus in Thomæ voluntatis suæ instillandæ, nec Thomæ suæ in Christum vicissim refundendæ vllum vnquam modum ponat. in amore namq; divino is solus est modus, ut semper sit sine modo. Thomæ ergo pro Christo laborat, sudat, facit, dicit, hortatur, obiurgat; Thomæ vicissim Christus & laboranti summittit animos, & dicenti verba, & facienti vires, & hortanti neruos, & obiurganti aculeos; ut mysticis amasus pie suaviterq; contendendi nullus sit finis, quoad sicarij impijque carnifices, irruptione in templum facta, sanctum virum Christo suo nauantem operam, isto post multos annos vertente iam die crudeliter extinguunt. ô barbaram crudelitatem, nonne satis vobis fuit, manus imbuisse sanguine, nisi etiam sanguine sancto imbutis, loco sancto imbutis, tempore sancto imbutis? quanquam (Auditores) non tam hoc fuit illorum fortasse crudelitatis, quam diuinæ providentiæ, qui in viri tam sancti mortem omnia sancta vellet incurrere. quippe cum nullum in Ecclesia Christi trophæum possit in formari cogitatione gloriosius martyrio, hoc ut non nisi Sanctorum est, sic profectò Sanctissimorum debet esse sanctissimum. id quod Christus ipse aperte loqui videtur; ecce mitto ad vos Prophetas, & sapientes, &

Scribas, & ex his occidetis ac crucifigetis. quid? mittuntur Prophetae, mittuntur sapientes? mittuntur Scribae? non mittuntur Martyres? mittuntur Martyres, sed non ut reliqui vna aut Confessoris, aut Prophetae, aut Scribae corona ornati; sed Prophetae, si Propheta fuerat, & Martyris; Confessoris, si Confessor fuerat, & Martyris; sapientis, si sapiens fuerat, & Martyris duabus laureis insigniti. nam ex iis occidetis & crucifigetis, id est, ex Prophetis, ex Scribis, & sapientibus, ex Sanctis facietis Martyres. o singulari Sanctorum priuilegium, ex iis occidetis, non illis, qui honori, qui diuitiis, qui mundo, qui carni, tanquam cadaueribus corui, inhaerent, patet via ad martyrii gloriam, sed his, qui singulari sanctitatis laude floruerunt, ex his, ex his occidetis. vis ergo occidi propter Christum? ex iis prius oportet te esse, qui contemnunt hominem. siquidem nisi prius fueris aut Amos propheta, aut Petrus apostolatu, aut Dionysius doctrina, aut zelo Stephanus, nunquam sane eris vel Amos veneni, ut Petrus crucis, vel Dionysius gladij, vel Stephanus lapidum laurea decoratus. quid quero ambages? summa haec est, nisi fuerimus Thomae vita ac voluntate sancti, nunquam erimus Thomae morte ac trophaeo Martyres. Dixi.





DE RESURRECTIONE ET

SACERDOTIO ORATIO DECIMA,

habita Romæ die Resurre-
ctionis.

*Q*uæ duæ res solent animos vel piè af-
fectos delinire suauitate, vel beneuo-
lè propensos persunderè lætitiâ; illæ
mibi ambæ (Audito.) faciunt, vt ani-
mo discrutier, & intimis sanè sensibus angar, Christi
triumphus, amici amor. triumphat hodie de hosti-
bus tribus vna victoriâ gloriosissimè Christus, ac læ-
titiâ de tanto triumpho conceptæ præsefert significa-
tionem totus mundus, & Ecclesia in cantu, & An-
gelus in niuea veste, & monumentum in odore, & la-
pis in cessione, & Maria in vultu, & Magdalena in
voce, ego tamen solus, aut cum paucis vnus, vel in
tanti triumpho lætitiâ differor dolore, vel in tantæ
lætitiâ communionem excludor societate. afficitur sa-
cerdotij honore hic noster animo amicus, beneficio pa-
ter, ac de huius honore gaudent hi amantissimi eius
filij, gratulantur coniunctissimi patres, exiliūt grati
parietes, triūphant altaria sancta, ego tamen in tanti
honoris vel solenni gaudio concido victus, vel in tanti
gaudij grata significatione hæreo dubius. sed quæ po-
test esse ratio animi mei aut in tam certo triūpho an-
cipitis, aut in tam communi lætitiâ dolentis? nõ quodd

k a

nol-

nollem (Auditores) in singulis, quod solent singulis,
 sed quod non possum in vtrisque, quod debent omnes.
 nam tam magna est huius resurrectionis gloria, tam
 amplus huius gloriae triumphus, tam late in omnes
 partes fusa huius triumphus utilitas, ut cum totius e-
 loquentiae omnes fontes facile possit exhaurire, huius
 sanè meum riuulum, seu potius pertenuem orationis
 venulam nullo modo patiatur traduci ad sacerdotij
 irrigandum hortum. at si sacerdotium non attinge-
 ro, videbor profectò in hoc communi nostri Patri ho-
 nore, vel prodidisse officium p̄ij filij, vel deseruisse par-
 tes grati amici. quæ angustia? certat cum gloria
 Dei charitas Filij, cum triumpho Christi pietas Chri-
 stiani, sed expedienda difficultatis facilis est ratio, ut
 cum debeam vtrumque, & sacerdotij laudem pro of-
 ficio, & Christi triumphum pro merito persequi ora-
 tione, possum tamen pro dignitate neutrum: sic attingam
 singula, ut si vtrobiq; fortasse desideretis facultate-
 tem, facile tamen probaueritis hinc in Filio gratam
 contentionem, illinc in Christiano piam voluntatem.
 attendite ergò (Audito.) tantisper dum & sacerdotij
 & resurrectionem in umbræ auro, sed breuiter v-
 trumque, ac eo ordine, ut cum sacerdotij omnes virtutes
 ex resurrectionis gloria efflorescant, prius huius glori-
 æ libem delicias, quàm illius neruos ac firmamenta
 explicem.

Solebant Patrum memoria Imperatores Romani,
 cum belli alicuius fortiter confecti virtuti de-
 neretur

nerentur amplissimi illi triumphorū honores, in curru ita ornari veste, nitere auro, fulgere gemmā, ve-
 torius populi aciem, cogitationemq; à reliquo triumpho ornatu in se solos abducerent. gloriosè sanè isti,
 sed prudentius Caesar, qui, re benè gesta, sic semper ascendebat currum, vt cum nullo aut currus, aut corporis ornatu niteret, defigeretur populi non acies in suo cultu nitidiori inspiciendo, sed mens in reliqui triumpho splendore suspiciendo. nam cum triumpho instituerentur ad populi rumusculos inaniter colligendos, putauit Caesar idq; verè, maiorem populo materiem occasionemq; spargendæ suæ laudis, propagandæ quæ gloriæ obiectum iri. si omnia in triumpho admiraretur, & duces in squalore miserè volutatos, & milites reuinctis manibus miseriæ humanæ certissimum documentum præbentes, & matres lachrymæ miserabiliter prosequentes amissam libertatē, & infantes lachrymam matrum fluentem ore haurientes quasiq; imbibentes, & equos ad præscriptū normamq; generosè singentes pedem, & reliquam prædam ordine pulcherrimè descriptam, gloriosèq; reportatam, quàm si solum Imperatorem auro gemmāq; fulgentem intueretur. eodem sanè ordine, sed non eodem consilio (ne videar velle diuinam prouidentiam cum humana prudentia impiè conferre) Christus Iesus hodiernum triumphum videtur instituisse; qui effractis mortis inferorumq; repagulis tantæ victoriæ gloriæ, humana carnis velo, tanquā abiecta veste, obtexit &

implicauit, vt homines reliquum tanti triumphi ap-
 paratum suspicerent, ac omnia aduerterent, sepulchra
 aperta, mortuos excitatos, Angelū nunc milites vultu
 vesteq; percellentē, nunc Marias voce vultuq; per-
 mulcentem, fugientes custodes, Marias vel pie curio-
 sas cum timore, vel sedulo nuncias cum gaudio, Iesum
 apparentem, Apostolos adorantes. o triumphum post
 natos homines gloriosissimū. nam in illis Pharsalicis,
 Hispanicis, Crotaniacis, Atheniensibus, Romani quid
 admireris? lachrymā? exprimitur iniuste seruitutē
 irrogatur crudeliter, pradam? repetetur miserē, glori-
 am? nulla potest fingi in tanta iniustitia, latitiam
 nulla potest concipi in tanta immanitate, varietatē
 at quae potest esse varietatis delectatio, in qua lachry-
 ma ita excipit lachrymam, dolor ita nequitur ex do-
 lore, miseria ita premit miseriam, vt si quam ex per-
 petuo multorum squalore patiamur voluptatem illi
 & influere in mentes nostras, Centauris sanē illi
 & Cyclopibus simus immaniores, at in Christi trium-
 pho ita est varietas perpetua iucunditati, ita iucun-
 ditatis continens varietati, vt quācunq; inspexeris pat-
 tem, vel ames iucunditatis varietatem, vel admireris
 varietatis iucunditatem, nam Christus praefert cruce-
 tem, & aperte praefert ad triumphum maiorem speciem,
 Mariae Christum quaerunt, & solite quaerunt ad a-
 moris clariorem testificationem; Angelo facies ve-
 stisq; splendent, & splendent haec niuis, illa fulguris
 specie, ad letitiae manifestiorem rationem; inuitan-

tur mulieres ad monumenti ingressum, & suauitate verborum inuitantur ad certio-rem veritatis confirmationem; exeuntes ex monumento mulieres gaudent, sed cum timore gaudent ad mysterij grauiorem reuerentiam; currunt in Galilaeam Apostoli, sed curiosè currunt ad fidei firmiorem vim; insinuat se in via Christus, sed latenter se insinuat ad charitatis vehementiorem impetum; adoratur Apostoli, sed hesitantes adorant ad maiestatis eminentiorem expressionem. ac ne res sensus expertes nihil videantur adferre ad tanti triumphi splendorem & laetitiam, lapis cedens restatur honorem, monumentum se aperiens spirat maiestatem, Synodon nitens loquitur diuinitatem, vt tota simul natura quadam quasi conspiratione gaudeat hominè in Christo hodie confixisse carnis illecebras, elisisse demonis neruos, eluisse mundi fraudem. nec sanè hoc immeritò. nam vt in morte Christi natura, quasi exectis neruis, videbatur languere, seu potius lenta quadam tabe iniecta, omnino mori: sic in triumpho iam Christi videtur triumphare, ac in eius vita, veluti viribus è caelo summissis, omnino reuiuiscere. ac ne videantur hæc potius ficta à me oratoriè, quàm à Deo facta verè, en tibi miselle in morte Christi petram disrupta compage, terram commotis fundamentis, velum discissis filis solem inducta caligine languidum ac moribundum. quodd si hix in resurrectione Christi totidem opponas contrario modo affecta, perra disrupta monu-

mentum apertum, terra commota terram tripul-
 antem, velo discisso syndonem nitentem, soli tene-
 bris obducto fulgentem Angeli faciem, nonne ita sin-
 gula cum singulis mirifice conspirant, ut doleas in il-
 lis Christum mortuum, gaudeas in istis Christum re-
 surgentem? quod si reliqua conseras cum reliquis, o-
 dium Iudeorum cum desiderio discipulorum, contu-
 meliam Sacerdotum cum laude mulierum, timorem
 custodum cum reuerentia Apostolorum, dolorem (in
 reliqua taceam) carnificum cum letitia Angelorum,
 vtrinque apparebit eminens quaedam ac viua expres-
 sio naturæ in Christo hinc mortuo morientis, illuc
 viuo viuentis, & ad antiquas vires diuinitus rede-
 untis. atque sanè si huius rei omnes partes intentis
 oculis intueamur, nihil videtur resurrectionis aut
 gloriam amplificare magis, aut letitiam exprimit
 manifestius, quàm ista passionis antithesis resurre-
 ctioni ex altera parte peraccommodatè respondens
 nam cum homo ea naturæ conditione aptus sit & co-
 agmentatus, ut inter reliquos vehementes illos animi
 motus grauissimè doloris sensu afficiatur, sit ut ex do-
 loris peracri morsu in letitiam (si contraria incidat
 causa) multò dulcius ac fructuosius dilabatur. quæ san-
 nè causa factum puto, ut nunquam penè in sacris mo-
 numentis legatur litera de passione, quin subiiciatur
 mox mentio resurrectionis. David quodam amari-
 sensu instinctus clamat; quare fremuerunt gentes et
 tam tibi patientis miseriam. sed quid subnectit? ego
 sum

sum constitutus Rex ab eo. eccam tibi resurgenti glori-
 am. Paulus diuino afflatu concitatus scripsit, mor-
 tuus est propter peccata nostra. eccam tibi humanae
 naturae miseriam. sed quae vox huic continens est? re-
 surrexit propter iustificationem nostram. eccam tibi
 diuinae naturae pietatē & gloriam. ac ne singula con-
 quiram, postquam Isaias Christi omnes penè angu-
 stias, miserias, alapas, sputa, conuitia, lanceam, spon-
 giam miserabili oratione depinxisset, vna resurgenti
 gloria, tanquam exitu, totam orationem concludit.
 omnes (auditores) omnes siue Prophetæ & Euange-
 listæ legunt Christum miseria afflictum, vt commo-
 dius gaudeamus Christum gloria affectū. omnes plo-
 rant illum veluti hominem passum, vt libentiùs tri-
 umphemus eum, veluti Deum, resurgentem, quae cer-
 tē eò pertinent singula, vt intelligamus resurrectionem
 esse passionis, siue materiae imperfectae quandam
 formam, siue actionis inchoatae quandam perfectio-
 nem, siue virtutis penè summæ cumulum & absolu-
 tionem. siquidem cum Deus passionem ac resurrectio-
 nem quasi quosdam extremos fines suae bonitati in
 humano genere vindicando pegerit, vt passione nimi-
 rum elueret nostra mala, resurrectione restitueret
 nostra bona; quantulum quaso illud fuit, nos per pas-
 sionē fuisse factos integros à contagione admissi mali,
 nisi per resurrectionem fuisset facti participes a-
 missi boni? quantulum (Auditores) quantulum fuis-
 set Christum, vt Pauli vtar verbis, fuisse mortuum
 k s pro-

propter peccata nostra, nisi resurrexisset propter in-
 stificationem nostram? imò Paulus, ille, qui ad perre-
 condita Dei mysteria, quasi adyta, solus admissus est,
 tantum ponit virium in resurrectione, vt dicat illi
 nunc esse anchoram salutis, si confitearis ore Do-
 minum Iesum, & in corde credideris, quòd
 Deus eum suscitauit à mortuis, saluus eris
 nunc esse suæ scientiæ perfectionem, vt inueniaris
 illo ad cognoscendum illum & virtutem re-
 surrectionis eius nunc esse summam fidei, memò
 esto Dominum IESVM resurrexisse à mor-
 tuis; nunc esse diuinitatis certum indicium, decla-
 ratus est Filius Dei ex eo quòd resurrexit
 mortuis. quid quero maius? in passione Christus
 vincitur, in resurrectione vincit; in passione insul-
 tatur, in resurrectione frangitur; in passione mor-
 dus irridet, in resurrectione videt; in passione tota na-
 tura opprimitur dolore, in resurrectione tota natura
 colliquescit gaudio; in passione apparet effigies
 hominis, in resurrectione eminet species hominù De-
 i ex eo quòd resurrexit (Auditores) ex eo quòd resur-
 rexit declaratus est Filius Dei. ó pulcherrimum mys-
 terium, ó summum mysterium, ó factum omni leti-
 tia prosequendum. atque vt me apertè indicem vobis
 huius mysterij magnitudinem cum seridè cogito, fit
 pio quodam ac sancto Christi amore incensus irascitur
 nonnunquam beatis illis Ecclesiæ doctoribus, quòd
 resurrectionis gloria aperienda collegerunt minime
 que

quaedam & exilia. miratur Augustinus cedentē lapi-
 dem. quid miraris Augustine lapidem cedentem? to-
 ta natura renouatur amplificat S. Leo exterritos cu-
 stodes. quid amplificas Leo custodes exterritos? infer-
 nus eliditur. suspicit Chrysologus mulieres latantes.
 quid suspicis Chrysologe mulieres latantes? exultat
 caelum. obstupescit Iheronymus tremulos Iudaeos. quid
 obstupescis Iheronyme Iudaeos tremulos? totus mun-
 dus commouetur. fuerunt illa certē à sanctis doctori-
 bus scripta pie, scitē, eloquenter, sed tenuia tamen il-
 la sunt (ignoscite meo amori sanctissimi patres) ac
 per exigua in resurrectionis triumpho, ubi & vita mi-
 ratur se mortuam, & mors gaudet se viuam. vultis
 fortasse iam, vt qua ex resurrectione manant ad nos
 vtilitates, breui explicem. sed excludor tempore, &
 id satis fortasse fuit monuisse Christum resurrexisse
 propter iustificationem nostram. nunquid hoc pa-
 rum? impetrauit etiam Christus, vt dignaretur om-
 nipotens esse hominibus Deus & Pater. Ioan. 20. ex-
 pectatis maius? discipulis impertiuit, vt possint re-
 mittere ac retinere peccata, ibidem. quaritis plura?
 concessit resurgens suis, vt baptizarent in nomine
 Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Matth. 28. eti-
 amnum vultis? promisit se nobiscum futurum vsque
 ad consummationem seculi. hoccine etiam est infra
 vestram expectationem? confirmauit sacerdotium,
 qua vna re nihil potest excogitari diuinius. nam cum
 illa remittere & retinere peccata, baptizare, & id
 genus

genus alia, enata sint ex resurrectione, nec alterum
sint functionis, quam sacerdotij, existit sane, sacerdotium
quicquid habet virium ac nervorum, id totum
ex resurrectione habere. quare si sacerdotij vim, sancti-
tatem, functionem, breviter exponam (qua est secun-
da nostra orationis pars) reliquos resurrectio-
nis non exigetis ut spero à me, cum in hoc vno omnia
includantur, vel ad hoc vnum facillime possint reser-
vari.

Nec novum est, nec mirum est hereticos pietatis
& religionis integumento fallaciter implicatos
tam cogitationem operam sedulo dare, ut inconfusa
plebis mentes falsis opinionibus oppleant, & turpissi-
mè erroribus obstringant: sed hoc profecto (clarissimis
Auditores) & novum est & mirum est, esse nosse
etate genus quoddam hereticorum tam prorupta
audacia efferratum, tam insigni scelere teitrum, & tam
omni pietatis religionisq; sensu simulationeque ali-
quod in omnibus penè rebus à Catholica Ecclesia
sua capitali quodam odio usq; eò dissideat, ut sancti-
sacrificij, sacerdotijque rationem, vel levis saltem
perstringat. nam si ex medijs inferis excitemus quod
quid peperit monstrorum Pelagius, quicquid pro-
giorum genuit Eutiches, quicquid portentorum au-
dit Arrius, Monachos institutionum & monasterio-
legibus vinctos, Sacerdotes rasi capitis, demissa vestimenta
aliuq; genuini sacerdotij notis insignitos videremus
rem sacram facerent in Ecclesia more Patrum, ad alios

auctoritate Ecclesie, pro omnibus pie, cum ceremo-
 niis decore, denique de forma sacrificij & sacerdotij
 ita nihil euersum, ac ne inuersum quidem, vt ex me-
 dia Christi Ecclesia excitatos iurares, nisi pro concio-
 ne funestum errorem spargentes, pestemq; hareticam
 anhelantes illos audiuisses, soli, soli nostra etati hae-
 retici, qui ex Lutheri & Caluini sententiis effluerunt,
 inuenti sunt tam sine pietate, sine fronte, sine mente,
 qui in sacerdotij grauissima dignitate euertenda ora-
 tionem figerent, quasi summa impietatis numeros
 implere non possent, nisi id quod esset in Ecclesia sum-
 mum, orationis ac conuiuij machinis quasi admo-
 nis impetant, atq; ita impetant, vt nihil aut acriori con-
 uitio figant maledici, aut luculentiori vulnere concu-
 dant impij, monstra narro, non homines, nam si om-
 nem etate, etiam quae est à Christi memoria & pre-
 scripto remotissima; si omnem legem, etiam quae tur-
 pissima quadam superstitione est conflictata; si om-
 nem religionem, etiam quae vanissimis Philosopho-
 rum aut Hareticorum commentis est scedata, animis
 recolamus, videbimus apud illos sacerdotij quandam
 rationem viguisse, honorificam illam quidem, vt quae
 primas obtineret; & auctoritate plenam, vt quae Re-
 gibus legem quandam viuendi indiceret; & sanctitas-
 tis laude praecellentem, vt quae plebis animos religio-
 nis specie, & numinis timore intra officij sui terminos
 cohiberet: vt nihil videatur posse esse praestantius sa-
 cerdotij dignitate, cuius adumbratam intelligentia

à natura omnes omnium aetatum homines animis
 & mentibus conceperint, aut potius cuius illustra-
 aliquam speciem Deus in omni aetate voluerit em-
 nere, ne ille honor apud aliquos homines aut gentes
 videatur obsoleuisse, cuius titulo & ornamento apud
 omnes homines statuit illustrari. quid? an hoc vici-
 tur cuiq; obscurum? intuemini intuemini in omni-
 seges, siue quam natura impressit vi, siue quam Mo-
 les tulit iussu, siue quam Deus in animis hominum
 incidit auctoritate, sitis hospites, & peregrini in sa-
 crarum literarum lectione, si non fatemini sacro-
 tium summo honore semper floruisse. hominibus enim
 natura lege informatis, & Mosaiica lege astrictis qui
 fuerunt primogeniti, nisi Sacerdotes populo
 sa describentes, ceterisque omnibus auctoritate
 honore antecellentes? nobis luce iam diuina perspicua
 & ad Christi legem omnia reuocantibus, quid ius
 illi, qui ad rationem & imitationem Melchisedech
 sunt efficti, nisi Sacerdotes, qui offerrent Deo incen-
 sum dignum in odorem suauitatis? sed ne videantur
 tam late patentem intra sacrae lectionis angustias
 le coercere, animis iam obite omnes Graecos, omnes
 Romanos vana quadam Deorum superstitione obli-
 gatos, his sui Pontifices, illis sui Flamines, utriusque
 hi & illi insulis, mitra candida, reliquoque orna-
 pralucetes, quid aliud praeseferunt, quam diuina
 sententiam de sacerdotio in omnium mentibus sus-
 non solum leuiter consignatam, sed firmiter impre-

fam? hinc Romulus in ipsis sua ciuitatis incunabulis
 quosdam ceteris omnibus virtute & ingenio praestan-
 tes rebus religionis praefecit, hinc Aegyptij, hinc Scithae
 ipsi, quorum mentes nulla Dei opinio, quorum vitas
 nulla humanitatis species tinxerat, à Sacerdotum
 nutu & numine omnia pendere volebant, quasi nul-
 la ciuitas, nulla gens, nulla lex sine sacerdotio non di-
 co, noluerit stare, sed ne punctum quidem temporis
 potuerit stare, & cur sine sacerdotio non potuerit sta-
 re? circumspice diligenter omnem aetatem, quibus mo-
 ribus Sacerdotes fuerunt tincti, qua religione imbu-
 ti, qua lege obstricti, iisdem prorsus reliqua tota plebs
 fuit obligata, vt omnis lex legisque vinculum non a-
 liunde suas rationes suspensas habeat, quam à sacer-
 dotio, legibus pietatis, continentiae, virtutum deuin-
 citur sacerdotium? iisdem legum firmamentis vita
 totius populi continetur fluuntne Sacerdotum mores
 sine virtutis norma, sine pietatis regula, sine Christi
 praescripto? in perniciem cum Sacerdotibus ruit reli-
 qua tota plebs, nec est cur hoc miremini, habet habet
 enim sacerdotium insitam quandam sed latentem
 rationem, cuius vi, tanquam imperio, legem tenet
 constrictam, ita vt quocumque inclinēt sacerdotium,
 sequatur & lex: habet que lex quoque miram sed cer-
 tam rationem, vt nunquam nisi cum nutante sacer-
 dotio nutet, nunquam nisi cum inclinante sacerdotio
 inclinēt, nunquam nisi cum mutato sacerdotio mu-
 tetur, & penitus ex Ecclesia tollatur, ad mutationem
 enina

enina

enim legis semper fuit translatio & sacerdotij, ut ap-
 stolus, ille, qui gentes errore cæcatas ad fidem conuer-
 tit, non tam scite quàm verè sacris literis consignatum reliquit. ex quibus plane perspicuum est, quibus
 lorum, qui Calvinismi & Lutheranismi sordibus ob-
 liti sunt, referuntur cogitationes, qui dum sacerdotium
 turpissima voce proscindunt, Euangelij ac Christi
 legem cuniculis quibusdam oppugnant, sed Euangelij vim
 & memoriam summa veneratione presequuntur. at qui potes, heretice, Euangelij legem pro-
 sequi veneratione, qui sacerdotij formam soles in-
 tæri contumelia? cum hæc duo ita vna perpetua
 apta & colligata hæreant, ut si illud claudicet, ruit
 bet hæc; si illud tollatur, hæc antiquetur. apagesis in-
 tu veteratorie heretice, siue Lutheri stultis, siue Cal-
 uini vesanis placitis aut verius commentis te dicam
 sti, apagesis inquam cum isto tuo sancto Euangelio
 nobis sacerdotij veram rationem è medio tollas, cuius
 momentum & pondus iam tandem si perspicias claris-
 sime, animaduertito quoque illius necessitatem, ve-
 setur Ecclesia in errorum turbinibus & procellis, in
 gitiorum tenebris oppleatur, vulneribus luculentissi-
 mis vndiq; concidatur, qua tu, heretice, ratione ista
 procellas dissipabis? qua luce istas tenebras dissipabis?
 qua arte istis vulneribus medicinam facies? concilio-
 rum fortassis dixeris ratione, quæ est certissima, ut
 cilio- rum luce, quæ est clarissima, concilio- rum
 quæ est expeditissima. at ex quibus, quæso, constabit

hæc concilia ? ex turba fortasse ministrorum , qui ex
 Lutheri & Caluini schola sunt profecti. itane verò ?
 ad eos de Ecclesiæ referetur , qui Ecclesiæ rem dissi-
 pant ? ad eos de Ecclesiæ medendis vulneribus , qui Ec-
 clesiæ vulnera inflixerunt ? ad eos , inquam , referetur ,
 quorum oculi libidine , lingua maledicentia , animus
 malitia , reliqua tota vita omnium flagitiorum sor-
 dibus est oblita ? ad eos , qui si auctoritatem suam à
 principio arcessere cogantur , Caluinum ac Lutherum
 sui ordinis authores obrudent , ultra si vrgeas , hare-
 bunt , nec habebunt plane , quod hiscant ? iniqua sanè
 ratio . ex quibus ergo illa tandem concilia cõstabunt ?
 ex illis germanis Sacerdotibus , qui Episcoporum sa-
 cratissima manu consecrati à Christo vsque ad Gre-
 gorium hodie Ecclesiæ gubernacula felicissimè tra-
 ctantem , quasi perpetuo quodam cursu alij ex alijs
 nexi fuerunt . hi sunt , qui Ecclesiæ partes dissipatas
 colligunt ; hi sunt , qua vulnera colligunt ; hi sunt , qui
 turbas sopiunt ; hi sunt , qui contentiones & hereses
 extinguunt , tum priuata illa vi , qua Sacerdotes crean-
 tur secundum ordinem Melchisedechi , tum publica
 hac vi , qua in vnum concilium coguntur secundum
 præscriptum Ecclesiæ . ex quibus si concilium constet ,
 certum est , œcumenicum est , perpetuum est : ex alijs si
 constetur , varium est , vanum est , nullum est . id quod
 est videre in concilijs , si Dijs placet , VVitenbergæ , Li-
 psie , Augustæ indictis , quæ quoddæ exterrima apostata-
 rarum , rabularum , hæreticorum colluione conficie-
 bantur ,

bantur ,

bantur, cum vestigio euauerunt; cum contra illud
 Florentinum, Nicænum, Alexandrinum summo bo-
 nore colantur à Catholicis, summo timore recolantur
 ab Hæreticis. quæ quidem singula cogunt atque effi-
 ciunt, cum Christianus orbis non possit sine consilio
 consistere, Sacerdotibus, qui horum conciliorum ha-
 bentur, & omni ætate habiti fuerunt authores, Ec-
 clesiam, tanquam Atlante celum (si commenta di-
 uinis liceat intexere) necessariò niti. quibus rationi-
 bus nixus Ariopagita, is, qui cœlestem Iberarchiam
 eleganti verèque diuino penicillo depinxit, Christia-
 nam gentem in suas classes distributam hoc ordine
 collocat. primas Magistris Ecclesiæ, secundas Mon-
 chis, tertias & vltimas plebeis defert. at quos, quos
 plebeiorum nomine consignat? non illos solùm, qui
 nulla vel humanitate politos, vel doctrina ornatos
 fortuna ad infimam sortem depressit: sed illos etiam
 quos illustri familia ortos, & morum summa elegan-
 tia præditos fortuna Regum ac Principum titulo
 signiuit. quorum auctoritatem si cum sacerdotum
 conferas, sordebit profectò, ne quid dicam abiectum
 nam cum homo ex duabus partibus coagmentetur
 animo & corpore, Rex, cui corporis procuratio com-
 mittitur, florebit quidem auctoritate inter ceteros
 plebeios, & florebit in vilissima & abiectissima re-
 vanda; Sacerdos, qui animo ex diuina natura de-
 libato præficitur, florebit ille dignitate summa inter
 Angelos, & florebit in re, vt videtis, diuinissima.

est, quod Saulem & Dauidem à Sacerdote Samuele
 creari, ungi, consecrari iussit: Sacerdotibus verò om-
 nibus, Noë, faciendæ arcæ; Abrahæ, offerendi; Moy-
 si, immolandi, id est, sacerdotij obeundi ipse solus
 committere voluit; quasi de rei diuinæ dignitate de-
 cerperetur plurimum, nisi ille, qui Deus est, ipsam
 contulisset. meritò ergo ipse Ariopagita Reges reli-
 quosque sacris non dicatos plebeiorum nomine cen-
 suit, & Sacerdotes rebus diuinis seruietes magi-
 stros Ecclesiæ appellauit. & cur magistros Ecclesiæ?
 qui plebem præceptis informant ad pietatem, Sa-
 cramentis ad salutem, exemplo ad religionem, non-
 ne iure hoc titulo nobilitandi sunt? nobilitandi sunt,
 & multò quidem illustriori, Reges ergo eos appella-
 uit. vos genus electum, regale sacerdotium,
 gens sancta. & cur Reges? qui plebù animos suo
 imperio intra officij virtutisque lineas continent, lu-
 pos ouili pelle inclusos ab ouili arcent, qui demon-
 num furorem authoritate, malitiam verbo, impe-
 tum precibus elidunt, annon iure hoc honore illu-
 strandi sunt? illustrandi sunt, & multò quidem
 insigniori, Angelos ergo eos appellat Malachias.
 Angelus Domini exercituum est Sacerdos.
 & cur Angelos? qui altari operam nauant, qui re-
 bus diuinis addicuntur, qui Apostolorum in terris
 personas tuentur, annon iure hoc honore insignien-
 di sunt? insigniendi sunt, & multò quidem amplio-
 ri; Deos ergo eos appellat Dauidus. an in hoc nomine

vestra cogitationis acies non hebescit? nam quid pre-
 testis (Auditores) maius mortali, quam immortalibus
 quid splendidius homini, quam Dei nomen tribu-
 re? Dij terræ Sacerdotes, qua enim potestate non
 Angelos, ac ne Archangelos quidem donauit, illa Sa-
 cerdotes impartiuit. si enim odio fratris tabescas,
 incesta Venere te obstringas, si sanguine patris sis pe-
 litus, aut si quod possis excogitare tetrius flagitium
 Sacerdos te quamprimùm ab omni labe integritatis
 reddet. id est, quod dixit Apostolus, sicut misit me Pa-
 ter, sic mitto vos, accipite Spiritum sanctum, quorum
 remiseritis peccata, remittentur illis, & quorum reti-
 nueritis, retenta sunt. quid? Sacerdotes ita Spiritu
 sancto afflatos esse, vt quam Christus à Patre, à Chri-
 sto Apostoli acceperint laxandi peccati potestatem
 eandem à singulis accepisse Sacerdotes? quid? Sacer-
 dotes in terris maximam potestatem, in cælis plus
 quam angelicam accepisse? Iudei Sacerdotes sum-
 ma veneratione tanquam Deos colendos esse ar-
 bitrati sunt, quod lepram corpori impressam abster-
 serint, nos Christi Sacerdotes non Deorum nomina
 dignos iudicabimus, qui teterrimas quasque peccato-
 rum labe animo inustas, vi quadam defluente à Spi-
 ritu sancto, eluunt? sed sistitis fortasse hæc cogitatio-
 nem vestram, cogitate adhuc quod vultis maximam
 vincam profectò cogitationem vestram. Sacerdos ve-
 let tanta gratia apud Deum, tanta auctoritate apud
 homines, vt Deus nolit homines sibi vindicare filios

nec homo possit Deum sibi vendicare Patrem, nisi Sacerdotis interiiciatur opera. nam cum fixum sit, & diuina voce fixum, nulli posse patere in caelos ascensum, nisi quem sacer fons abluerit, & Christi caro sanguisque rescerint, quid potest cogitari Sacerdotibus diuinius, quibus solis & sacri fontis, & corporis Christi consociendi potestatem Deus impertiiuit? ô diuinam auctoritatem, quam dum cogito, mente concido; ô diuinam potestatem, quam dum effero, lingua hareo. huius auctoritatis splendor Gregorium ita percussit, vt præciso digito, omnem sibi viam ad sacerdotium præciderit: huius potestatis magnitudo D. Franciscum, virum potius ex angelica quam humana natura aptum à sacerdotio semper retardauit. ex his viris, quorum exempla persequi nec omnes volumus, nec omnes debemus, colligi potest hanc prouinciam non cuius è plebe esse imponendam, sed hominibus angelica puritate imbutis, & diuina planè virtute præditis. Ito iam Hæretice, & tuos ministros desine iactare, quos ipsi vestra secta fautores vilissimum & abiectissimum genus hominum arbitrantur: Age Catholice, ipse in te descende, & tuos Sacerdotes summo honore amoreque complectere, quorum potestatem, auctoritatem, vim, sanctissimi quique laudant, Angeli venerantur, Deus prædicat, magna res est? excitat ad admirationem. rara est? excitat ad amorem. diuina est? excitat ad stuporem. sacerdotium demonum vires premit, quid maius? hominum sordes purgat, quid

varius? Christi corpus conficit, quid diuinius? reliqua meministis, ex quibus cogitur nihil esse in Ecclesia scriptis, ac ne in mundi quidem terminis sacerdotio diuinius. quid? sacerdotio nihil est diuinius? at ex resurrectionis fonte fluit sacerdotij riuus: quanta ergo resurrectio? non queo (Auditores) statuere, nec volo dicere. nam cum haec dixerim & resurrectionis fontem aridè, & sacerdotij riuum ineptè; hunc tamen & illum pro ratione loci amicè: reliquum vtriusque laudem malo venerari tacendo, quàm dicendo imminuere. Dixi.



DE LAVDE S. IOANNIS

EVANGELISTAE, ORATIO
vndecima.

QUAM consuetudinem illi ex schola periti Oratores tanquam legem seruauerunt, vt in magnis causis sibi à Deo precarentur concedi orationem in Ciceronis conspersam floribus, ad aures audientium suavitate deliniendas; vel Demosthenis vinctam neruis ad animos eorum pondere perfringendos: eandem ego coram vobis hoc ipso ex loco hodie persecutus fuissim, si id, quod ago, putassem potius orationis esse ex ingenio artificioso promptæ, quàm mentis cuiusdam diuinitus afflatæ, concitata. verùm cum eos mihi motus

siue inusserit ratio, tanquam ex terra homini, siue
 inculpserit Deus, tanquam ex cœlis Christiano, ut
 putem hanc rem, quam conor, non tam orationis es-
 se, quàm rationis; imò verò non tam rationis, quàm
 spiritus cuiusdam, tanquam flammæ, concepti è cœ-
 lo, tantùm abest, ut velim hodie fluere ex ore meo
 vel illas Ciceronis delicias, vel hos Demosthenis cin-
 cinnos, ut si quis mihi Deus & hos & illas diuini-
 tûs hoc ipso punctulo largiretur, facile præferrem
 Basilij coturnos grandes, sed affectatè sæpè tumi-
 dos; aut Chrysostomi puritatem castam, sed exiliter
 nonnunquam depressam. quippe cum incidere mi-
 hi occasio oblata, non optata, præceps sed diuina Io-
 annis mei laudes numerandi potius, quàm poliendi
 (illud enim possunt aggredi pauci, hoc assequi nullus)
 illi siue Basilij vehementiores spiritus, ut in Euan-
 gelista donis percensendis aptiores: siue Chrysostomi
 casta dictio, ut in Virginis puritate ornanda decen-
 tior, plus videbuntur adferre neruorum ad rem ip-
 sam, sensum meum, vestram delectationem, quàm
 Ethnicorum omnium oratio exquisitissimis quibusq;
 artû ingenii que perlita luminibus. quanquam (Au-
 ditores) Basilij etiam coturnos, & Chrysostomi pu-
 ritatem in hac vna re contemnerem non inuitus, si ad
 horulæ vsuram Ioannes me afflaret spiritu Ambro-
 sij, tanquam cœlesti quadam aura; aut incenderet
 Bernardi motionibus, tanquam diuina flammæ ræ-
 dis, ardentibus: ut hac ratione vos videretis facile,

plus esse momenti ad diuina pertractanda in vno sub-
 gore spiritus, quam in omnibus omnium orationi-
 veneribus. verum hac mihi omnia & artis & spiritus
 subsidia deesse in alia fortasse causa etsi dolerem ple-
 rimum, tamen in hac vna mihi non adesse serio tri-
 umpho. quippe cum audituri sitis orationem de Ioan-
 nis laudibus non ex arte tanquam argilla fictam ad
 voluptatem, neque ex Ambrosij spiritu, tanquam ce-
 lo, haustam ad stuporem: hoc ad ceteras Ioannis lau-
 des accedet cumili, quod eum audituri sitis, qui in
 ceteris rebus subrustice verecundus, in hac tamen vni-
 re, solo Ioannis nomine tanquam miraculo subnixus
 audeat se polliceri, & sine Ambrosij spiritu diuinum
 & sine artis subsidio loquentem. bone Deus, in solo
 Ioannis nomine, tantum lateret miraculi, ex reli-
 quis eius actis quid eruetur diuinitatis? audite ergo
 audite non Iheronymi Hylarionem, aut Ambrosij
 Constantinum, sed Christi Ioannem, immo Ioan-
 nem Christum. num admiramini? sed attendite ad
 punctulum modo temporis, & efficiam vt obstupe-
 scatis toti.

Qui aliorum res praclare gestas vel dictionis
 lo tenui persequuntur, vt historici; vel vt Oratores
 quodam stili fulmine intonant gradus, ij etsi ma-
 gnum ponunt momentum, & merito quidem po-
 nunt in eorum, quos laudant genere, patria, educa-
 tione: tamen patrem Zebedeum, fratrem Iacobum,
 patriam Iudaeam (quae in alijs essent permagna) re-
 nostrum

nostro Ioanne tam minuta sunt & tenuia, ut hac in
 eius laudibus numerare hoc tempore, esset profecto &
 artis violare praescriptum, atque adeo Ioannis immi-
 nuere laudem. Nam hac tenuiora subiicere miraculo,
 quod posui primū, et si fortasse pateretur Ioannis laus,
 tamen non ferret artis praescriptio; aut minutiora il-
 la recensere, cum laudum maximarum torrens qui-
 dam me sua multitudine transversim abripiat, et si
 artis fortasse praescriptio ferret, tamen Ioannis laus
 nullo modo pateretur, à quo ergo primum texetur o-
 rationis meae filum? an ab eius exilij patientia, labo-
 re, inopia? at haec sunt peruulgata multorum laudes.
 an ab Euangelij praconio, in quo fortasse aquarunt
 illum nonnulli? an ab aetatis veneratione, in qua su-
 perarunt illum multi? an ab apostolatus honore? quid
 memoro apostolatum, aliaque id genus communia Io-
 anni cum aliis? scelus sit aut me attingere, aut vos
 audire alias hodie laudes, quam illas, in quibus Petri,
 Pauli, Thomae sic cedunt, ut excellat Ioannes; atque sic
 excellit, ut solus vincat omnes; atque ita vincit, ut si au-
 deant cum Ioanne nostro contendere, sint profecto (i-
 gnoscite si veritas à me exprimat vocem paulò diffici-
 liorem) arrogantiae nota aspergendi, ac ne putetis
 hac non tam à me dici sincerè ad veritatis inuolutam
 notionem explicandam, quam oratorie ad Ioannis
 laudes exaggerandas, facile omnes intelligitis humi-
 litatis tantam vim esse ad vitam tranquille pieque tra-
 ducendam, ut qui hac vna caruerit, virtutum umbras
 l 5 quas-

quasdam, ac ne umbras quidem videatur consecutum
 huius autem laude qui floruerit, omnium virtutum
 complexionem quandam, quasi absolutionem, peni-
 tūs comprehenderit. cuius rei explicatio videtur
 mihi nulla intersepta difficultate, si subductis dilige-
 ter rationibus consideremus tantas ex hac virtute
 libari voluptates, sed influere delicias in animos ho-
 minum, ut reliquarum virtutum dulcedines liqui-
 dissimæ cum huius delictis insimis si conferantur, vi-
 deantur profecto illæ, & verè sint non dulcedines, sed
 cruciatus; angores, non delictæ. quippè cum humili-
 tas vera diuinæ voluntatis altissimis radicibus defixa
 nunquam quæta & omni angore soluta consistat
 quoad in infimum deturbata locum, in Deo tan-
 quam portu quodam, tota conquiescat; sit ut nec
 missæ gratiæ, nec fortunæ præcipitæ, nec miseri-
 currentis vento, ac ne turbine quidem agiteretur, ni-
 dum dignitatis suæ gradu vlllo modo dimoueat. ob-
 iicitur bonorum iactura, tanquam procella? humili-
 tas omnem boni perfectionem metitur patientia, ob-
 gitur conuitio? ad aculeos conuitiorum occaluit
 ra. opprimitur iniuriis? malè narro eam iniuriis op-
 primi posse, cum velit concidi, excluditur suo iure? at
 hoc qui potest, cum id ipsum, excludi iure, videatur
 iuris proprium? atq; ut prudentia, tanquam domina
 quædam, & regina reliquarum virtutum, possit
 iustitiæ indicere legem, ne cedat suo iure, aut si cedat,
 accusetur ut iniusta; & temperantiæ præscribere, ne

 mo
 con
 fini
 re
 vin
 reb
 ali
 rog
 pru
 der
 for
 tio
 cel
 idi
 pri
 ra
 mo
 sup
 ni
 per
 cer
 sur
 eff
 ve
 qu
 m
 cil
 qu
 moua

moueatur suo loco, aut si moueatur, postuletur vt in-
 continens; & fortitudini imperare, ne excludatur suis
 finibus, aut si excludatur, insimuletur vt imbellis; &
 reliquis virtutibus praeferre septa, quae imperio iam
 vincitae tueantur, aut si non tueantur, arcessantur, vt
 rebelles: tamen si in humilitatis illa fines, tanquam
 alienos fundos inuolet, atque irruptionem faciat, ar-
 rogans profecto sit & impie superba. nam quid habes
 prudentia iuris in humilitatem? quae nunquam vi-
 detur iustior, quam cum sibi est iniusta? nunquam
 fortior, quam cum sibi languida? nunquam pruden-
 tior, quam cum sibi stulta? contendis fortasse tam ex-
 cellentem virtutem sapientiae condiendam sale. vult esse
 idiota, quid oggannis prudentia? vrget primae virtuti
 primum tribuendum locum? at infimus locus humili-
 tati est primus; aut si prudentia pergis esse impudenter
 molesta, id solum tibi concedet humilitas, vt appareat
 superba, ne videatur humilis. ignoscite mihi Cicero-
 niani, si humilitatis inquinatam vocem toties vsur-
 pem, cum humilitas malit Ecclesiae infima, quam Ci-
 ceronis tersissima voce explicari. nam cum cognoscit
 summam voluntatis verae rationem in infimis positam
 esse, eousque se abiicit, vt ne elegantia quidem dictionis
 velit vestri. o diuina humilitas, cuius tu pectus tan-
 quam scrinium atque domicilium quoddam tibi inpri-
 mis seposuisti, hic si esset mihi perspectus, illum ego fa-
 cile contenderem eò reliquis omnibus esse diuinioris,
 quò fuerat arctiori communione voluntati diuinæ
 impli-

implicitus. quid? fuit ne hic Thomas? minime gen-
 tium. at Paulus fortasse? ne id quidem. an Petrus
 ergo erat? tandem. nam ut facile concessero Petrum
 apostolatu priorem, Paulum ardore aequalem, Tho-
 mam reliquosque Apostolos Ioanni meo non inferiore
 labore, Ioannis tamen humilitas tam fuit depressa
 terram, seu potius tam erecta fuit in caelum, ut prima
 praecepit omnibus, secundas vix reliquerit vili-
 quidem cum sit hominis verae humilitatis laude pe-
 polita, quod infimum & abiectissimum habet, id
 omnibus suis actionibus, verbis, scriptis praeseferre
 uenerunt in suis siue latentioribus animi recessibus
 siue apertioribus vitae actionibus reliqui Apostoli, ut
 verè hic vermem, ille abiectiorem; vnus opprobrium
 alter stercus se appellaret: aliique suas maculas aliorum
 minibus scedioribus, quam ut debeant dici, abiectio-
 bus; quam ut possint credi, saepe notarent, at hic
 Iohannes cum verè, ut omnes; altius, quam vili-
 Euangelia sempiternis monumentis consignasset, om-
 nes animi sui latebras attentissima peruestigatio
 eruit, reliquasque vitae actiones acerrima mentis
 pertentat, ut eruendo videat, & pertentando inueniat
 at infimum, quo se abiiceret, titulum. voluit se verum
 nomine notare minutum, Basilisci contagiosum, et
 vae vilem, stercoris peccatorem, sed cum nec spiritus
 Euangelii velle esse falsi specie illitus, nec humilitas
 debeat esse simulationis, mendacique litura asper-
 quam voluntas suppressit, veritas tandem expressit.

lam infimæ suæ humilitatis vocem penè vltimam, discipulus quem diligebat Dominus. ô si illas aut violatæ fidei cum Petro, aut Ecclesiæ cruentatæ cum Paulo, aut infidelitatis susceptæ cum Thoma, aut vitæ turpiter actæ cum Magdalena notas Ioannes noster sibi potuisset inurere verè, quàm in illis amplificandis, ac humilitatis spiritu, tanquam artificio, colorandis omnes ingenij & eloquëtici suæ divitias explicuisset? sed debebant debebant illa eius eloquentiæ flumina hauriri in Pathmos ad Apocalypses illas describendas, cum hîc infimum reperiatur illud, discipulus, quem diligebat Dominus. hîc hîc (Auditores) ego Thomas, Bartholomæos, Baptistas, Iacobos, Petros, Paulos appellarem, at contestata lite sisterem tribunali Dei de humilitatis corona capiti Ioannis imponenda, nisi in hac mea audacia videretur habere aliquod diuina maiestatis violandæ scelus. Sed hoc tamen audeo & vobis plaudentibus, & diuis bene fauentibus, summa laterum contentione exclamare, si illud esse discipulum quem diligebat Dominus, sit in Ioanne nostro infimum, quid est in reliquis summum? ô superba Ioannis humilitas. aliud profectò nomen non possum reperire, quo illum exornem, qui cum vult haberi in summis infimus, & à me hodie, & à Patribus antea repertus est in infimis summus. quanquam non agrè inducor vt credam Ioannem, hæc ipsa cum scripserat, eorundem verborum complexu & notione simul voluisse comprehendere omnes naturæ maculas; vt etiam

hoc

hoc nomine Ioannis humilitas tanto videatur re-
 quis depressior, quanto est abiectius has sibi nota-
 num vindicare omnes, quam singulos gloriari sump-
 tis. nam illis verbis, discipulus quem diligebat Do-
 minus, quem sensum loquitur Ioannes noster ap-
 tius, quam se & natura esse vermem, ac ne vermem
 quidem; & vtilitate abiectioem, ac ne abiectioem
 quidem; & maleficio opprobrium, ac ne opprobrium
 quidem; & peccato stercus, ac ne stercus quidem (si
 dissimilis metaphora, violata arte, Ioannis nostri hu-
 militatem audeo deformare) cum id præ se ferat, ut
 illud seu nihilum potius quod erat, inde per-
 dere & in eo esse totum, quod à Christo diligere
 ô sanctissime Ioannes, quem diligebat Christus: ô
 millime Christe, quem diligebat Ioannes; ô Christe
 ô Ioannes & humilli & sanctissimi in hac vestra
 arcta & mutua amoris communionem quid laudem
 quid mirer? quid obstupescam primum? cum illa
 & diligi à Christo, & diligere Christum sint in
 anne nostro humilitatis laudes plane infimæ, sive
 infimum, quod ergo primum? sed patimini quod
 (Auditores) me quasi filo quodam orationis vos
 perducere ad crucem cum Ioanne, quam amorem
 lum primum, vltimum, maximum, diuinum & Io-
 annis in Christum, & Christi in Ioannem aper-
 ro. quanti fuit id, & quam infiniti amoris, cum
 liqui Apostoli in virgis, in sputo, in conuitiis, in pa-
 nis, in doloribus Christi, quasi minuti animi tyronum
 fugam

fugam capessere, latibula quædam quasi salutis asyla meticolose quærent, atq; aded scandalum, si saceris literis credimus. passi essent; solum Ioannem Mariæ fuisse comitem vsq; ad crucem, atq; ita fuisse comitem, vt ausim dubitare, an potius Maria sequeretur Ioannem, quàm Ioannes Mariam? verè verè Ioannes fusti discipulus, qui diligebat Christum: qui tanta amoris constantia stetisti ad crucem solus, quanta leuitate fugerunt à cruce reliqui. ô constantiam incredibilem. aduersarij ipsi quodam lachrymarum imbre manant perfusi, petra scinduntur, sol offunditur eclipsi, contremiscit terra, fugiunt Apostoli in Christi iam iam appetente morte, at Ioannes qui cœnantia recubens in pectus libauit dulcedines morienti in cruce voluit totis sensibus haurire dolores. quid nomino dolores? admiramini admiramini hîc (Auditores) Ioannis & constantiam & suauitatem, & lætitiâ, & animi magnitudinem, & reliqua omnia signa amoris, quæ cuiusquam vel oratione vel cogitatione possunt informari. nam Apostolos fugisse, fuit id mirum, sed imbecillitatis vt non reprehendatis acriter, petras disruptas fuisse, fuit id magnum, sed naturæ, vt non doleatis; solem fuisse inuolutum tenebris, fuit id graue, sed misericordiæ, vt non admiremini; cœlum cursu retardato media quasi lance suspensum stetisse, fuit id inauditum, sed doloris, vt nō obstupescatis; totam deniq; naturam quasi exectis ueruis iāguisse, ac perturbata tanta fabrica molitione,

ne.

ne, in architecti sui interitu penè concidisse, fuit
 horribile, sed necessitatis, vt animis toti non com-
 datis. at Ioannem nostrū in fuga Apostolorum, sed
 ad pedes Domini, fuit constantia, vt lauderis; in pe-
 trarum disrupta compage perstitisse immotum, sed
 amoris, vt gaudeatis; in solis caligine retinuisse an-
 lucem, fuit generositatis, vt admiremini; in tanta
 machinae perturbatione tota, habuisse suam mentem
 diuinae voluntati ita implexam, vt quam maxime
 nollet, illam libentissime veller Christi sui mortem
 hoc hoc est supra naturam, vt & timeatis & obstupe-
 scatis, & concidatis toti. sed qui omnem naturam
 perauit ad crucem, à crucifixo meruit audire, qui
 tota natura obstupescat. quid illud? fuisse fortasse
 discipulum, qui testimonium perhibet de his. quid
 discipulum, qui testimonium perhibet de his, cum supra
 pedtus Domini in cœna recubuit? quid supra pedtus
 Domini in cœna recubuisse, cum fuerit puer eius
 electus? quid puerum eius electum, cum fuerit impletus
 spiritu sapientiae & intellectus? quid impletum spiritu
 sapientiae & intellectus, cum fuerit indutus stola
 glorie. an hoc quicquam potuit audire maius? audire
 audiuit, quod cum dicere conor, lingua suppressis
 cibus fluitans palato inhaerescit. nam ad tantum
 sterium enunciandum opus est non Oratoris alicuius
 voce, contentione, latere, sed Cherubimorum at
 phinorum linguis, ardore, flamma. at quid potest
 tere tantum? habet hoc quidem, quod cum dictum
 flagi

flagitij speciem; veruntamen si non renuatis audire,
 audeo quidem dicere. non renuitis? meruit Ioannes
 audire ad crucem, & à Christo meruit audire. Ioan-
 nem esse Christum, vt duos iam habeamus Chri-
 stos. vnum Ioannem. nolite hîc irridere commentum,
 Christus dicit. nam quid, quaeso, sibi volunt illa ver-
 ba Christi ad Mariam, ecce Filius tuus? quid illa
 Christi ad Ioannem, ecce mater tua? nisi aut Ma-
 riam duos edidisse filios, quod est anathematis nota
 inustum; aut Ioannem esse alterum quasi Christum.
 nam etsi in hac vnare tantum se miraculum, quan-
 tum illa sola hora peperit, tamē si in rem ipsam men-
 tis nostrae notionem penitus infixerimus, hoc potuis-
 se edi facile videmus omnes, si viderimus ad satum fi-
 lij, plus esse virium in voluntate Dei iubentis, quam
 in semine hominis gignentis. adde Ecclesiae voce tan-
 quam oraculo fixum iam esse, quod Maria Christum
 ediderat mundo, sine vlla virginitatis violatione. si
 hoc credimus de Maria, quia Angelus dixit, Spiritus
 sanctus obumbrabit tibi; cur id de Ioanne non pati-
 mur nobis insculpi, cum Christus moriens quasi re-
 statò dixerit, & matri filius, ecce filius tuus: & fra-
 tri frater, ecce mater tua. in qua vnare etsi illa sunt
 prapostero naturae ordine miranda, quod seruus fa-
 ctus sit Domini frater, nepos matertera filius, ma-
 tertera nepotis mater, mater filij soror: tamen illud
 est maiori stupore dignum, quod sanctior fuit mater
 Maria, cum Ioannes relictus fuerit illi filius, quam

m

cuns

cum illa Christo fuerit ascita mater. Christum namque
 habuit filium, virgulta adhuc ex radice Iesse; Io-
 annem autem filium habuit arbor iam facta, quae vir-
 tutum patulū diffusa ramis per orbem, in electis sui-
 misit radices, sed quid? fuit id fortasse aliquo modo
 ferendum, Ioannem anteposuisse Apostolis, at Ioan-
 nem Christo non solum conferre, sed etiam praferre,
 est hoc quidem caelo Deique solio aduersa signa gy-
 gantæo quodam fastu inferre, quanquam si qua mihi
 vox exciderit amoris potius, quam temeritatis ple-
 na; non illa quidem missa fuit, ut Christo Ioannem
 anteferrem, sed ut vos intelligeretis amorem Christi
 in Ioannem, & Ioannis in Christum tantum potuis-
 se, ut cum Christus Ioannem absorpserit, atque Ioan-
 nes Christum exhausserit: & hic illius, & ille huius
 voluntatum coniunctione, alter idem merito potue-
 rit atque debuerit appellari, vnde cum Ioannes idem
 adesset Mariae superstes filius, qui Christus Mariae
 erat mortuus filius; Maria profecto eò videtur maiori
 sanctitatis laude cumulata, cum Ioanni est relicta
 quam cum Christo fuit cooptata mater: quod est mi-
 noris laudis fuisse matrem Christi vagientis in cunis
 quam Christi morientis in cruce, ex quo illa certe
 mergit Ioannis laus longè maxima, eum tanto
 ornatiorem, quod sit filius, quam quod sit mariti-
 lius, quanto est honorificentius esse Christum mor-
 tuum, quam esse Mariam viuam, bone Iesu, hoc vnum
 tantum per se est, ut reliqua omnia miracula relin-
 quat.

complexu contineat, vel suo splendore obscuret. nam
 quæ duæ res totum mundum hætenus impleuerunt
 admiratione, atq; ad eò cælum gloria; illæ ambæ hoc
 tempore necesse est aut cedant, aut aquentur, homo
 Deus, mater virgo. siquidem cum plus videatur, mor-
 tuum viuere, & hominẽ fieri Deum, quàm virginem
 esse matrem, aut Deum fieri hominem: quantum ex
 duabus illis primis in Iesu, ac Maria accessit ad mun-
 dum cælumq; admirationis, tantum ex his duobus
 postremis in mundo ac cælo ad Ioannem redunda-
 uit laudis. quæ cum videantur nobis fortasse obscu-
 riora, propter illam intelligentiæ nostræ offusam nu-
 bem, certa tamen, ac Christi penè vltima voce tan-
 quam testamento consignata, potes tu quidem Ioan-
 nes exclamare cum Paulo verè, ac fortasse quàm Pau-
 lus veriùs, viuo ego, iam non ego, sed viuit in me
 Christus. at hoc quidem mihi rem penitiùs iam inspi-
 cienti videtur tam admirabile, ac tanta inuolutum
 caligine, vt reliqua sanè omnia appareant mysteria
 nature, hoc vnum miraculum Dei. qua enim ra-
 tione angelica capi? qua diuina virtute necti potest?
 vt Ioannes eius vigeat vita, qui morte iam extinctus,
 omnis vita sit expers? viuit Paulus, iam non Paulus,
 sed viuit in eo Christus. magnum quidem hoc, sed
 non difficile. cum Paulus, sedatis atque ad eò extinctis
 sensuum affectionibus, sibi mortuus, Christi in cælo
 iam viuenti vegetetur vita. viuit Ioannes, iam non
 Ioannes, sed viuit in eo Christus. maximum hoc qui-
 dem

dem ac difficillimum. cum Christus, cuius vita dicitur
 vigere, morte deletus nullam iam ipse vitam habeat.
 profecto (Auditores) quod homini per loca dumetis ac
 spinetis vndique horrescentia facienti iter accidit, et
 dum sinuofiori se dumo explicat, asperiori spina im-
 plicetur; id mihi hodie in Ioanne ornando vsu venit:
 in cuius singulis laudibus ita miracula nectuntur ex
 miraculis, ut dum hinc miraculum fugio minus, inde
 in miraculum impingam maius. siquidem qui de
 Ioanne in Christum filium, non Medæ alicuius her-
 ba, sed Christi ipsius voce, mirabiliter conuerso ex-
 prompseram certa, sed obscura; omnem obscuritatem,
 tanquam nubem, toti rei dispulsum iri putaram, si
 Ioannem, ut Paulum, explicasset viuere Ioannem,
 iam non Ioannem, sed viuere in eo Christum. verum
 cum Ioannes viuus vegetet Christum mortuum, non
 mortuus Christus Ioannem viuum; eò iam sum dela-
 psus, ut pateat, Christum & ad intelligentiam cla-
 riùs, & ad rem commodiùs debuisse exclamare, vi-
 uo ego, iam non ego, sed viuit in me Ioannes. ó ho-
 mines, ó Angeli, ó Ioannes, ó Christe persulgete mi-
 hi vestro & lumine & numine, ut hoc scrupulo, qui
 perspicacissimi cuiusq; aciem potest obtundere, me ex-
 pediam quam citissime. en (Auditores) hoc totum
 natura implicitius vna periodo tam enucleatè clari-
 ut cui res integra & intima non fuerit perspecta, et
 tanquam in solis splendore noctua apertissime cæca-
 tiat. vixit Paulus sibi mortuus, & hoc in vita Christi
 mori-

moritur Ioannes sibi viuus, & in hoc morte Christi:
 moritur Paulus Christo viuus, & hoc in morte sensus;
 viuit Ioannes Christo mortuus, & hoc in vita verbi.
 quippè cùm Ioannes sit effectus mirabiliter Christus,
 & in Christo vita, relinquatur profectò, quod qua fu-
 it Paulo mortuo vita Christus, eadem fuerat & sibi
 & Christo mortuo vita Ioannes. exclama ergò Ioan-
 nes, idq; verius quàm Paulus, viuo ego, iam non ego,
 sed viuit in me Christus; exclama Christe, idq; perin-
 de verè, ac Ioannes, viuo ego, iam non ego, sed viuit in
 me Ioannes; exclama Christe, exclama, vt cælum au-
 diat applaudens, morior ego, iam non ego, sed mori-
 tur in me Ioannes; exclama Ioannes, exclama, vt
 terra audiat contremiscens, morior ego, iam non ego,
 sed moritur in me Christus.

Qui Ioannis Baptista (Auditores) laudes, in ora-
 tionis suæ ornatu, tanquam insignia quædam ac lu-
 mina disponunt, magnum quid se putant non ex ter-
 ra collegisse, sed deprompsisse ex cælo, cùm depingant
 vt Phosphorum solem, sic Baptistam anteuuisse Chri-
 stum, & illum in hunc non tanquam digito Astrolo-
 gum, sed tanquam vocis buccina Angelum mundi to-
 tius oculos, mentem, admirationem conuertisse. fuit
 hæc quidem laus magna Baptista, atque haud scio an
 maxima, nisi illa fortasse videatur Euangelista no-
 stri non minor, quod sicut Hesperus solem, sic hic se-
 quitur Christum, tantò maiori utilitate mundi, quã-
 tò fuit re maius & opere difficilius veritatem veluti
m 3 solem

solem conseruasse mundo, in Iudaeorum Messiam ho-
 stiliter persequentium tenebris, quam veritate tan-
 quam solem indicasse mundo, in Iudaeorum Messiam
 auidè expectantium crepusculo. sit ergò Baptistæ laus
 maxima, fuisse cum Christo Possphorū, sed Possphorū
 in solis iam se exerentis prima luce obscuriorem, mi-
 nusq̄ commodum; modò nō minor laudis fructus im-
 pertiatur Euangelistæ nostro, fuisse illum Christo Hes-
 pherum, ac Hesperum in solis caput suū tumulo tan-
 quam nube condentis obscuritate teterrima. quid e-
 nim? an illam menti nostræ caliginē offudit vel amo-
 rū propensio, vel affectionis prauitas, vt putemus esse
 Baptistæ laudem non minimam, quòd in luce aliqua
 lucis non magnum beneficium attulerit mundo; ac nō
 arbitremur Euangelistæ nostri fuisse laudem maxi-
 mam, quòd in lucis extincto lumine mundo præule-
 rit lucem, & vitam, in latiferis necessariam; & viam, in
 sinuosis certam; & verbi, in dubiis veram; & Dei, in
 tenebricosis maximam? Christum ergò solem præcat
 Baptistæ tanquam Possphorus, sequatur Euangelistæ
 tanquam Hesperus: an minores fortassè erunt no-
 stri Hesperis sequentis, quam præeuntis Possphori par-
 tes? tribuunt Astrologi illas partes Possphoro, vt cum
 sol illis, qui aduersa nobis vestigia vrgent, caput suum
 abdit, ille nobis solem, tanquam honorarius quidam
 arbiter adesse indicet. Hespero autem has partes se-
 ponunt, vt cum sol Antipodibus suos radios aperit, no-
 bisq̄ vicissim occulit, hic tenebras mundo iam indu-

Etas suo splendore collustret, & in noctū vario errore
 solis functionem obeat. sunt quidem illæ partes Pos-
 phori, si vidimus aperta, honoraria ad diei ornatum,
 hæ Hesperii necessaria ad noctis splendorem; bellæ illæ
 ad solis comitatū, insignes istæ ad hominum commo-
 ditatem: vt cum utilitates & re grauiiores, & vsu ma-
 gis necessaria ex Hespero quàm ex Posphoro ad hu-
 manum genus redundet; Euangelista profectò noster
 ita sequatur cursu temporis, vt præeat laudum excel-
 lentia; ac Baptistæ sic præeat conuersione cæli, vt lon-
 gissimè à tergo sequatur vsus necessitate. quanquam
 quid vrgeo Hesperii vim, pulchritudinem, necessita-
 tem, commoda, cum ex Hesperii tantillū laudibus
 nullus videatur posse accedere honor ad Ioannem no-
 strum, quem obscurato sole, paulò antè repereram esse
 solem ipsum, & extincta vita Christo, ipsam esse vi-
 tam Christum. quare cum tantus fuerit amor siue
 Christi in Ioannem, siue Ioannis in Christum, siue
 vtriusq; in vtrumq;, vt Christus in ipso mortū articu-
 lo se in Ioannem profuderit, illumq; appellârit filium
 suæ matris, id est, ipsum se quasi nouum mundi solem;
 in Hesperii notione nihil ponam amplius momenti
 ad Ioannis laudes amplificandas. ô terra, ô cælum,
 quantum hoc est, tanquam Ioannem, amare Chri-
 stum? quantum? breui comprehendam, hoc planè est,
 esse ipsum Christum. amor enim est, qui facit Ioannes
 Christos; amor amor, qui Christos facit Ioannes: vt
 si nos (Auditores) amore inflammati cum Ioanne mo-

tagione tabescentem, Augustinos & Ambrosios; vel
 cleri ignorantia prauitateque oppressam, Franciscos
 submitit ac Dominicos, at quos quæso homines? non
 illos, in quibus virtutum singularum quædam ad-
 umbrationes ad vnâ Ecclesiæ partem poliendam
 eniterent, sed miracula quasi quædam diuina prou-
 dentia, quæ toti corpori Ecclesiastico, vel absterfa la-
 becula, antiquum redderent nitorem; vel, asperso co-
 lore, nouam inducerent formam. neque disputo in
 eam partem, vt in omnibus Ecclesiæ partibus curan-
 dis diuina prouidentia rationem aliquam elucere non
 putetis; sed cum illa in singulis eluceat definita, cer-
 tisq; certarum virtutum cæcellis inclusa, vt animad-
 uertatis Deum in totius Ecclesiæ periculoso morbo ita
 prouidentiam suam expromere, vt non tanquam in
 reliquis rebus, aut zeli ad timorē, aut curæ ad reme-
 dium, aut prouidentia ad auctoritatem vmbra, quasi
 quædam ex diuina prouidentia decerpta particula,
 emineant, sed totius prouidentia tota vis consumpta
 penè videatur. siquidem qua Deus mentis suæ notio-
 ne prouidit, fore Sacerdotes prauos, qui Ecclesias er-
 rorum vitiorumq; lacunis contaminantes, diuinam
 iram in mundum deriuarent; eadem prouidit, vt ef-
 sent Sacerdotes sancti, singulis at atibus singuli, qui
 in diebus suis inuenirentur iusti, & in tem-
 poribus iracundiæ fierent reconciliationes.
 percommode intexuit Propheta, & in diebus suis
 inuentus est iustus, vt intelligamus in viros san-

in s

titatis

etitatis laude florentes ita iusti nomen ac notione
 cadere, ut ad iustitiae cumulatam rationem pluri-
 mum adferat momenti ipsa ratio temporis; nec qui-
 vis iustus quocunque iracundiae tempore possit esse
 conciliatio, sed suis iracundiae temporibus certi homi-
 nes certis Dei naturaeque donis illustrati ad illorum
 temporum tenebras dissipandas, penitusque dispellen-
 das. quae sane ratio facit, ut credam non alium in-
 stum hos mores, hanc vitam, hanc iracundiae tempo-
 lapsa iam ad extremam mollitiem potuisse aut vir-
 tutum legibus devincere, aut religionis septis inclu-
 dere, quam B. Ignatium. quid? an haec iracundiae tem-
 pora vellet nobis placare Ambrosius? vellet Augusti-
 nus? vellet fortasse, sed non possunt; habuerunt enim
 suis temporibus Arrios, quos coecerunt, penitusque
 extinxerunt. felicem Augustinum, felicem Ambro-
 sium, qui in diebus vestris placuistis Deo. In
 tempore iracundiae facti estis reconcilia-
 tiones. an illa nobis possit mitigare Franciscus? pos-
 sit Dominicus? possint fortasse, sed non debent; habue-
 runt enim suis diebus clericos natos abdomini, qui
 bus temperantiae legem fixerunt; ac populos ganer-
 strisque penes confectos, quos virtutibus praeclare in-
 buerunt. felicem Franciscum, felicem Dominicum,
 qui in diebus vestris placuistis Deo. Et inuenti estis
 iusti. neque putetis quicquam de istorum laudibus im-
 minutum, quod nec vellet, si possent: nec si possent
 deberent haec iracundiae tempora nobis sedare: cum
 diu-
 uell-
 lau-
 die-
 uen-
 ber-
 tem-
 pra-
 mu-
 tu-
 nu-
 tan-
 qu-
 ali-
 Ar-
 gus-
 flu-
 psi-
 gen-
 nic-
 om-
 tat-
 cui-
 zel-
 der-
 fus-
 me-
 fru-

diuina prouidentia horum temporum & hereses con-
 uellendas, & labes abstergendas, Ignatio, tanquam
 laureas quasdam, reseruârit. felicem Ignatium, qui in
 diebus tuis placuisti Deo, & in tempore iracundiae in-
 uentus es iustus. felicem, inquam, felicem, qui tam v-
 berem laudis segetem habuisti his vltimis iracundiae
 temporibus tibi relictam. nam cum hodie Germania
 praeceps ruat in Lutheranismum, Gallia in Atheis-
 mum, in Calvinismum Anglia, Hispania in perpe-
 tuum quendam vitæ negligentius traducenda som-
 num, totus deniq; orbis in Satana defectionem aper-
 tam; hac profectò iracundiae tempora longè alium re-
 quirunt iustum, quàm quae retrò fluxerunt. si Arrius
 aliquis in orientem animi oculiq; intenderet aciem,
 Arrii refutandae audaciae vnus fortasse satis esset Au-
 gustinus aut Iheronymus; si mollities morumq; foede
 fluentium prauitas in clericorum tantum ades irre-
 pisset, huic clericorum prauitati disciplina constri-
 gendae vnus fortasse sufficeret Franciscus aut Domi-
 nicus; sed cum Satan ipse iugulum Ecclesiae petat, &
 omnes vndiq; partes tentet, hinc heresi, illinc prau-
 tate; fuit profectò diuinæ prouidentiae in Ignatii ali-
 cuius pectus, & Augustini diligentiam, & Iheronymi
 zelum, & Francisci summisionem, & Dominici pru-
 dentiam simul includere, qui diuinitus instructus ef-
 fuso inferorum carceri liberè tutoque se opponeret, ac
 messem huius temporis laboriosam, sed, euulsis fibris,
 fructuosam & vtilem feliciter colligeret. at quam
 quaso

quæso colligit Ignatius messem in terris, qui voluptate
 tem illam in omnes partes interminatâ baurit in
 affluentius in cæli? colligit sanè, colligit, eamq; longè
 numerosissimam, non enim quibus dierum terminis
 eius vita, tanquam curriculum, est circumscripta. Ita
 dem eius laboris fructus est definiendus: sed quàm
 illius æmuli in piandis horum temporum sceleris
 contentionem desigunt, tam diu hæc illi laurea
 quam exarescet. hæcenus oratio mea potest, atq; ad
 debet videri nullo aut illit a fucio, aut simulationis
 tegumento implicita, cum in illius viri laudibus
 rat defixa, quem non tam terra gaudebat habere
 patrem, quàm cælum iam triumphat habere filium
 sed cum ipsa me res inuitû iam cogat aliqua de te
 Pater, aspergere, quæ reliqua est dictionis mee
 vereor sanè plurimum, ne videatur ficta ad aures
 ad gratiæ aucupium artificiosè instructa. quæquam
 nihil est sanè, cur verear, cum quod dicturus sum
 tam mea sit oratio, quàm mens Anglorum omnium
 qui vt in societatis plurimâ laudibus non possunt
 tenues, nisi sint ineptè plumbei; sic in tuis (R. Patris)
 maximis beneficiis nolunt esse elingues, ne videantur
 impiè ingrati. quare vt me tandem (Auditores) præ
 riam, oratio illa de diuina prouidentia ac S. Ignatii
 laudibus eo inprimis nomine à me tam altè fuit repre
 dita, vt in diuina prouidentia admirarer Ignatii
 tutem, in Ignatii virtute suspicerem societatis lau
 dem, in societatis laude prædicarem Anglorum felicitate

tatem, ac tandem in Anglorum felicitate tuam (Reuerende Pater) agnoscerem beneficiū. nam cum beatus Ignatius in suis filiis Christo Iesu tam piam nauarit operam, ut penē iam videatur & Diagona apud Francos incidisse neruos, & Lutheri apud Germanos elisisse vires, & vitiorū in reliqua Europa exhausisse sentinam, atque adeo (tanta enim virtus per exigua Europæ circumscriptio non potest desiniri) Satana apud Indos eueruisse dolum: beatum tamen Ignatiū nos Anglos non prius vlnis comprehendisse, quam cœperit Ignatius in tuo habitare pectore, tantum profectū est, ut dum inspicio rem, obstupescam beneficium. est Ignatius nostri temporis magnus ille operarius, & nos Angli huius tēporis agellus sumus incultus, Ignatius tamen adhuc in nostro agello vix vllum sulcum fecerat. Ignatius est Angelus ille fortis descēdens à cœlis, quem Ioannes in Apocalypsi pingit doctrina cœlesti tanquam nube circumfusum, cuius caput genuino scripturæ sensu, tanquam iridis varietate distinguitur, & facies vitæ ac sapientiæ, tanquam solis, splendore nitet, & pedes ad formam columnarum ignearum porrecti citato cursu incisu incitantur ad librum septem clausum signaculis aperiendum mundo: nos quoque Angli istius mundi pars sumus indocta, huius tamen libri nullam adhuc literā explicat nobis Ignatius. imò, quod magis mirum est, Ignatius amplexu latissimo

mo

mo duorum pedum hinc dextri mare, illud
 sinistri terram iam continebat, rugitumque
 tanquam leo, vndique mari terræque ad-
 bat, nos tamen istius maris terræque regionibus
 cum scripti Ignatij adhuc nec in terra nostra videmus
 vestigium, nec in mari audiimus sibilum. quid
 est Ignatij agellus sumus incultus, operarum tamen
 excolimur manu; mundi pars sumus indocta, libe-
 perti tamen non imbuimur doctrina; terra maris
 portio sumus aliqua, tamen nec Angeli illicimur su-
 uitate, nec leonis excitamur maiestate. quid hoc
 Ignatij? ecce vobis rei difficilis claram explicationem
 Fuit profecto ut nos diu non fuisse receptos in Ig-
 natij clientelam, sic tandem à te (Euerarde) esse receptos
 summa providentiæ. voluit voluit S. Ignatius
 hætenus sua cura esse exclusos, ut amantius & opor-
 tunius Romæ nostri curam susciperet. quanquam
 fuimus antea omnino exclusi. nam cucurrimus
 Francia post odorem eius suauitatis, cucurrimus
 Flandria, sed ita tamen cucurrimus, ut Deus volens
 nos eum comprehendere Romæ, & per te (Reuerendissime
 Pater) comprehendere. vides beneficium, quod omnino
 agnoscimus fluxisse ad nos tam diuinum, ut si
 mur amplificare, orationis quæ pigmento aliquo
 re, plurimum sanè de illius laude ac magnificentia
 videamur detraxisse. pars iam facti sumus tæc-
 parua quidem, sed tuo tamen beneficio pars aliqua
 sumus: agellus sumus operarum Ignatij, angustus quædam

idem, sed tamen tuo beneficio agellus sumus. quid ergo?
 tantum vt hanc tuæ curæ partem sustineas patienter,
 atq; hunc Ignatij tui agellum excolas non inuitè. non
 quærimus lauta, non consecramur magna, tantum vt
 in dulcissimo tuæ charitatis pectore, tanquam in por-
 tu, conquiescamus. Inuolauimus, & quasi vi facta, ir-
 rupimus in tuum sinum, ne excludas suauissime pa-
 ter. quanquam quid rogo ne nos excludas? rogat te
 Ignatius tuus, cui iam curæ pars sumus; rogat te An-
 glia nostra, cuius terræ filij sumus; rogant te Gallia &
 Francia, cuius pestis contagio sumus; rogat te socie-
 tatis Christus, cuius corporis membra sumus. sed facio
 fortasse tuæ charitati iniuriam, qui precibus velut à
 vi, exprimere conor, quod naturæ quædam propensio-
 ne atq; inclinatione præstas cumulatè. Recepisti enim
 nos in tuam clientelam, amici fuit: receptos foues,
 patris est. at quo modo foues? tanta suauitate & cha-
 ritatis dulcedine, vt non tam amem amorem tuum
 in nobis recipiendis, quàm admirer charitatem in fo-
 uendis. nam etsi nostræ felicitatis cumulus sit, te nos
 hodie inuisisse, tamen perpetuum id est charitatis tuæ
 in nos signum, quod eos semper submisisti nostri exco-
 lendi authores, quos & intimis sensibus diligimus,
 quod tibi suauiter filij fuerunt; & perpetuo vene-
 rabimur honore, quod nobis sincerè pa-
 tres sunt. Dixi.



ORA-

ORATIO DECIMATERTIA
DE NATALI D. VIRGINIS.

HERVNT Bonnasum in virtutibus
Constantini prædicandis cum sensibus
& orationis suæ flumen, virtutum
iecta multitudine, interruptum be-
vere, & mentis aciem, splendore vndique incurvum
perstrictam hebescere: eius prouectam & perfectam
atatem, tanquam scopulum, declinasse, & in insu-
rie colligendis pannis, cunisque explicandis prudentem
constituisse, quæ consilij ratio fuit (Auditores) Bon-
oscasio summæ laudis colligendæ in causa difficilis
ue tuenda honorifice, siue excludenda prudenter:
mibi hodie tantum abest, ut tutam aperiat viam
potius orationi meæ apertum ingredienti oceanum
obiiciat tempestatum difficultates, atque aded legem
ti oras, leniterque per litus fluenti cursum intercedat
nam si cunæ & panni Constantini poterant non solum
Auditoris amantiissimi satisfacere cupiditati, sed
Oratoris etiam longè disertissimi exhaurire flumen
nullius certè eloquæ calamistra possunt vel horum
in audiendis D. Virginis laudibus lenire desiderium
vel D. Virginis laudes tenuiter exprimere: ut proficiat
si ego in his orationis tenebris ad id aggrediar, ut
solum videar velle vestra abuti humanitate, sed
etiam tenuitatis penitus esse oblitus. quid enim si
maius

maturæ etatis virtutibus, tanquam oceano, orationis meæ vela explicâro, illa in maiestatis illisa scopulos frangetur media; si adolescentiæ extremas oras ditionis meæ quibusdam quasi remis tentâro, hi miraculorū ponderi cedent. cunas euoluam pueritiæ? sunt plenæ diuinitatis, vt Demosthenis requirant cothurnos. pannos colligam infantia? sanctitatis sunt delibuti vnguentis, vt Ciceronis opus sit delictis. pannum (Auditores) & cunæ huius tenellæ etatis tam dulcem efflant odorem myrrhæ, atque ita imitantur vel Cædri pulchritudinem, vel Libani speciem, vt quid in huius etatis pannis aut odore deliniant sentientes, aut specie afficiat amantes, nullus omnium, qui arti nitatur subsidiis, dicendo assequi possit. sed cum nitar ego hodie non arte, sed Deo, exemplo Bonnosi aggrediar ad D. Virginis natalem diem, id est, primæ etatis cunas & quiritatus inumbrandos. in quo id erit decori, quod tenellam & rudem etatem, rude hoc meum & horridum penicillum effingit. quin futurum sit idem virgini gratum, nihil dubito. nam cum Dea ascendens in cælos piorum non contempserit tenuiores laudes. puella iam descendens in terras, atque in cunabulis adhuc vagiens non respuet hac sui vel filioli crepundia rudia, vel clientuli pios conatus. attendite ergo, vestraque beneuolentia quadam quasi aura fauente audenti.

Qui res gentium consuetudinesque, variarum varias, literis suis incidunt, ac posteritati transmittunt,

n

mul-

multos scribunt esse populos, eosq; & doctrina reuol-
 ditiori, & morum vrbanitate perpolitos, qui suorum
 primam lucem lachrymis ac lamentis, vltimum vero
 spiritum letitia excipiant & cachinnis. vident sane
 isti, nescio quo lumine, vident tamen, vitam hanc no-
 stram tot obseptam periculis, tam grauibus difficul-
 tatibus interclusam, atque adeo miseris vndique esse
 implicatam, vt quæ nos huius corporis compagibus
 & vinculis, seu verius huius vitæ extremis calamita-
 tibus exoluit mors, tantæ sit felicitatis, vt eam in ipso
 funere nisi risu, symphonia, aliisq; letitia signis præse-
 ferant, & naturæ se putent violasse auctoritatem, &
 sanguini grauisimam iniuriam irrogasse. quanquã
 alius (qui rem potius sensuum iudicio, quàm rationis
 momento ponderant) videtur hic horum hominum
 mos iocularis & perridiculus: tamen quod ad Eccle-
 siæ consuetudinem proximè accedit, mihi semper ri-
 sus est non arreptus ex terra, sed haustus ex celo; non
 inani hominum consuetudine confirmatus, sed certâ
 naturæ præscriptione conformatus; nõ opinione leui-
 ter collectus, sed instinctu diuinitus instillatus. quippe
 si intueamur in ordinem siue hominum, quos Eccle-
 sia in Sanctorum numerum cooptauit; siue tempo-
 rum, quæ in classium varietatem dispescuit; multum
 inueniemus dies, Martyrum sanguine, tanquam pur-
 pura insignitos, ac Confessorum Virginumq; gloriose
 morte, tanquam palma, consecratos: at nullius sancti
 reperiemus diem natalem, cuius aut purpura nomi-
 nati

netur, aut palma praeferatur, aut triumphus praedice-
 tur, si exceperis duas illas puritatis expressas effigies;
 Ioannem & Mariam. mortuorum profecto possunt
 laurus tanquam coronae, violae tanquam aureolae, se-
 cures tanquam trophaea à viuis praeferrī atque efferrī,
 cum iam vita vera, gloria quae sempiterna lux om-
 nem sensuum concretionem dissiparit, tenebrasque pe-
 nitus dispulerit: at viuorum non possunt, cum proditor
 sensus falsas rerum species inserens cogitationi, &
 cogitatio lena occultas insidias tendens voluntati, &
 voluntas caecata densas rationi offundens tenebras,
 hanc nobis vitam reddant actione dubiam, sine deui-
 am, & omni vndique parte periculosam. vnde haec na-
 scitur summa, singulis vt mortem excipiendam lati-
 tia, sic dolore vitam, nisi ratio gratiae lumine persusa,
 & sensum, ne sit cogitationi proditor; & cogitationi,
 ne sit lena voluntati; & voluntatem, ne rationem
 abripiat transuersim, in imperij sui gyrum ducat, ac
 virtutum officiique septis coërceat & praclare conti-
 neat. quae singula cum fuerint in Maria, non vt in
 plerisque fracta, nec vt in Ioanne summa, sed vt in nullo
 diuina: illius diei, quae eam prima vidit, palma ab Ec-
 clesia praefertur, miraculum effertur, triumphus praed-
 dicatur. nam in Ioannis natali die etsi tot tantaque
 emineant gratiae dona, vt cum reliquorum Diuorum
 natalibus si conferantur, videantur sane illa & verè
 sint quaedam insignia & lumina quasi in pulchro or-
 dine disposita: tamen si cum diuinae Virginis natali die.

isthac comparemus, videantur profectò illa & vere
 sint quaedam quasi in cœlo stellulae solis ex altera par-
 te collocatae, ac densa vndique nube obductae. annon
 fuerat magnum Ioannis beneficium, quòd Angelum
 habuerat sui natalis indicem? fuit id quidem ma-
 gnum, sed cùm D. Virgo Archangelum habuerat sui
 nuntium, non fuit illud Ioannis maximum. Annon
 fuerat mirabile, quòd Elizabetha à populi commu-
 nione segregata in templo Ioannis natalis aperieba-
 tur? fuit id certè mirabile, sed cùm mysterij ratio, que
 in Mariae delituit natali, Diua Anna euolueretur in
 monte, non fuit illud Ioannis singulare. Annon fue-
 rat scintilla diuinæ gratiæ non obscura, quòd Ioanni
 materni adhuc vteri cancellis inclusus, absterfa nati-
 rae labe, prius senserat gratiæ lucem, quàm lucis viti-
 ram? fuit verò scintilla, sed cùm Deus Pater omnes
 vndiq; angulos interfepserit, ne natura labe in Ma-
 riam aut occultè irreperet, aut apertè irrumperet, ut
 que eò vt priusquam Annae matris senserit calorem
 Dei Patris hauserit spiritum, non fuit illa Ioannis
 flamma Spiritus sancti. annon fuit illud miraculum
 in Ioanne, quòd à matre exhausto iam calore natu-
 rali moribunda, quaedam Spiritus sancti vi, effusa
 erat in lucem? fuit id planè miraculum, sed cùm diua
 Virgo à matre, cui & Deus claustra vteri sepserat, et
 natura calorè penè consumpserat, & lex Mosaiica steri-
 lilitatis notam inusserat, edita fuerit in lucem, quòd
 Deo aperiente claustra, & natura restituente cali-
 rem.

rem, & lege abstergente notam, non fuit illud Ioannis miraculum summum. fuit fuit (Auditores) magnum Ioannis beneficium habuisse Angelum sui natalis nuncium, fuit maximum Mariam habuisse Archangelum: fuit magnum Ioannis natalem indicatum in templo, fuit singulare Mariæ natalem fuisse expressum in monte: fuit scintilla diuinæ gratiæ Spiritum sanctum, quasi materni uteri euulsis septis, Ioannem purgasse à labe, fuit flamma Spiritus sancti, quod Mariam æterna diuinæ mētis præscriptio prius conceperit integram à labe, quam conceptu humano facta homo uteri materni angustiis contineretur, fuit miraculum, Ioannem fuisse susceptum ab effœta matre, fuit miraculum summum, D. Virginem fuisse editam à clausa, effœta, ac sterili matre. imò quæ duæ maculæ fuerunt Iudæis iniuste, decreto Mosaicæ legi; illas ego contenderim fuisse in Anna ad Mariam illustrandum natalem miracula summa, clausum uterum & sterilitatem, atque ut ex clarissimis certissima eliciam, illud est extra disputationem iam positum, ut nullus ne ex iis quidem, qui Iudaicis hodie commentis addicuntur, id vocet in controuersiam, sterilitatem, quæ ex natura non mentis deprauatione fluit, tam longè abesse à culpa, ut ei opprobrii maculam impresserit Moyses, non quod mala esset natura sua, sed ut populus Dei id temporis rarior matrimonij lege deuinctus ad sui propagationem numerosorem inuitaretur. nam tantum abest, ut sterilitas à

natura aliquid habeat implicitum vitij, vt aulim af-
firmare, plus semper attulisse beneficiorum Rebusq[ue],
sterilitatis, quàm fecunditatis partus; vt si non con-
temnenda sit fecunditas, quodd est numerosa; expe-
tenda certè sit sterilitas, quodd est gloriosa, mirabili-
res solent esse (Audit.) mirabiliores sterilitatis, quàm
fecunditatis partus, non creditis? excutite excutite
intelligentias vestras, & in tota totius orbis fecundi-
tate vnum mihi explicare Isaacum gentium propa-
gatarum dono cumularum, vnum Iosephum totius
Ægypti præfectura diuinitus ornatum, vnum Samp-
sonem, qui insita fortitudinis vi tot gentium elisit
neruos; vnum Samuelem, qui prophetiæ olei que sa-
cri æqua laude insignis, proiectæ audaciæ gentem im-
perio tam facile deuinxerit, fuerunt hi homines mi-
racula, sed miracula, quia nata ex sterilitate, siqui-
dem non alia quàm Sara potuit edere mundo Isaac-
cum, & Sara sexaginta annorum confecto curricula
exanguis; nec alia quàm Rachel potuit Ægypto pare-
re Iosephum, & Rachel multis iam intermissis partu-
annis exhausta; nec alia quàm Mannue & Elchanæ
potuerunt populo Dei Sampsonem effundere atque
Samuelem, & Mannue Elchanæque matricibus vel
consumpto sotu naturali arefactis, vel cœlesti numine
compressis, effœta iam & imbecilles: vt intelligamus
non aliam potuisse nobis edere Mariam, quàm Antea
etate confectam, sterilitatisq[ue] ignominia publicè iam
potatam, omnium, quas sterilitatis clausique vitij
macula

maculis asperfit lex Mosaica. postrema fuit Anna, ut
 quae primis subnecteretur postrema, Mariam tandem
 ederet etate postremā, donis primam: id est, quae etate
 illam Mosaica seruitute astrictam clauderet vl-
 tima, ac legi Euangelicae, qua homines assererentur
 in libertatem, viam aperiret prima. praierunt etate
 Ioseph, Isaac, Sampson, Samuel steriliū matrum
 foecundi filij, subsequitur etate Maria sterilis matris
 virgo filia: praierunt illi, ut umbra, subsequitur haec
 ut forma: praierunt illi singulis virtutibus insignes,
 ut qui singularum etatum vel dissiparent errores, vel
 mores informarent: subsequitur haec omnium virtu-
 tum stipata choro, ut quae omnes etates, si hereant,
 tanquā Samuel incitet verbo; si deficiant, tanquam
 Isaac reducat exemplo; si premantur, tanquā Ioseph,
 exoluat iugo; si efferantur, tanquam Sampson, lege
 deuinciat & autoritate coërceat. habet hanc laudē
 foecunditas, ut effundat multos, & in multis multa
 vitiorum portenta: hanc habet sterilitas, ut vno secu-
 lo vix excludat vnum, & in vno multa virtutum mi-
 racula. nam foecunditatis, tanquam monstri alicuius
 ex multis ac discrepantibus naturis constat, nec pro-
 teruia iustitiae freno, nec audacia modestiae septo, nec
 gula temperantiae cancellis, nec reliqua vitia reliquis
 officij sepris coërceci possint, nisi sterilitas aliquos adae-
 foetus, quasi miracula, qui virtutum praesidio instru-
 cti, horum vitiorum vel exprimant saniem, vel senti-
 nā exhauriant. quae in causam? nata est ad seruien-

dum fecunditas, ad dominandum sterilitas, ut pa-
 rum sit, imò perniciosum sit. Egyptum esse numero-
 sam, vel Abrahami progeniem multam, vel Iudae-
 rum clerum latè manantem, vel vllum populum fe-
 cundum, nisi sterilitas impertiat aut Sampsonem, qui
 multitudinem officio contineat; aut Iosephum, qui
 consilio Egyptum temperet; aut Isaacum, qui Abra-
 hami progeniem præcepto informet; aut Samuelem,
 qui Iudaeorum clero & prædicat seruitutis calamita-
 tes, & indicat sanctitatis leges. fuisse (Auditores) res
 non honoris, sed horroris plena, Christi gentem omnes
 & Oceani & Occidentis, & Austri & Septentrioni-
 oras esse peruagatam, nisi hodie sterilis Anna edidisset
 Mariam Christi genti, cum securibus multaretur ac
 tormentis in Occidente, consolatricem; cum errorum
 prauitate inficeretur in Oriente, magistram; cum in
 Austro premeretur iugo, liberatricem; cum in Se-
 ptentrione excluderetur iure, ducem; omni denique
 & loco & tempore cum aut conflictata flaccesceret,
 aut nobilitata floreret, dominam & matrem, hoc est
 quod Ecclesia de te, Maria, clamat; oleum effusum
 nomen tuum, ideò adolescentulæ dilexe-
 runt te, trahe me post te, curremus in odo-
 rem vnguentorum tuorum. Ecclesie partes
 non mature florentes, sed adolescentulæ dilexerunt
 Mariam. currebat post Mariam Ecclesia, sed cur-
 rebat tracta, trahe me post te: traxit Maria cur-
 rentem, sed traxit in odorem vnguentorum suorum
 curte-

curremus in odorē vnguentorum tuorum.
 currebat Ecclesia tracta, traxit Maria currentem, vt
 eadem vtriusq; voluntas mutuis excitata & suffulta of-
 ficiis, mundo ad Christi iam gloriam penè mature-
 scienti multiplices parturiret fructus. fuerunt adhuc
 tenelli frutices Ecclesiæ, seu potius in radice inclusi vix
 ac ne vix quidem emerferunt: sed tenella Maria te-
 nella Ecclesiæ hodie nata oleum nominis sui in Afri-
 cam, Asiam, Europam tam copiose effudit, vt germi-
 na paulò post enata, & eiusdem olei diuersis vnguen-
 ti persusa, aduersos hostium conatus atq; impetus su-
 perarint. fibras Ecclesiæ in Iudæa adhuc languidu-
 las, caputq; vix exerentes, furia ambitionis voluit e-
 uellere, sed currens Iudæa in odorem vnguentorum
 Mariæ passa est ambitionis furiam, & patiendo irri-
 gavit fibras; truncum Ecclesiæ in Asia vix benè fir-
 matum inuidientium securis voluit pracidere, sed Asia
 currens in odorem vnguentorum Mariæ, securim in-
 uidentium subiit, & subeundo seruauit truncum;
 arborem Ecclesiæ patulis hinc inde ramis diffusam, o-
 mniaq; opacantem in Europa voluit vel eradicare ty-
 rannidis vis, vel inscere prauitatis venenum, sed Eu-
 ropa currens in odorem vnguentorum Mariæ, & Ty-
 rannorum vim contempsit, & prauitatis venenum
 superauit, & doctrinæ peruersitatem confixit. Eccle-
 siæ fuit submissa, vt pateretur ambitionem, & ma-
 gnanima, vt contemneret furiam; fuit patiens, vt
 subiret inuidiam, & fortis, vt vinceret securim; fuit
 n 5 sim-

*simplex, ut venenum hauriret, & prudens, ut huiusmodi
 stum euomeret. Deus bone, hanc Ecclesiam effigiem tam
 variis seu potius contrariis coloribus expressam ad
 quod exemplar reuocabis? ad Martyres? at hi eluxerunt
 in tormentis, in pace nullam gloriola umbram
 collegerunt. ad Confessores? at horum laurea sicut
 arida in pace, in sanguine & securibus fuit arida.
 virgines? at potuerunt ista ferre laudem carnis con-
 fixa, tyrannidis subiugata non potuerunt. ad Do-
 ctiores? at honestauit hos liber, non nobilitauit glo-
 dius. quid minutus sum? nulli possunt ex tota anti-
 quitate erui, in quorum vita appareat exemplar
 effigies Ecclesiam hac tam pulchra virtutum contrari-
 rum varietate picta & perpolita. tantam enim con-
 trariarum virtutum siue varietatem, siue pugnam
 humani pectoris angustia non capiunt. fuit in Petro
 fortitudinis & fiducia illustrior laus, patientia
 obscurior; Paulum ornauit maiestas, sed maiestati
 splendor candorem simplicitatis quodam modo obse-
 rauit; Laurentij fortitudo in igni contemnendo
 regit in omnem eternitatem, sed cum ignis videtur
 expressisse voces bilis (quanquam zeli erant, non
 eius patientia non ita enituit. sola diua Virgo
 memoria inuenta est, cuius nec grauitati mansuetudo,
 nec maiestati simplicitas, nec fortitudini patientia,
 nec seueritati hilaritas vllam nubeculam admix-
 xit. sola sola est illa omnium virtutum imago, in
 ius vnguentorum odorem dum currit Ecclesia, illa*

ad cuius similitudinem dum se effingit, & conformat, non solum in summisione animi est magna anima, in patientia fortis, in simplicitate prudens; sed etiam dolens letatur, vulnerata sanatur, vinceta vincit, ac mortua viuit. nam Maria humili est cedrus, animi altitudinem iniicit; patienti est cypressus, summittit virium magnitudinem; simplici est rosa plantata, instillat prudentia odorem; dolenti est platanus, subministrat leticia riuulum; victa est palma, porrigit triumpho insigne; vulnerata est oliua, sanitatis instillat oleum; mortua est balsamum aromatizans, vita restituit vsuram. sed quo modo possunt vnus vires in Ecclesia omnem partem tam late monare? possunt, non quia illa vna est, sed quia diuina est. nam Maria in omni Ecclesia regione sedem suam ac domicilium fixit, & in Libano cum minutis Marthis, & in monte Syon cum mansuetis Magdalenis, & in Hiericho cum rudibus Apostolis, & iuxta aquas cum sollicitis virginibus, & in Cades cum laborantibus doctoribus, & in campis cum piis Confessoribus, & in plateis cum afflictis Martyribus; vt diua Virgo sit virtutum omnium imago, reliqui Diui sint expressiones ad illius similitudinem conformatæ. me vera loquitur Maria. In omnibus requiem quæsiui. quid querit? vt in hæreditate Domini collocet domiciliū, & in hæreditate Domini morabor. quærenti quid? succinit Deus, in Israël inhabita, in Iacob hæreditare, & in electis meis mitte radices.

dices.

dices. animaduertite hęc (Auditores) rem
 pulcherrimę nexam, & ex apta rerum conuen-
 veram rectioris mysterij intelligentiam elicite.
 mium scrutatur *Maria*, Quę huius; scrutandi
 dulam curam excepit certa herendi sententia, Mo-
 rabor; herendi sententiam sequitur aperta Dei
 ceptio, in electis meis mitte radices, diu-
 preceptioni quid subnectitur? & sic. quid sibi
 & sic? post quarendi diligenti curam, moram
 fixam sententiam, ac diuini precepti impostam
 cessitatem, *Maria* plena spei, plena Dei fidenter
 tonat, & sic in Syon firmata sum, & in ci-
 tate sanctificata similiter requieui, & in
 Iherusalem potestas mea, & in plenitudi-
 ne Sanctorum detentio mea. *Maria* sancti-
 tas non *Martyrum* palmis, non *Confessorum* la-
 reis, non *virginum* aureolis, non *singulorum* vir-
 num singulis triumphis, tanquam limitibus, circumscri-
 tur: sed plenitudine Sanctorum, id est, in saem, quę
 bus *Ecclesia* omnes continens Sanctos, regionibus
 cum scribitur. *Ecclesia* in *Maria* triumpho ita stupet
 gaudet, vt gaudens exclamet, quę est ista, quę
 ascendit sicut aurora consurgens, pulchra
 vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum
 acies ordinata. pulchrę. pulchrius tamen *Ecclesia*
 hodie militans primo *Maria* vagitu ac pannu-
 luti vnguentis, perfusa & delibuta, potest adert
 voces resses amoris, quę est ista, quę ascendit

per desertum, sicut virgula fumi, ex aromati-
 bus myrrhæ & thuris, ac vniuersi pulue-
 ris pigmentarij. Omnia conueniunt Diuæ Vir-
 gini hodie nata, vt nihil aptius ascendit sicut vir-
 gula fumi, quam dicit virgulam fumi? Mariam
 tenellam pannis hodie fasciisque constrictam, quæ
 Ecclesiam virtutum fumo & odore perfundat. A-
 scendit per desertum, quod narrat desertum?
 non solitudinis, sed sterilitatis, vt hodierni trium-
 phi clarissimum monumentum figatur. ô felicem ste-
 rilitem illam, quæ afflictæ & militanti Ecclesia ta-
 lem virgulam protulit: ô felicem Ecclesiam, quæ hæc
 hodie virgula, vel tanquam vimine, reuincta, vel
 tanquam fumo perfusa efflat, & ab eo tempore, quo
 hæc virgula in terris facta est, suauissimum virtutum
 odorem semper efflauit. Accedite (Auditores) ad hanc
 virgulam, hunc fumum, hanc myrrham, hoc thur,
 hunc puluerem pigmentarium. si illam proponerem
 solem, lunam, castrorum aciem ordinatam, esset cur
 refugeritis, ne vobis vel aciem sol perstringeret ma-
 iestatis splendore, vel animos lana desigeret pulchri-
 tudinis admiratione, vel reliquas facultates castro-
 rum acies percelleret virium magnitudine: sed illam
 hodie non propono solem, non lunam, non castrorum
 aciem (sunt hæc nostræ Regine assumptæ lumina, in
 quibus beatæ mentes desiguntur) sed illam propono
 virgulam, reuinciet vos virtutum quasi viminibus;
 reuincientem refugitis? eis nimis duri estis. propono
 fumum

*sumum myrrhae, afficiet vos suauitate, afficientem
 nunitis? eia nimis inhumani estis. propono tibus, amo
 monia vos reficiet; reficientem aspernamini? eia
 nis inclementes estis. propono puluerem pigmenti-
 rium, suis vos persundet pigmenti; persudentem
 contemnitis? eia nimis seueri estis. denique propo-
 vobis eam virgunculam, scitulam, politulam, pulde-
 lis ocellis dissuauiantem, ac, cum vocem edere non
 sit, querulo vagitu & quiritatu inuitantem. si
 vagitu hoc illici, nec his ocellis irretiri possitis, quis
 dico Orator, sed Deus lapsus e caelo amoris facer
 stris mentibus subiiciat? sed omnes videor videre
 eba puellulae sancto amore captos & inflammato
 quare id tantum hortor, vt tenellam tenelle amor
 & sanctam sancte colere pergatis. hac ratione
 ctum erit, vt qui virgulam amoris honoris que
 dam quasi succo in terris excoluistis, digni paulo
 censeamini, qui & solis, & luna, & aciei orbe
 nat & gloriam in caelis contempe-
 mini. Dixi.*




ROBERTI



ROBERTI TURNERI

ORATIO DECIMAQUARTA, HABITA
Romæ in Collegio Germanico, festo
die S. Apollinaris.

 I quid sit in rebus humanis, quod summo excellentique ingenio viri vehementer expetant, illud profectò est dicere, non ut solent illi ex face inquinatè ac sordidè, sed ut debent hi ex schola, politè & eleganter. quod studium est impressum atq; ad omnium mentibus ita penitus infixum, ut etiam susurrones illi, qui orationis elegantiam suscipiunt oratione refellendam, hanc notionem veluti latentem naturæ igniculum sapissimè predant; ita ipsi sibi videntur felicitatis explese numerum, si quod dicendi ornamentum aut expilârunt audiendo, aut legendo libârunt, illud orationi suæ ceteroq; elumbi planeq; stultæ, quasi emblemata quoddam intexant. quod si omnium sit (Auditores) eleganter & aptè velle dicere, sit sanè, quò sit causa maior, eò hac in hominibus voluntas magis acuat & incitetur: ut si ego eloquentiam aliquam à cœlitibus omnibus precer hodie mihi instillari, nec stultè rudibus videri debeam fecisse mirum, nec prudenter doctis insolens vel inusitatum. ea namq; est causa, quam ago, ut cum præter dignitatem, quam continet summâ, ipso genere multiplex

tiple

triplex sit, ac deliberatione in utramque partem impo-
 ditior: sanè oratione nisi aut hausta è cœlo, aut arti-
 ficio eleganter perpolita non videatur posse expedi-
 Sacerdos nouus amicus meus debet honestari, at à quo
 debet nisi à disertissimo? S. Apollinaris communis
 mnum patronus vult ornari, at à quo vult nisi à sa-
 ctissimo? illud est officij; hoc pietatis; officium non
 deberem deserere, pietatem nollem, nisi ita forte
 essent implicite aut officij partes cum artis eleganti-
 aut pietatis ius cū sanctitatis laude, vt magis videa-
 tur præter officium ac pietatem aggredi, quæ non potest
 cōmodè, quàm omittere, quæ velles honorificè in tan-
 ancipiti deliberatione quæ probabilitas? in tam in-
 certa probabilitate quis exitus? en (Auditores) iu-
 ni exitum. est notio delibata è cœlo, vt officium cœle-
 pietati, si utrunque præstari non possit; est lex posita
 omnibus à natura, vt facultatem metiantur volun-
 tate, non voluntatem facultate; vt nec nouus
 Sacerdos velit egrè ferre, si hodie illius obsequio præ-
 feram nostrum Apollinarem, nec ego debeam gratiam
 laborare, si vos, qui adestis, Oratoris in sancto orna-
 do facultatem desideretis, modò clientis in patris
 honestando voluntatem probaueritis. quanquam
 erretis de mea mente, non quæ dixit fecitque Apollina-
 ris præclare, illa persequar singula, (esset hoc
 putidum) sed illius exemplo inuitabo vos, atque (si
 sit in oratione mea virium) ita excitabo ad am-
 rum zelum, vt facile videritis Sacerdotem hoc tem-

re quibuscunque virtutibus florentem posse contem-
ni, nisi ad virtutum cumulum adhibeat zelum ani-
morum vel tanquã clauum in Ecclesia firmiter com-
paginãda, vel tanquam facem in mundo piẽ inflam-
mando.

Si Deus vobis (Auditores) hodie Oratorem in hoc
loco sisset, siue Apollinarem nostrum, siue quemcun-
que è cœlo Diuum, quam putatis fore eius orationem?
tersam conceditis omnes, & vt solet cœlitum, eloquẽ-
tiã delitiis vndiq; affluentem. Sed tam tersa oratio-
nis quem scopum? an eloquentiã fortasse vobis præ-
dicaret vneres? doctrinã neruos? constantiã firmita-
tem? castitati laureolam? iustitiã clementiam? cle-
mentiã seueritatem? temperantiã sanitatem? iusti-
tiã robur? nihil horum, sed zelum vobis prædicaret a-
nimorum, quo vno & illa singula, & quicquid habet
virtutis tota complexio, verissimè continentur. Ora-
torem hac politiori literaturã tinctum, coram milite
de Theologia, coram Theologo de re militari, in foro de
Deo, in templo de rebus forensibus, si sententiã suã
dicat, scholã, theatra, subsellia ipsa vociferantur gra-
uiter deliquisse, ac decori legem violasse: hunc è cœlo
Oratorem putabimus tam fore sine arte, sine sensu,
sine iudicio, qui vllam mitteret vocem non loco, non
tempori, non personã congruentem? mitteret procul-
dubio, si vobis alterius virtutis, quã zeli imaginem
depingeret aut informaret, nam, vt taceam vos Sa-
cerdotes esse, quorum fundamētum est zelus; & Con-
fesso-

fesso-

fessores, quorum ornamentum est zelus; & Grego-
 rij Pontifici filios, quorum finis est zelus; & Apollo-
 naris clientes, quorum perfectio est zelus; & Colle-
 gij Germanici alumnos, quorum institutio est zelus;
 atas quæso hæc nostra quam requirit virtutem? om-
 nem sanè requirit, quia omni est ad zeli perfectam
 comprehensionem necessaria: sed si posset tamen zeli
 à reliquarum virtutum communione segregari, si re-
 quireret vnicum zelum, & vi ab hominibus, & pro-
 pitibus à Deo, vt malit sanè illam omnium virtutum
 complexionem abesse, quàm non adesse zelum. Inspe-
 omnes partes, ecce tibi mundum omni nunc turpitu-
 dine opertum, vt omnes confectentur non tam atri-
 nitatem in rebus fluxis, quàm res fluxas in æterni-
 te, immò non tam Deum in mundo, quàm mundum
 in Deo. Requirem hîc doctum, sed quid faceret do-
 ctrina, nisi zelus mundū pia præceptione imbuat, vt
 possit; ac sanctis stimulis excitet, vt velit, exeat a mor-
 tis prauitate, res, quæ suprâ, subterq; sunt, omnes ad
 æternitatem in Deo, vel potius ad Deum in æterni-
 te referre? ecce vobis hæresim molientem insidias, ve-
 tentem fraudes, neces anhelantē, enses, secures, ignis
 laminas, funes, eculeos nefariè minantem. desider-
 rem hîc constantem, sed quid faceret constantia, si re-
 lus constantiam non reprimeret audentem, ac im-
 ret timentem, vt non tam in morte nostra quaerit-
 mus gloriam cœlestem, quàm in vita salutem munda-
 rum: ita tamen vt semper parati simus, mortem

bus, si irruat lupus, oppositu nostri corporis arcere? ecce tibi clerum diffluentem mollitie, legisq; Ecclesiastica claustris effractis, in omni intemperantia genere volutatum. optarem hic seuerum Censorem, sed quid faceret seueritas, nisi seueritatem condiat zelus, qui sciat sic arguere oportune, importune, vt oportunitate aperiat viam, non importunitate excludat remedium? ecce tibi Magistratum, omnemq; (vt breui comprehendam) omnis generis statum. extra officij sui septa tam liberè secedat se efferentem, vt verius quis ex tam multis omnes perstringat, quã ex omnibus singulos laudet, aut vlla virtutis commendatione ornet? expeterem hic diligentem eloquentemq; Pastorem. sed quid faceret aut diligentia aut eloquentia, nisi adsit zelus, qui aucupetur non in laboribus laudem, sed in laude labores, nec ex diligentia deriuat in rem suam aliquid populi, sed ex re sua effundat in populum, si peruicax sit, seueritatis; si facilis, clementia; si vagus, officij; si probus, constantia; si stultus, prudentia; si capax, doctrina diuinissimos thesauros, sunt certæ (Auditores) certorum temporum virtutes, non quod omnis virtus omni tempore non sit necessaria, sed quod Deus sua prouidentia, ac mentis aeterna prescriptione, rem Ecclesie ita nexuerit, vt in ipsis nati Euagelij incunabulis magis voluerit enitescere summisionem quàm constantiam; in Tyrannorum sauentium furore magis constantiam quàm prudentiam; in Sacerdotem languentium ignauia magis pruden-

tiam quàm doctrinam; in Hereticorum insidiantium fraude magis doctrinam quàm eloquentiam; in Ecclesie quasi triumphantis trophæo magis eloquentiam quàm zelum; in hoc Ecclesie iam senescentis prænèque conuulsa naufragio magis animorum zelum quàm reliquas virtutes. zelus animorum (Auditores) zelus virtus est nostra ætatis propria, atque ipsa propria, vt ausim affirmare, & constantiam esse imbecillum, & prudentiam stultam, & doctrinam superpidam, & eloquentiam barbaram, & castitatem sceleratam, & seueritatem dissolutam, & clementiam rigidam, & omnem virtutem vitiosam, nisi zeli vel seculi condiantur, vel lumine collastrentur. quid tam clara queritis argumenti momentum? non consectabor aliena in re planè præsentem, neq; aliquid ad rei tam apertæ confirmationem de promissis Philosophiæ recessibus, sed ipsam veritatem, haurum iam parietum angustiis inclusam nõ in auribus modò, sed in oculis etiam vestris desigam. ritum tantum est & omnium scriptis sermonibusq; peruagatum, Deum Ecclesie designandæ, certisq; functionibus distindendæ aptum molitiorem, singulorum temporum nebeculis dissipandis singulas religiones, tanquam quosdam, opposuisse: At in nostri temporis sue religionis, siue sole, siue vtroque, si designetis (Auditores) aut solitudinem Brunonis, aut asperitatem Francis, aut quietem Dominici, aut reliquarum religionum reliquas virtutes, ego sanè mea sententiam

dam, facileq; vos pariar cuicunq; potius virtuti, quam
 animorum zelo studere. neque tamen sic intelligi ve-
 lim, vt puteris nostri temporis religionem non esse so-
 litariam cum Brunone, asperam cum Francisco, quie-
 tam cum Dominico, aut cum reliquis religionibus,
 reliquarum virtutum excultam ornamentis, sed ita
 esse solitariam, ita asperam, ita quietam, ita reliquis
 virtutibus excultam, vt vix pateant hæ, zelus autem
 animorum sic se exerat vndique, vt nullus sit orbis
 angulus, aut tam remotus, aut tam reconditus, quò
 non penetret vel peruadat cum nomine, cum cruce,
 cum trophæo Christi. quanquam rem in omnes par-
 tes fusam latissimeq; patentem vnus religionis cir-
 cumscriptioe cur desinio? nulla, nulla vnquam fuit
 religio, nulla Respub. societas nulla, nulla secta, hæ-
 resis nulla, qua zeli quoddam quasi velum, sibi non
 obtenderit. zelum animorum summa contentione
 clamat Lutherus, zelum animorum totis lateribus
 vociferatur Calvinus, zelum boni, zelum inculcant
 mali, sed ita boni inculcant, ita mali, vt hi zelum ver-
 bo ementiantur, illi zelum factis atque moribus ex-
 primant vereq; effingant: vt hinc facile colligamus
 (nisi plumbei simus) quò maior in aliquo aut homi-
 ne aut statu lux zeli effulserit, eò hunc esse maiorem;
 quò minor, eò minorem; quò verior, eò veriozem, quò
 falsa specie rectiozem, eò falsa quoque specie esse peri-
 culosiozem. zelum animorum (Auditores) regula est,
 ad quam exigitur omnis sanctitas, siue illa falsa &

umbratilis, siue hæc vera actionibus egregiis, tan-
 quam stellulis, vndique illuminata. quid t non cre-
 ditis? si ex tota mihi antiquitate vnum eruatis So-
 lonem, vnum Themistoclem, vnum Moysen, vnum
 Macumetem, vnum Christum, cuius sanctitatem
 summam aut mediocrem, perfectam aut imperfe-
 ctam, veram aut eumentitam, zeli ego forma non me-
 tiar, facile sanè patiar vt non credatis, sed non pote-
 stis (Auditores) non potestis. zeli namque via lata
 est, alta est, profunda est. suo complexu comprehendit
 omnem status perfectionem, nonne videtis latam
 sua vi inuolat in sinum Patris, Christumq, allegat in
 terras, nonne admiramini altam? sua potestate per-
 rumpit inferorum repagula, nonne obstupescitis pro-
 fundam? sed vt discedamus à Christo (cuius zelus nul-
 lis poterat cancellis circumscribi) ecce vobis in Marti-
 no, ecce in Gregorio, ecce in Bonauentura, zeli virtu-
 tem tam latam, tam profundam, tam altam, vni-
 quamcunq, partem defixerimus mentè, nec acie pos-
 simus attingere altam, nec notione latam, nec animo
 profundam. fuit vita B. Gregorio, vt homini ex sen-
 suum corporisq, coagmentatione creto, periuicunda
 omniq, suauitate delinita, hanc tamen vitam suauita-
 tem voluit sibi omni amaritudine inspersam esse. quid
 dico amaritudine inspersam? voluit sublatam, vt ce-
 li sui in terris trophæum aliquod ad perpetuam ani-
 morum salutem erigeret. erexit illud; da vitam le-
 s v, si vita quid apportet aut tibi gloriæ, au-
 tuis

tuis vtilitatis. nihil apportat? da mortem IESU, & in mortis tetra hac caligine te perpetuam lucem. Fuit mors Martino, vt diuo rerum vel fluxarum affecto facietate, vel diuinarum incenso cupiditate, omnibus votis expetita, mortem tamen voluit abesse. quid dico mortem abesse? voluit mortem extrahi, & tanquam imperium in multos annos prorogari, vt zeli sui aliquod monumentum ad perpetuam Dei gloriam figeret. fixit illud; Domine, si adhuc populo tuo sim necessarius, non recuso laborem. multa sunt zeli trophæa in Ecclesia à multis posita Sanctis, sed nostra ætati nullum accommodatius, quàm quod posuit D. Bonauentura. vix est hodie, quem purpura, tyara, dignitas de virtutis statu non moueant, studioque inanis gloriæ non efferant. at diuo Bonauenturæ honor purpuræ fuit non illecebra ad vitium, sed flamma ad zelum. nam quo puncto à Pontifice receperat galerum insignæ dignitatis Cardinalitiæ, eum appensum ad parietem his verbis dicitur affatus. quæ me macula exturbat è monasterij quiete? quod meum malum efficit, vt te, galere, amplectar, cura cumulum, doloris morsum? sed quid te fugio galere? cura es? curis me confice, si hæc meæ cura futura sint mundo salutare. dolor es? doloribus me opprime, si hi mei dolores possint afflictis esse consolationes. anathema, anathema sis mihi galere, si hoc meum anathema futurum sit mundo salus. non te fugio, quia cura es, sed timeo, quia splendor

es: non te auersor, quia dolor es, sed egrè attingo, quia
 esca es. quanquam esca non eris mihi, qui cupio, non
 vt in tuo splendore efferar, sed vt in tuo dolore depri-
 mar. video hîc, quem non sequor, zelum summum,
 sed da Bonauentura, vt quem video, sequar zelum
 summum. facio sanè parietibus nostris & domesticis
 gloriæ iniuriam, qui cum habeam ingentem zeli the-
 saurum, eumq; lautissimum in Apollinari nostro do-
 mi reconditum, foris tamen ineptus eruo Gregorius
 Martinos, & Bonauenturas. domestica exempla plus
 habent ad mouendum neruorum, quid quero exte-
 na? Apollinaris noster instar est omnium, quid con-
 fessor singulos? nam vt taceam mortem, inferorumque
 potestatem illius zelo victam in excitando Ruso, na-
 turam factam integram in restituenda Tecla, aliq;
 multa miracula edita, nō tam sui zeli ardore (quan-
 quam ardebant quoq; ista zelo) quam quadam vi-
 uinitus concessa ad gentis illius obstinationem, te-
 camq; peruicaciam vel frangendam fortius, vel im-
 riendam suauius, inspiciate (quæso) mecum illius me-
 res, acta, vitam, in quibus si facile animaduertitis le-
 boris patientiam, patientiæ constantiam, constanti-
 charitatem, facilius sanè animaduertetis in omnibus
 ardorem, in singulis vehementissimum animorum
 zelum. mittitur à D. Petro ad Rauennatem vrbem
 quid? timet barbarorum furorem? Ethnicorum in-
 sidias? nihil horum, sed missus proficiscitur, non ap-
 limatulam gentem Episcopus aucupans honores,


Chr

Christianus apud Ethnicum populum, cuius nec mo-
 res humanitas, nec mentes tinxerat religio, quarens
 in laboribus labores, in exilio exilium, in vita len-
 tam mortem, quanquam autem non statim se ape-
 ruit Apollinaris, & quemadmodum Paulus Atheni-
 ensibus, sic Rauennatibus primo quoque tempore non
 explicuit ignotum Deum: tamen non minor fortasse
 laus consequitur latentem Apollinarem, quam se a-
 perientem Paulum, enunciat Christum Paulus, vt
 prudentibus aperte; enunciat Apollinaris, vt barba-
 ris latenter; vt doctis statim ille, vt rudibus tarde iste;
 vtrumque vterque cum zelo serio. o mirabilem zeli
 prerogatiuam, qua fit, vt tam sit consilij tarditas A-
 pollinari fructuosa, quam celeritas Paulo; tam utilis
 Apollinari timor, quam Paulo sancta audacia: nisi
 melius putetur quodam zeli priuilegio fuisse, vt Apol-
 linaris tarditatem celerem, & timorem sancte au-
 dacem, sic sanctam audaciam Pauli timidam, ac ce-
 leritatem fuisse tardam, quanquam si naturam ze-
 li inspiciamus, neutrum sane satis apte dicitur, nam
 cum in zelo sit nec celeritas, nec tarditas, nec timor,
 nec audacia, sed singularis quaedam prudentia atten-
 tissime peruestigans oportunitatem: fit sane, vt in
 Apollinaris tarda expectatione non minorem zeli
 laudem admirer, quam in Pauli generosa celeritate.
 zelus namque Apollinaris non subterfugit insidias,
 sed aucupatus est oportunitatem. Atheniensium ani-
 mos reperit Paulus habiles ac subactos ad sementem,


Rauennatam fecit Apollinaris, atque tanto ardore
 suauitate, prudentia fecit, vt plura sanè zeli sui tro-
 phæa monumentaque fixerit, & collocarit Rauenna
 quam Paulus Athenis videtis (Auditores) eò spectet
 orationem meam, quò debent referri vestre cogita-
 tiones, actiones, conatus omnes. quò non ad exquisi-
 tas opiparèque instructas epulas, nec ad honores
 rulorumq; inanes prensationes, sed ad zelum, quam
 rem expressi notam Sacerdotis, hanc exprimit
 tam Sacerdotes. quam rem? explicauit perfectionem
 Christiani hominis, hanc explicare perfectionem
 Christiani homines. quam rem? ostendi Confessorum
 summam lauream Martyris, hanc ostendite summam
 Confessores, vt lauream consequamini. Martyris
 quam intuebitur terra, quod fuit Confessoris
 & stupebit cælum, quod est Marty-
 ris. Dixi.



ROBE



ROBERTI TURNERI DEVO-
NII ORATIO XV. HABITA IN FVNERE
 Reuerendi admodum, nobilis, & Magnifici
 viri, Domini CASPARI FRANCI, SS. Theo-
 logiæ Doctoris ac Professoris in Alma In-
 golstadiensi Academia Ordinarij, Protono-
 tarij Apostolici, Parochi & Ecclesiastæ ad
 D. Mauritij, &c. magnanimo Catholicę
 Religionis Propugnatori.


S I Philosophus (Auditores) scite dixerat
 & aptè laudem mortuorum esse quod-
 dam quasi semen, ex quo viuorum vir-
 tus haberet vel succum, quo vigeret, vel
 vim, qua aeternum viueret: scite etiam & aptè fece-
 runt omnes gentes, quæ quantam virtutis speciem
 vellent nitere in posteris, tantum honorem in funeri-
 bus virtuti maiorum habendum censerent. viuit præ-
 sentibus virtus in mortuorum laude, & ita viuit, ut
 quantã mortuis obscures laudem, tantam viuus tol-
 las virtutem. nam volumus, quicumque sumus in hac
 corporis labe, exemplo excitari, illasquæ inprimis res
 consectamur, quarum vel palmã stupentes videmus,
 vel fructum præcerpimus spe. obeamus, ego oratione,
 cogitatione vos, Græcos, Barbaros, Romanos, Hebræ-
 os, vniuersi in mortuorum laude, tanquam semente
 virtutis, spargenda congruunt sensibus, & mortuis
 ita

ita

ita vel figunt obeliscos, vel pyramides extruunt, vel
 panegyricos texunt, vel pompas instituunt, vel sacra
 accendunt, vt videatur loqui non tam cadauer mor-
 tem, quàm triumphus vitam. ac ne putetis hanc
 suetudinem fuisse ethnici tantum erroris, Abramo
 mum legimus diligenter versatum in ornando suo
 pulchro, in palatio ornando non legimus. id tantum
 est discriminis inter gentes illas ethnica quondam
 nube circumfusas, & nos fidei iam puritate tin-
 quod illæ obeliscos, pyramides, monumenta retu-
 rint ad virtutem tantum honoris specie excitanda
 nos in pyraminibus, obeliscis, candelis, funerum cer-
 moniis etiam testamur mundo. quid testamur mor-
 do? loquimur cælo. quid loquimur cælo? Deo. bonum
 ostentamus fidem spem quæ nostram de resurrectione
 Candela (Auditores) thuribula, preces, sacrificia, etc.
 trum, altare, cruces, ceremoniæ, vos stantes, iam
 FRANCUS loquuntur resurrectionem. quid resur-
 gemus? resurgemus iusti. resurgemus? resurgemus
 iusti? ad vitam resurgemus. resurgemus
 iniusti? ad mortem resurgemus. & huius vita, huius
 mortis erit iudex. quis? Christus. quo tempore? extra
 ma vita. quo loco? in valle Josaphat. hæc lex omnibus
 omnibus. certum? oraculum. tremitis fortasse senten-
 tiam hanc. At saxo hodie, si mihi modici temporis
 furam impertiatis, horreatis toti, sed cum spe horrea-
 tis. nam etsi huius iudicij eam formam sim exper-
 rus, vt iniiciat horrorem: tamen in FRANCUS

tanquam recta via, ea vestigia notabo, quæ hanc viam sequenti ac persequentifacile ostendant spem. attendite, est res magna; attendite, est res vestra. atque ita vestra, vt attingat vitam non hanc fluentem punctulo, sed illam. exuta aut certe subacta hac concretionem, in iudicij vel morte miseram, vel vitam felicem, & perpetuam miseram, perpetuam felicem.

QUOTIES (Ingolst.) intueor in vitam, in iudicium: toties miror esse, qui voluptatum aestu ita abripiatur extra lineam & oram rationis, vt vitam curet, iudicium negligat. vita est incerta, iudicium certum, illa fluit, vt hoc consistat: vita est fragilis, iudicium statum, illa abrumpitur, vt hoc statuatur; vita est medium, iudicium finis. illa inicitur, vt hoc figatur. rem vel incertam certam, vel fragilem statam, vel mediam extremam præferre, cuius prudẽtia? præferimus tamen plerique, id quæ tanto interuallo, vt videamur omni quasi prouisione cauere, ne hanc nobis vitam cogitatio iudicij vel contamineat tanquam labes, vel tanquam amaritudo respergat. putarunt huic errori satis prospectum, Bonauentura, si statuas vitam esse stercus; Ambrosius, si reputes vitam esse miseriam; Augustinus, si cogites vitam esse bullam. non perdo tempus colligendis Sanctorum sententiis, vita id solum est, vel quod non est, vel quod vix est, vel quod sordes est. monstrum, quid te colimus? Flos es, pulchrum audio, sed marcescis; umbra es, lucidam miror, sed vanescis; fumus es, altum video, sed dissipari; cinis es, vinctum teneo.

teneo.

teneo, sed dissolueris. nihil es, vita, quicquid es, vel
 fortè vis esse fætor Bernardo. ponunt Doctores nomi-
 nes huius generis, alij alias. sed quid efficiunt? id est
 vitam esse aut magnū nihilū, aut pulchram serena-
 et si isti hinc ostendant commodè, in vita esse conti-
 nendam vitam, pendendum iudicium: tamen quod
 hoc per cuniculos insinuant in mentes nostras, non
 audire Christum, qui rem clarā apertè, necessitatē
 altè, vobis quasi tonitru iudex, omnibus pater, denun-
 tiat apud Matthæū, vigilate, vigilate, nescitis diem
 neque horam. est res grauis, quam Christus inculcat
 verbis, vigilate, vigilate, grauis certè; & eò grauis
 quod incertior, nescitis diem, neque horam, veniet dies
 Domini, certè veniet; Veniet dies Domini tanquam
 fur, latenter veniet: vt si timor premat, quod sit
 turus; horror certè opprimat, quod sit latenter veni-
 rus. quid? non veniet dies illa? hoc si dicas, hebet
 Physicis, in Theologicis Epicurus. Christus consumpsit
 totam suam vim in mundo architectando, totam
 am prudentiam in mundo constituendo, totam
 misericordiam in mundo liberando; & iustitiam
 am in mundo iudicando patietur aut mediam ex-
 aut totam, tanquam in vagina gladium, ostende-
 tere? iudicabit, iudicabit mundum totum: totum
 ctus ex iustitia, iudex viuorum & mortuorum, te-
 cit Paulus, & meritò iudex latuit in carne humana
 passus est paupertatem, conuitium, virgam, pugna-
 crucem, mortem. nihilné præmij Deo, quod sit
 bonū

homo? nihilne felici, quòd factus miser? illud est præ-
mium, est pramium illud longè gloriosissimum, vt
fit iudex viuorum & mortuorum. quicquid Epicure
scortaris, & quàm latenter scortaris; quicquid hel-
luaris, & quàm libenter belluaris, iudicabere, iu-
dicabere. non vult Christus priuari hac gloria debi-
ta propter crucem, non debet priuari hac gloria pro-
missa à patre. quare cum Christus velit esse iudex, de-
beat esse iudex; & iudex in mundum sit non ventu-
rus, sed surrepturus; ne res tanta videretur iustè nul-
la, quia rectè subdola; eam parabolis occultè, vt ex-
citet studium; verbis apertè, vt cieat timorem, omni-
bus non susurrat, sed tonat, ac veram viam quæ ex-
primit. rete iactum, pisces capti & subiecti oculis pi-
scatoris, illi extrusi, hi seruati, quid sunt? effigies
huius iudicij sunt. semens sata, & zizanio tanquam
labe, ab inimico homine infecta, granum dein' pu-
rum putum secretum, & zizanium igni consumptum
quid præfert? formam huius iudicij præfert. virgi-
nes hinc & hinc decem, prudentes illæ, stultæ hæ, re-
ceptæ illæ, eiectæ hæ quid notant? hoc iudicium no-
tant. de nuptiis, de talentis, de alijs rebus parabola
tam multæ, tam pulchræ, cuius rei sunt? huius iudi-
cij sunt. secernet Christus in reti pisces bonos à malis,
in aduentu virgines prudentes à stultis, in messe gra-
vum infectum à puro, in nuptiis vestitos à nudis, in
rationibus frugi talenti œconomos à peruersis, secer-
net, secernet, id quæ tam certò, vt non satis sit Christo
hanc

hanc notionem parabolarum inuolucris complicare, nisi etiam explicet verbis, explicet minis, explicet signis. etsi nos (Auditores) quodam quasi somno consopiti id tantum in hac vita videamur agere, ut simus imparati, Christus tamen nos non vult imparatos. in illo die est venturus tanquam fur, non tamen opprimet tanquam fur, monet, excitat, terret. vigilate (inquit Lucas) omni tempore orantes, monet verbis; attendite (inquit Ioannes) à ventura ira, excitat minis; erunt (inquit Paulus) signa in sole, & luna, & stellis, terret prodigiis. nihil hæc sunt. illa, obscuritas solis, Lunæ eclipsis, stellarum inuersus cursus, motus terræ, gens contra gentem, pestis, fames, falsi fratres, Lucifer solutus catena, liberè que palans per omnes, inquinans omnia, mundo intonabunt hunc diem. tanti est, esse paratum, ut Christus non rectè moneat, nisi per totum mundum moneat. est maxima huius monitionis causa, longè certè maxima. nam si Princeps ex fece veniat non triumphis specie, sed rei minutula causa, omnes ita tenentur vel expectatione suspensi, vel spe defixi, ut quicquid audis, vides, sentis, laborem videas, rumorem audias, sentias dolorem, at veniet tunc Christus in hoc orbis quasi theatrum, & veniet non ad tendendum lumen misericordiæ, sed ad exercendam vim iustitiæ; non ad salutem porrigendam, sed ad seponendum boni premium, rei pœnam, non in miseria, sed in maiestate. qua maiestate? imperatoris buccina indicentis bellum viuis, mortuis.

qua

qua maiestate? iudicis tumulos, ossa, inferos vocantis
 ad rationem. qua maiestate? omnipotentis coelum,
 terram, mare purgantis igni. qua maiestate? Dei ma-
 los vel stupidos in cruce, vel in cinere marcidos im-
 plentis timore. qua maiestate? Ducis praemittentis
 angelos lucis, tanquam emissarios arbitros rei totius
 gerendae, videbant filium hominis venientem in nu-
 bibus cum magna potestate & maiestate Luc. tanta
 maiestas cui rei? efferendae humilitati carnis, in qua
 iacuit Christus, infans languide, in praesepe misere,
 coram boue & asino sordide. tanta maiestas cui rei?
 aperiendae, perdendae impietati, quae cum nollet audi-
 re vagitum pueri illicientis, debet audire tonitru iu-
 dicis sedentis. nam Christus sedet, non stat; minatur,
 non delinit, suoque oculo (hunc interpretor vallem
 Iosaphat) subiicit omnes. in hoc oculo quanta maie-
 stas? ex hac maiestate quantus horror bonis, malis?
 nam ibi aperientur non tantum usurae, adulteria,
 scortationes, ebrietates, homicidia, illaque sordes gra-
 uiores: sed labecula in spersa actionibus nostris, vocula
 otiose missa, ocellus fixus intortè, vnguiculus haerens
 molliter, cogitatiuncula concepta prauè, punctulus
 temporis positus male vocabuntur ad calculos. de ver-
 bo otioso reddetur ratio in extremo iudicio. Matth.
 O Christe, quantam puritatem doces? de vnguiculo,
 de ocello, de vocula, de cogitatiuncula, de punctulo tē-
 poris quis prestabit? Iohannes fortasse tuus, aut Ma-
 ria, praeterea nullus. haec cogitatio magno sanctoque
 p viro

viro obiecit causam pudoris non ferendi. nam si videremus pudorem ex mentione peccati in confessionis foro longè secretissimo, cuius frontis erit, ferre pudorem illum suffusum de peccatis in quodam quasi universitatis teatro evolutis coram cœlo, coram terra, coram Deo, coram homine? hic pudor exprimit nobis vocem Osee Prophetæ; cadite super nos montes, & operimini, cadite vt liberi simus ab hoc timore, si ille, sed nihil ille. nam peccata, quæ tanquam pulli suebantur in sinu, accusabunt, tinea vestis superbiam auri fulgor avarum, merces pauperis supplicatorem, pecunia condita usurarium, tactus libidinosum, gustus intemperantem. quid expectas? nunc hic tutum malo. tota natura conspirabit in mortem perpetuam eius mortem. armabit omnem creaturam contra insensatos. nam cum abusus fuerit igni adestationem, aëre ad voluptatem, aqua ad titillationem, terra ad gulam: adferent ad eum perditionem, ignis flammam, aër fœtorem, aqua tumultum, terra molem. post hæc tam multa, tam magna, tam horrenda, quid? Oh quàm tremo, dum cogito Deum imminantem, ite maledicti in ignem æternum? Oh quàm horreo, dum cogito diabolum inhiantem, insidiantem prædæ? hæc si sape, si seridè, si semper reperimus cum animis nostris, nulla nobis pars vitæ foret cum voluptate, immò nulla nobis pars vitæ foret sine lachrymis. hoc ego stans oscitante dico in superiori loco, sed FRANCUS iacens concionatur

nos. nam cum sibi penitus insculperat, hac fore, &
 titò fore, vigilavit omni tempore orans, vt dignus ha-
 beretur fugere ista omnia, quæ futura essent, & sta-
 re ante filium hominis, quod monet Lucas. FRAN-
 CVS fuit Saul puer sedens ad vestimenta eorum, qui
 lapidabant Ecclesiam, & zelator fuit stultitiarum
 Lutheranarum supra ceteraneos suos: sed Saulus fuit,
 id est, non malevolus fuit, ideoque dignus, qui sie-
 ret diuina virgula Paulus. Omnia sunt paria. Pau-
 lus obit Iudeam, vt Christum extinguat, sed obit a-
 more pietatis; FRANCVS latet in Bauaria, vt
 monstra pariat Luthero, sed latet studio religionis.
 Sudat, alget Luthero, sed Christus in medio cursu Ha-
 gensem pestem exinguit Bauaria, & FRANCVM
 ex cathedra irrisorum, tanquam Paulum ex equo,
 dum eiicit, Paulum nouum refingit Ecclesie. Nam
 Deus per EISENGREINIVM, illum virtutis an-
 gelum, vix miserat vocem istam, FRANCE FRAN-
 CE, cur me persequeris; quin mox cesserit FRANCVS
 fulguri vocis, fulguri spiritus, illudq; vsurparit, Domi-
 ne quis me vocat? durum est contra stimulum calci-
 trare. Nihil fuit, habuisse patrem ministrum, Epicu-
 reum porcum saginatum in hara Lutheri; nihil fuit
 habuisse Melanchthonem praeceptorem lernaam pe-
 stem, natum ex simo Lutheri; nihil fuit, fuisse missum
 ab hoc, missum ab illo, ad siliquas Lutheri mandan-
 das agro Hagensi, nihil fuit: Spiritus vincit carnem;
 fraudem, Damonem; carnem voce, fraudem doctrina;

Daemonem vi. Felicem EISENGREINIVM qui
 sic vicisti; fœlicem FRANCVM, qui sic es victus. vt
 videatis gradus & progressionem quosdam Spiritus
 primùm quem Spiritum hausit è cœlo, instillat in
 Hagensi ditione illis, quos infecerat; quosq; perdit, ser-
 uat. non his cancellis includitur Spiritus. ad aulam
 Bauariæ volat. quantus ibi? miratur Princeps. mitti-
 tur ad Academiam. qualis hic? amant boni. cogitat,
 scribit, concionatur contra Lutherum, idq; efficit uo-
 nando, vt Lutherus doctis videatur vel nullus, vel stul-
 tus. Laboranti tardat cursum morbus, auget Spiritum.
 frequens illi vox illa, querit inuenire, quem de-
 siderat anima mea. intelligo. Christum, FRANCVM
 vi; Christũ habes. morbus prius serpens, potius quam
 fœuens, tētārat corpusculum fractum laboribus; post-
 quam desit serpere, cœpit fœuire. confitetur, passitur,
 vngitur; singula magno pietatis sensu. nam si Paulus
 in FRANCO antea vicerit, iam triumphat. videt
 adesse diem resolutionis suæ (vt Paulum nouum pro-
 gam veteris Pauli verbis) ideoque vt excludat vocem
 eorum, qui Lutherum olent, oggannientium in mor-
 tis articulo redire ad vomitum suos; cœlum, terram.
 Diuos, homines citabat testes, se mori, viuere in fide
 Catholica, & Papistica (claro verbo à recta hereticorum
 fraude cavit sibi) nihilquæ eorum se refugere, quod
 scripsit, dixit contra heresim. Subsistet in voce con-
 foris mea vox, non quod multum rei non sit, sed quod
 nihil temporis fuit, istis effuriēdis potius, quam

*mentandū. quanquam quid pergo? moritur in pace,
sistitur iudicio, triumphat in gloria, dum audit illam
vocem, veni benedicte patris mei. quiescas benedicta
animula, tibi, nobis. Dixi.*



ROBERTI TURNERI DEVO-
NII ORATIO XVI. DE VITA ET MOR-
te Reuerendissimi & Illustrissimi Domini
MARTINI à SCHAVMBERG, Principis &
Episcopi Eystadiani: in funere 3. Non.

Iul. Anno M. D. X C. Eysta-
dij habita.

LACHRYMÆ ubi estis? vanas vos non
appello, quæ fluunt à crocodilo: sed ve-
ras, quales à Iosepho, dum Iacobum;
aut à vidua Euangelica, dum luget
suum filium. Lachrymæ ubi estis? Cecidit nobis Mar-
tinus, heu cecidit, per quem stetit foro iustitia, literis
decor, religioni nitor. Quando fluertis lachrymæ, si hinc
stetis? profecto si vnquam aut vsquam fluitis iuste,
hic impiè statis. Nam non cecidit nobis puppula ho-
minis, insignis ostro & purpura colore, sed; non inue-
nio vocem, qua meam notionem exprimam. Princeps
fortasse hominum cecidit, grammaticè satis, sed non
satis ad huius virtutem. melius credo, gemma Sacer-
dorum. quomodo melius? ad normam istud Rhetori-

ces: sed hic vixit supra omnem normam Rhetoricam.
 Alius ex Philosophiæ spatio dicitur Aristotelis qua-
 dratus. tu etiam, Philosopho, debes hic potius stupere
 quam dicere. Siquidem cum Martinus noster, gratia
 & virtutis quibusdam alis supra omnem naturam
 mitem elatus fuerit: usurpanda est gratia formula.
 Ad hanc formam quis tandem vir cecidit nobis? cecidit
 nobis, proh dolor, cecidit miraculum homini. Consi-
 derate vultum. quæ maiestas? vestem. quæ simplici-
 tas? simplicem maiestatem in huius vita primam ad-
 didimus. Si agat res liberas, putes influxisse in vulgum
 si serias, effluxisse è cælo. Duas diuersissimas formas
 vulgi cælique, vnum hominem ita præferre, ut in-
 deatur & præceptus è cælo ad amorem, & vulgo ad-
 susus ad stuporem: scelicitas est, si hominibus, certe supra
 hominem. Dicebat contra hæresim, seuerè plerumque
 & verè: sed seueritati huic & veritati mellitum in-
 scio quid & scitum ita commadè interspererat, ut be-
 reticum, semper stratum, non consternatum; offe-
 sum, non infensum, eius vox dimiserit. Non vox ho-
 minem sonat, ô Deum certè. quid agat? ut quaerere
 offertur, ita eam primùm arripere sine lege, sine modo
 sine arte, istud insanire est, non dicere. Sed ignoscere
 amoris meo, qui omniâ impotens, non finit se, commo-
 ni præceptione, tanquam limite, includi. furit
 amor, non potest exordiri; furit, non vult narrare
 rit, furit, nec expectat fræna artis, sed in proximum
 quodque irruit, aut illud vnum cogitat, miraculum
 hoc

hominis. Quanquam hic meus furor id habet felicitatis, ut incurrerit inscius in artem, sparseritque notiones quasdam, tanquam semina reliqua orationis, in quibus si ponamus vestigia, ego dictionis, vos cogitationis, facile perueniemus eò, ut videamus Martinum fuisse miraculum hominis, miraculū Principis, miraculum Sacerdotis. Attendite & adferte aurem ad ordinem meum. Nam ne vestra cogitatio fluat, & disticta non habeat certum quid & statum, quod sequatur: ego cohibebo mihi furoris & amoris impetum, viamque insistam artis, breuem, facilem, expeditam.

Qui orationis ad normam struendæ sunt magistri, nihilque probant, nisi ad præceptionis libellam & stateram examinatum, ij etsi scribant & præscribant; in laude vel funebri vel theatra, generis maximam rationem habendam esse: meum tamen iudicium hodie ita est contra artem, ut putem me natiua nostri Principis germanaque virtuti lituram inspersurum & labem, si ei ex gente laudem vtiliter emendicaero, & Patris, Patriæque nomina, tanquam externa pigmenta, illeuero aut adpinxero. Est quidem aliqua laus, fuisse vel Æneæ Iulum, vel Priami Hectorem, vel Iouis Hercule: tamen cum Martinus noster reliquos Schaumbergeriæ familiæ vel Iulos spe crescentes, vel Hectores pectore fortes, vel Hercules virtute masculos, vnus superauerit oēs: statuo, Schaumbergeros parētes tacendos, qui Martino nostro dederūt, ut sit sanguine nobilitis; à Martino autē acceperūt, ut audiant, heroes, &

fama illustres. Deinde laus illa generis cum perire
 neat ad Iulos tantum, Hectores, & Hercules, qui
 ex terra triuioque corradebant famam, & volebant
 videri in minimis maximi: illa certe trophæo, quod
 Martini immortalitati erecturi sumus, non debet ab-
 necti, in cuius vita id semper erat maximum, velle
 deri minimum. Quod verò recepimus in ipso limite
 nos secuturos filium artis, videmur fecisse satius, & a-
 ti, & rei, quòd in negotio notissimo inuimus, & li-
 gitulo indicauimus, quantum alios gens, tantum
 suam gentem hunc illustrasse. Nam omnes res pre-
 clare gestas, omnes affinitates, omnes clientelas, om-
 nes umbras, omnes laudes, quæ ex Schaumbergen-
 Patribus in hunc nostrum Martinum influunt, velle
 persequi, & ad normam veteris Scholæ, minutè col-
 legere, cum res est vberrius orationis, & negotij spiffi-
 simi, tum nec finit tempus, in cuius perbreue curricula
 conclusus sum, nec vera seges laudum, quæ ipsa
 Martini Principis vita parit ex se, & vberrius asse-
 dit. Quare his, quasi corporis, strumis exactis, contem-
 plumur ipsum Martinum, virum purum vultu pri-
 mum? Sacerdotem? an Principem? Quemadmodum
 nature sic orationis meæ itio quadam deberet esse,
 vivo in sacerdotem, à sacerdote in Principem. Verum
 quia Princeps aridissimo cuiq; oratori submissis
 orationem plenioris & fusioris quàm temporis
 melius vobis, leuius mihi, satis rei, virum purum
 sacerdotem leui quasi brachio transflire, virum

rum appello liberum adhuc & à sacerdotis grauitate,
 & à maiestate Principis. Hæc pars vitæ et si aliis plu-
 res maculas inspergat, quàm quas possunt toto cursu
 abstergere: tamen huic ita acta, imò exacta est, vt
 in eo nauulos illos communes vix ac ne vix quidem
 inuenerimus. Nam postquam suas vitæ, & viæ ratio-
 nes segregauit à sero & mundo (segregauit autem in
 prima etate) vitam vixit semper puram sceleris, se-
 iunctamq; à contagione morbi illius, qui Ecclesiam
 primò perdidit & prodidit Luthero. At otiosam re-
 prahendas hanc eius vitæ partem. Otiosam, & volu-
 ptatis morbo non correptam aut corruptam quis cre-
 dat? Nam voluptati & otio tam arcta est societas &
 communio inter se, vt otium primò molliat mentem
 & subigat ad voluptatem, atque voluptas mox, fal-
 sa specie, sese insinuet, veræq; virtutis neruum peni-
 tus incidat. Quamquam patior, vt reprahendæ hanc
 vitæ partem perditam otio, si non inuenias totam po-
 sitam in virtutis studio, pulchrè positam, & ad seue-
 rioris disciplinæ calculum. Primam etatem non pri-
 mis modò Grammaticis præceptis, sed interiori etiam
 illa & politiori literaturâ quàm probè tinxerit, imò
 latè imbuerit & infecerit, abundè loquitur oratio la-
 tina, quæ seni tam pura, tam prompta, vt videtur nõ
 solij maiestatem iam diu consilio tueri, sed à schola ad
 curiam, aut à curia ad curam togamq; Principis iam
 primùm translatus. Neq; dixit solùm commodè, sed
 tam alto fuit in literis iudicio, siue illud ars excolue-
 rit,

rit, siue indiderit natura, vt stupuerim semel eum
 Erasmo, & laudantem illud liberum, & reprehenden-
 dentem hoc, quod omnes vident, affectatum. Neque
 stetit, sed, quasi profiteretur se eudenda lingua
 cem, inuenit & in Bembi illo perpetuo ambitu, quod
 languebat, tardiusq; ingrediebatur, quam tere-
 atq; rotunda auri ferebat: & in Politiani arguti-
 roq; genere, quod hominis non omnino plumbei-
 rem mentemq; mirifice afficit, & demulcet. Ac ne-
 tetis hanc eius orationem petitam ex alieno corde
 ore, ipse mihi ostendit Politiani epistolas, & Herodoti-
 num sua manu notatos, & asteriscis praescriptis
 memoriam, subiecitq; eandem se operam in Bembi
 storia Veneta fixisse, sed duriusculum, & longiori
 riodi circumductu reprantem verius quam inceden-
 tem, non facere ad suum stomachum. O delictum
 stomachum, & si hoc habitu natum, diuinum si
 factum, primae etatis incuriam nemo mihi repre-
 dat. Quamquam quid probo primam vitae partem
 sitam in studio, & studio virtutis? Loquebatur
 in a, loquebatur pectus instructum à prudentia, loque-
 batur perpetuus in mensa sermo, loquebatur iugiter
 oculus purus & acer, quo statim videbar in alicui
 & vultu, quod amaret, & oratione, quod reprae-
 deret. Audiui à viro bono, beneq; oculato, cui illius
 ta non nauo & crepundiis, sed veri notis cognita
 historiae, canonum, conciliorum peruolutatione
 son primum, vt quoties vellet mentem traducere

grauiori ad quietem, solitus sit in hac adyta quasi di-
 uersoria opportuna diuertere, vt antea sapè trita, &
 iam nullo sibi labore peruia, id quod vt ego crederem,
 fecit illius perpetua consuetudo, qui in mēsa plerumq;
 nodum ex canone concilioq; ita commodè nexuit, &
 vel ipse soluit, vel aliis, tanquam Gordium, dente inci-
 dendū reliquit, vt sapè miratus fuerim, hac labe et a-
 ris & Principum, tantū aut senem potuisse, aut volu-
 isse Principē. Ista fortasse postea commodius, nisi per-
 tineret ad rem, videre nunc, ex quo semine nō otij, sed
 laboris, illa post seges Principis nata est & effloruit.
 Neq; hoc semē est Germanici tantū soli, quanquam
 sparsū hīc primò diligentia, occatum labore, pietate
 irrigatum, & gratia, tanquam solis, percoctu ma-
 turum exierit tandem in hanc Ecclesia Germanica
 messem. Quippè cum probè intelligeret posse Troia, id
 est, domi, nasci Hectores, sed non posse nisi foris fieri
 Vlysses, vsu fieri consuetudine fieri, peregrina discipli-
 na fieri, & quasi Mineruæ manu, fingi: profectus Bo-
 noniam, omni semper humanitatis & doctrinæ laude
 politissimam, ita perpetuo & nunquam interciso pru-
 dentia humanitatisq; tenore exegit duos annos, vt
 aequè cieret amorem & in Germanis Italica suauita-
 tis, & in Italis prudentia cuiusdam Germanica. Post
 studia Bononia cœpta, fortuna vel potius prouiden-
 tia fortunæ victrix aut reatrix tulit in Italiam Au-
 gustanum Cardinalem, cuius Aula Martinus aggrega-
 tus Romam vidit, atq; in media labe ita nitidus vi-
 xit

xit & sine labe, vt præbuerit occasionem cuidam
 dentissimo viro, committendi Martinum ad
 uenem cum Cardinale, mirandiq; duos ex vna
 diuersissimi ingenij homines, quorum vnus ita
 manizabat, vt nihil videretur velle habere Itali-
 ter ita Italizabat, vt nihil penitus Germani. Co-
 putatis maiorem laudem? Cardinalis, qui aliena
 tam nauiter imitabatur? an Martini, qui suam
 sonam tam constanter tuebatur? prætulit ille Cal-
 nalem, prætulit, & simul prodidit iudicij infirmi-
 tem. Nam quemadmodum Vlysses potuit esse
 gena, & vniuersæ gentis ciuis, voluit tamen
 videri indigena, & Troie vel euersæ ciuis: sic Ma-
 nus noster, & potuit Italus, & semper voluit
 ter videri Germanus; morumq; quadam mitiga-
 utrique genti æquè semper ostendit, & Italum
 Germanum habere aliquid affectari, & Germanum
 extra Italum aliquid nescio quid seueri. Quare
 multis prudentiæ & mititatis partim insita, partim
 adscitæ signis probasset Italis, esse in Germano
 ne, quod debeat amari & coli, reddit se Germani-
 suæ, secumquæ refert, quid? prudentiam? rem natam
 iudicium? dixi, doctrinam? vidistis, quid tandem
 uum retulit, & non auditum? ipse se retulit
 mysterium verbi) ipse se retulit Germanorum gen-
 nisimum, non Itali simiam; ipse se, expressionem
 doris, non factum arte vultum; ipse se, suauitatem
 uam imaginem, non delicias fictas; ipse se affectum

magistrum, non aucupem ceremonia; ipse se retulit, non oblitum externis moribus & sceleribus ad contagionem, sed mollissimi simul & grauisimi genij formam quandam & exemplar: Quam grauitatis & mititatis personam tam constanter tuebatur iuuenis, senex, subditus, priuatus: vt discriminaretur tantum à sene iuuenis, crine; à subdito priuatus, loco. Hæc eum vel morum modestia, vel motuum mitigatio primum posuit in Decanatu. quem hic virum? omnia vt dicendo exequar, non sinit tempus: & ipsius primus princepsq; honor orationem hic tanquam ad vadum hærentem, ad se toto impetu rapit. id tamen impetro & à re ipsa, & ab ipsius Principatu, vt moneam illum gessisse Decanatum, summa moderatione; verbo vt magistratum, re vt subditum: vix vt possit statui, fueritne seuerior in se subditus, an mollior in alios magistratus. Mirus hic modus gerendæ Reipub. & eò magis mirus, quò verius tuebatur dignitatem, inueniebatque noua arte, vt ex authoritate timorem, sic ex authoritatis vsu amorem. Audiistis incunabula Principis & semina, pauca, sed prima; prima & magna. At Princeps? Qualis ex recta frutice platanus, aut ex humano semine heros & semideus. Cùm duo sunt, quæ homines commédant omnes, maxime maximos, eosq; ponant prope diuinitatis gradum, facere & credere: tum hæc duo ita sunt plena difficultatum, & interseptu obicum penè inuia, vt in tota antiquitate vix legeris, qui & faciens non impegerit.

& credens non titubavit. Moyses, quo nihil fuit in
 ge copulatus Deo, scilicet primo maximorum
 riorum & auditore & interprete, quia Dei verbi
 dem incredulus abrogavit, quam maxima se
 contentione petiuit & expetiuit terram promi
 nis, eam vestigio suo nunquam impressit. Moyses
 os Dei, cor Dei, delicias Dei, non credidisse Deo
 est infirmitas humana. Zacharias irreprehensibilis
 coram Deo & hominibus, id tamen suscepit laborem
 cum Angelus eum excitaret ad spem filij certam
 diffidens plus naturæ, quam nixus Deo, excepit
 Vnde hoc sciam? Petiisti Zacharia, & simul
 riisti, ecce eris tacens, & non poteris loqui
 usque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod
 non credidisti, De Apostolis vultis? Thomas illi
 notum est, non credam, nisi digitos in fax
 ras clavorum. nec Thomas solum, sed alij Ap
 stoli fuerunt hac scabie contacti, & huius ergo à Chri
 sto tacti. Marci 19. exprobrauit incredulitate
 tem eorum. Martinum ut non liberem omnem
 hominem ab ea pedica, qua Apostolos ipsos impedit
 tamen Episcopum ut vindicem & asseram, sicut est
 omnis sermo, omnis consuetudo, omnis actio. No
 ta est illa illius vox ad Principem virum, cum Lactan
 ro potius quam Ambrosio? Vitemberge quam non
 credis? crederem, inquit ille, incredibilia? im
 iecit sanctus senex, id ipsum credere, est, incred
 lia credere. Quamquam malè pono momentaneum

na eius voce, qui tota vita ita dixit, ita fecit, ut & vita verbo, & verbum vita, & utrumque fidei fecerit fidem: usque eò ut ab hæretico audiuerim, si omnes sacerdotes fuissent hac vita Martini, nunquam secessio fuisset facta à Roma. Et si hæreticus præposterè peteret momentum fidei à vita hominis, tamen maxima fuit laus Martino, sic vixisse, ut ipsi hostes statuerint eius fidem & vitam, vita sibi & fidei æquissimam regulam. Caluino exprobranti leuitatem nobis, qui credimus sub specie panis esse Christi carnem, respondisse fertur medicus verè & argutè, qui non credit Christo dicenti, gnauiter impudens: qui credit, feliciter est stultus. ad hanc normam Martinus Episcopus. Et si enim potuerit adferre rationem, cur crederet: tamen ita totus in orbis & vrbs nutu acquieuit, ut sine ratione mallet credere, quàm cum ratione insanire; ne vnquam vsurparit illud *Thoma*, Non credam, nisi digitos in fixuras: sed cum *Tertulliano* fixerit credendum, quia non credendum. Natus est Filius Dei (inquit ille) prorsus credibile est, quia ineptum est: & sepultus resurrexit, certum est, quia impossibile est. Hoc est, quod dixit Episcopus antea, sibi esse regulam fidei, non Lutherum seruum sensus; sed Romam, filiam cœli: nec sibi se normam credendi, sed Deum ipsum, & Deum incredibilia dicentem. Purè ergo Episcopus noster credidit. profectò ut Episcopus. Purè tantùm? imò constanter & pie.

piè. Pietatem vidimus omnes, quicumq; eum vidimus
 gementem, suspirantē, & tantum non stentem, quicunq;
 tiescunq; rei vel in Gallia vel in Flandria molesta,
 susurrus increpuit, & quasi amore in Roma quiescentem,
 non prius conquiescentem, quam aliquando a
 caelo spei & consolationis auram sentisceret. Ma-
 ne, possunt ne hac tempora te carere Episcopo? debent
 potius quam possunt. Quam clarè nos videmus
 ius pietatem, tam verè heretici stupuerunt confu-
 riam. Princeps enim non nostrarum partium est
 mini suauitatis & officij genere complecteretur, et
 tumq; deferret, quantum aut sanguini debuit, aut
 tuit vicinia, tamen cum ageretur Christus, cum
 clesia, cum Roma: animus magnus, & sacrum
 re caeli, non cogitavit, contra quos, sed pro quibus
 ceret. Ex hoc genere multa sunt, verum quia in
 ria aula semper cum offensione, aliquando cum per-
 culo, efferuntur in vulgus, tantum tango, quod cuius
 magno, & alioqui bono viro se excusanti quasi in
 thero, non Caluino stantem, constanter respondentem
 Luthero, Caluino, omnibus aequè extra septa
 vnam esse viam, aut prolapsionem potius, in flammis
 perpetuò vindicem. Quam senis aureoli vocem
 reolus Princeps Bauariae Dux PHILIPPVS
 ripuit, ut eam quasi è caelo lapsam, & gemmam
 stantiae, quae Episcopus debet maxime ornare, intextuerit
 ad Patrem suis intextuerit. Macte, PHILIPPVS
 ceptus, & tenax disciplina, in qua es, imitatione

plôque magni *Martini* hoc modo cresce ad magna.
 Nolite tamen putare *Martinum* sic zelatorem, vt
 non meminerit modestia. Nam haresim sic perdidit,
 vt hareticus vellet suam haresim, si perderetur, sic per-
 di. Oderat quidem haresim, vt pestem; sed odio san-
 cto, odio iudicij, odio, quod habuit amorem. Quan-
 quam in eos, qui carnem sapiunt & sensum, vix ca-
 dit, vt intelligunt amorem cum odio coniunctum,
 & ad concordiam miraculo mistum: tamen Episco-
 pus *Martinus* haresim ab haretico, morbum à mor-
 bido, contagionem ab infecto tam exquisita iudicij
 lima secreuit, vt arderet eius, quantum odium in hæ-
 resim, tantus amor in hareticos: factumque est hæc
 moderatio, vt viderentur aequè, & hareses odisse
 eius amorem, & haretici eius odium amasse. Tanti
 est Principem bene vti voce, bene vti ratione. In fide
 & pro fide bene quidem & generosè: pendamus a-
 ctionem. Nitida illa, & (vt vno verbo dicam) pri-
 sca. Nam Principem & Episcopum sustinebat tam
 pulchrè, vt nec Episcopum pollueret maiestate, nec
 vilitate minueret Principem. In incessu quid deside-
 ratis Principis? ita altus, quid Episcopi? ita grauis.
 Vestis quidem Episcopi tota, sed vesti is eam autho-
 ritatem conciliauit, vt videretur Principem, non
 alia vestis melius posse ornare, quam *Martiniana*.
 In victu nec luxus, vt agnoscas Episcopum; nec luctus,
 vt mireris Principem. Alia sunt maiora, & quæ vix
 videntur posse in Principem simul & Episcopum ca-
 dere.

dere. Perfusio fuit, quanta debuit esse Principis, & parcitas, quanta potuit esse Episcopi. At edificabat. Inuidiam, pecus, facis illi ex virtute? & edificare fuit Principis: & edificare non carni, sed Ecclesia; non agnatis, sed Prælati; non suis sanguine, sed cura suis, fuit Episcopi. Sciebat prudentissimus Princeps, posse habere post se Dominum & pecuniam dissipatorem, & palatia admiratorem. Videtis, quam multas laudes in quam breuem verborum complicationem coniecerim. In singulis enim si heret oratio mea, ita multa sunt, & magna, ut me potius verbum: latus, quam res dicentem desineret. Scribunt, qui historiam scribunt, alius populi, aliam semper fuisse virtutem, Itali prudentiam, Hispani ingenium, Galli facilitatem, Germani iudicium & gravitatem. Has duas postremas laudes si quis vnquam Germanorum potuisset sibi vendicare, certè iure merito *Martinus*, qui non vni quadam nunc partim, nunc publice; nunc in Ecclesia, nunc pro tribunali; nunc ad laudem, nunc pro bono; nunc hodie, nunc post mensem, signa dedit gravitatis & iudicij: sed in omni loco, semper quasi instinctu natura, & tamen propter Deum totus fuit iudicium, totus gravitas. Quæ laudata est, non tam quòd in Principe, quam quòd habet at ipse in se maiestatem admirationis matrem, ut Comitibus Augustanis, quæ proxima fluxerunt, vultum audierim politissimi acerrimique ingenij viri

& amantem, & laudantem, & stupentem, appel-
 lasse eum, II. Ieronymo Tedesco. Nec Italo so-
 li hic motus animi, sed omnibus Imperij Principibus,
 qui eius siue vultum inspiciebant, siue suspiciebant
 vitam, mouebantur eò, vt cum appellarent, hic pa-
 trem Episcoporum, ille Principem Principum, vnus
 exemplar sacerdotum, alter Germani viri formam,
 omnes vnum dignum omni amore. Est hæc laus ma-
 gna, quia ex magnis, tamen quia Germanorum de
 Germano, non habet punctum, quod figimus rebus
 summis: at Italo cum fuisse Hieronymum; Italo, qui
 & amulus voluit, & potuit acer facile secernere insi-
 tum ab adscito, naturale à ficto, sincerum à fucato,
 est laus, quæ cogitationem; aut potius cogitatio, quæ
 orationem meã longissimè superat. Hæc hæctenus sunt
 ornamenta; cõmunia Principi cum Episcopo. Exami-
 nemus iam iudicij, tanquam aurificis, statera, separa-
 rim illa, quæ sunt ita Principi, vt non videantur Epi-
 scopi. Principis dua sunt principes functiones, puni-
 re, audire. At qd puniuit? vix statuo apud me. lau-
 dem clementiã, ad admirer iusticiam. Nã sic egit, aut
 potius sic nõ omnia egit, vt æquè eius & amaretur mi-
 ritas, & timeretur seueritas; si tamen seueritas possit
 dici, quæ tam fuit mitis ad veniam; aut mititas, quæ
 tam seuera ad normam. Nõ potest, hac carnis & tem-
 poris labe, fieri, vt non inueniat aliquando Princeps
 in subdito, quod seueriori verbo non perstringat. Hæc
 caussa si Martino obiecta (arrepta enim fuit nun-
 quam)

quam) num oculum creditis acrem? labrum tremulum? ardentem maxillam? alia vultus terra ad speciem? omnia potius contraria extra vocem, quam iudicij sale mista, & carpebat aculeo, & capiebat amore: nisi culpa grauior aculeum requirebat, & solum, & altum. Deus bone, quam acriter tum infixit? quem tamen aut texit semper, aut deposuit, quoties exhibat in publicum, explicuitque frontem, vocem, manum, alias mititatis suae diuitias, tam abunde, tam aperte, vt facile peccans intelligeret, se correctum, non despectum: & ipsum sinxisse, non exeruisse iram. hoccine est, esse iudicem? patrem pietius, ita amat. At quo modo non iudicem, qui patrit? inueni exitum. Fuit iudex pater, quae laus est Principis vna omnium maxima. Vidimus iudicem non vindicem, & certè omnia perfectum, quam molli lingua peccantes punire, tam molli corde audiret purgantes. Tam molli inquis? mollius audiuit, & sic omnibus paruit, siue suis, siue alienis, vt nunquam videretur magis suus, quam cum alienis; aut magis foris, quam cum domi. At ne suspicemini obuium promiscue, limen illi non a palpone, sed a paupere, non a scurra, sed a laico; non a scemina, sed a religioso. De scemina por est, eum exegisse vitam, semper integram ab omni communi temporis & ordinis nostri contagione cauuisse in vita nihil carius, aut cautius, quam admitterentur illae in societatem sermonis, et

admittendas postularer necessitas, nec solas, nec nisi illustres: cum quibus animaduertebatur, ita loqui, ita agere, ut ipsas, credo, suppuerit aliquando, virgineum pudorem, qui solet in oculo fœminæ habere sedem, mutata iam sede, tutiorem locum inuenisse in vultu, in oculo, in toto corpore Martini. Senem virginem? hac peste ætatis? hac sorde nostri ordinis? Angelus, Martine, superas humanam linguam. Alia eius laus longè maxima pertinet ad hunc locum. Audiistis de Principe primæ impressio- nis? bellua illa hominis? peste Reipublicæ? lue iustitiæ? Certè Principem huius notæ cum omnis Respub. auersata est, & omni omine detestata: tum, si qua admisit in solium, immane, quantum patiebatur cladis, quantum ruina. Petis EYSTADIANE, quid hoc monstri, Princeps primæ impressio- nis? O fœlix MARTINE, qui triginta annorum Princeps, reliquisti subditos; ignaros huius monstri & damni. Primæ impressio- nis (si quis ignoret) Principem vocant Politici, tenacem illum opinionum, quas primas imbibit, & tem pertinaciter tenacem, ut pessima huic sit optima, si prima; imò optima, quia prima. & mortem regnorum, nihil mirum, si sub te Hungaria perierit tota, & Gallia multò maximum florem perdiderit. Ab hac peste Martinus ita immunis fuit, ut ipsi videritis, aut certè audieritis, eum accusatori ita aperuisse, ut accusato nunquam præcluse-

rit aurem, attulisseque semper ad lites non prædicatam opinionem & punctulum legis, quod extremum est ius, sed æquitatis lineam, & rectissimam regulam. Principem in umbraui, in quo nihil Episcopi, Episcopum iam faxo videritis, in quo nihil Episcopi. Episcopi verum vultum qui pingunt, non lineas tantum primas, sed eminentias, umbras, & tantum denique habitum exprimunt ad formam Christi, qui boni pastoris, id est, Episcopi nomen sibi confecto primus confecit, & verbo solus vindicavit. Ergo (inquit Ioan. 10.) sum pastor bonus. Non tantum, ut pastor; sed facit, ut bonus, & facit in numero quidem pauca, sed fructu feracia, & posteritati semper futura indicia, verasque notas boni pastoris. Non teneo vos circuitationibus. Prima boni pastoris nota est, quoddam quasi insigne non induit aut eductum è serie maiorum, sed Christi vocatur, vitam, tanquam filis purissimis, prætextum, vitam animam suam ponat pro ouibus suis. Durum, inquit, durum quidem, sed necessarium, ut mercenarij nomen & labem velit subire. Mercenarius fugit, atque quia oues curat sibi, non sibi, lupi eas denti & laniatui obicit, se ut præstet immunem. Ad hanc normam Martinus sanctus pastor, & optimus pastor. posuit quidem animam pro ouibus suis, qui, quicquid vixit, illis vixit, non sibi, tam certus scilicet mori, ut illæ viuerent, quam propter viuere, ne illæ morerentur. Testis eius tota vita

qua nihil ex bonis, quibus circumfluebat, terrenis
 praecepens sibi ad voluptatem, dominus quidem om-
 nium, se fecit seruum singulorum. Sic enim d. spes cue-
 rat diem precibus, mensa, causis, litibus, aliis pietatis
 functionibus, vt sibi se seruaret, quantum Deus, &
 suorum negocia reliquum facerent. Regere, dixit Ca-
 sar, dulce; sed malè dixit. Nihil, si curam spectes, ama-
 rius; si hominem, impeditius. Est enim homo animal
 omnium, qui viuunt, morosissimum, cogitationum
 tanquam ventorum turbine concitatum, & affe-
 ctuum, si seruus, monstrum; si Dominus, miraculum:
 cui mens tam varia, vt videatur mens non vera. Lin-
 guam, non pingo, planè viperam. minus reliquos sen-
 sus, Deus bone, quos gurgites voluptatum? Vnum ho-
 minem, cogitationum vel angulis ita inclusum, vel
 anfractibus ita sinuosum, vel ita praepeditum turbis,
 cum vix multi videantur posse gyro rationis & impe-
 rij recto includere: cui vnus populi regendi quadam
 quasi habena commissa sunt, na is mihi videtur onus
 plusquam Atlantis sustinere. Siquidem populus nun-
 quam benè regitur, & ad normam, nisi consensu fiat
 vnus; & vnus factus, id tandem obtinet, vt dicatur
 bellua multorum capitum. Clare multorum capi-
 tum, & verè bellua, cui scilicet nihil sanum, nihil cer-
 tum, omnia aut pro sensu mollia, aut contra rationem
 monstrosa. Vult Brutus Rempub. Caesar Monarchiam.
 Placet pax Catoni? certè bellum magis Pompeio. Ci-
 cero vult, seruiendum tempori. Lentulus verò? hanc

vocem esse adulationis fœda, aut timoris serui. Ne
teneatur oratio nostra inter hunc magnum mag-
num orbem, populum dicat: tam vario, tam fluctu-
furore & scelere tam precipiti, belluæ ego nomen
satis esse arbitror. Huic, sorbere; illi flare est optimus.
Dulce hic, ille mauult amarum. Miles tonat bellum
mercator, subrecto in cœlum oculo, id vnum incultum
Da pacem Domine. Vno verbo, vix duos inueni-
ris, quibus vna vox; certè non multos, quibus
mens: vt Nazianzenus, adferens excusationem re-
diati Episcopatus, meritò dixerit, esse quædam
artem artium, & scientiarum scientiam, ho-
minem regere, vel tam varium, dum agit, re-
dum agit, tam turbidum. Si negotium tam spissum
sit, & tot difficultatum scopulis interseptum, regere
populum quemcunque: maxima molis erit, teneret
gione vel legis, vel ordinis, clericum, qui professus
lum contra mundum, si aliquid habeat mundi, non
profecto habet Dei. Bene ille, clericum esse aut
Etum, aut diabolum. At qualem? difficiliorem
ausim dicere, & morosiorè, quàm qui inferni carceris
clausus, quantus est, malitia est. Hic enim, qui
primùm obgannit, si videat crucem, fugit; si sacerdotem
tremat. At clerici, qui extra virtutis lineam vestigia
semel posuerunt, ita nec Deum verentur, nec reueren-
tur hominem; vt hos is optimè, & optimus videtur
rexisse, qui, quibus non potest ponere obicem, nec
cent, in arte quadam ponit modum, ne quod peccat

ad populi vel scabiem, vel pestem publicè emanet. Eodem sensu Martinus saepe dicebat, malle se cohortem militum, quàm clericorum regere. Vidit ergo difficultatem, & clariori certè acie vidit, quàm qui Episcopatus refugiunt: ita tamen totus ardebat charitate, ut huius difficultatis voluerit potius subire periculum, quàm subterfugere onus: maluerit què videri magnanimus, dum charitatis viuã flammam, quàm dum sequitur torpidum sensus motum, abiectus & vilis. Verus ergo Episcopus Martinus, qui amavit, quantum potuit; et si fortasse facile non potuit, quantum amavit. Nam Episcopi veri norma est, non posse, sed velle, & velle ex amore, amore, inquam, tam sincere, ut quæ non potest homo, ea velit se posse ex cælo. Hæc vna metiebatur Christus Petrum ad Episcopatum. Rogavit enim, non quantum potuit, sed quantum voluit, (diligis me plus his?) & ter idem rogavit, ut ostenderet hoc vnum in pastore pene esse omnia. Petrus verò quia respondit, Tu scis Domine, quia amo te, meruit audire, Pasce oues meas. quasi diceret Christus, qui bene sic amat, bene sanè reget. Vera Christi vox fuit ut in Petro, sic in Martino nostro. Nam non potuit omnia, quæ instillauit amor, potuit tamen maxima, & quæ non potuit per se, voluit sanè per alios. Hæc causa, cur seminarium in ciuitate sua, ad Concilij Tridentini præscriptum instituerit, & primus Episcoporum in Germania instituerit: quod suis instituerit optimus pater; quod ad nu-

rum Concilij, obedientissimus filius; quod primus
 scoporum, omine sanè bono & vero, primus in
 mania Episcopus. Nec sine fructu instituit. Nam
 hac seminario primum virtutis, doctrinaq; lac
 runt Parochi, Iurisperiti, Theologi, plurimi, quos
 doctissimi, si viui, rectè indices; si mortui, verè
 & viui & mortui, profecto corona & laurea
 Rempub. charitatis: quorum opera dum vtebat
 rebatur sapissimè & lubentissimè) faceret, sed quod
 sinu gaudens de sua charitatis messe, dicere solebat
 metere, quidquid hi serunt, verè sui. Quare si quis
 quis ex istis in officio titubauerit, (hac infirmitate
 stra, nunquam tam firmo pede nititur, quin ali
 do titubet) ita cogitauit, fecit, dixit, quicquid
 potuit officij virtutisq; sepe & regione iterum defici
 atque includere, vt tanquam alter Paulus palles
 tremens quasi ad charitatis suae quendam abomi
 verè possit dici hunc suum filiolum iterum partur
 Non statim frendet ad peccantis terrorem, ne pe
 illud grande Principum peccatum, vt quos videt
 dentes, ipsos mox sternant, & eiiciant, sed meminit
 Episcopum, vt sanet, non perdat; & saepe surp
 nō subiturum illam communem Principum noc
 vel stultitiam potius, qui non aduertunt, quot
 stros, tot se dimittere hostes, si stultos, priuati
 per maledicos; si catos, publicè periculosos. Quocir
 tate suos prouocauit ad pietatem, potius quam
 rum periculo sibi creat periculum, quod nullum

men terret; aut aliquod, semper sanè angit. E contrà
 qui in officio perstabant, & viuebant ad normam,
 eos, vix dici potest, quàm arctè complectebatur: atque
 arbitratus se, vt in illis malis cadere, sic in his bonis
 stare, quàm sollicitè illos partueriebat, tam piè, tan-
 quam nutrix, fouet hos suos filios (vt Pauli charita-
 tem Pauli verbo exprimam) nec vnquam adfert aut
 manum satis blandam, qua palpet; aut vocem satis
 mellitam, qua mulceat, aut mercedem satis dignam,
 qua illos ornet. Hoc illius iudicium in tractandis ho-
 minum mentibus, tantùm profuit suis rationibus, vt
 alumni non sui solùm, sed etiam alieni, quos nobilif-
 simum orbis Collegium Germanicum inde ex vrbe e-
 misit in messem, plures in huius angustum angulum,
 quàm in cuiusquam Germaniæ Episcopi amplissimū
 theatrum conuenerint, & alij certè multi (rem no-
 tam loquor) secuti, non quantum alij Principes ma-
 ximi poterant, sed quantum hic minimus amaui,
 tanta cōtentione huius charitatem ambierint, quan-
 to alij Principes opere illorum operam & laborem
 prensabant. Angustam dixeris charitatem, qua vel
 Collegij vel Collegiatorum cancellis circumscripta.
 Angustam verò? angustam potius, aut si quid possit
 dici vel fufius in omnes partes, vel ad hominum fru-
 ctum vberius. Charitas enim illius emanauit, quem-
 admodum boni ad bonos, sic Episcopi ad omnes. Sub-
 diti si morerentur, moritur; si ægrotent, ægrotat; si
 angantur, angitur; si quid à flamma, aut imbre pati-
 antur,

antur.

antur, ille mox vel flammam ignis, flammam
 sis, vel imbrem cœli, imbre oculi conatur aqua
 vincere: sic ut vnus omnium dolores doleat, vsq[ue]
 cum Paulo, quis infirmatur, & ego non in
 mor? singulare id est, & mentis in cœlum per
 subrepta indicium, quod quo tempore pestis
 tem hanc depascebatur, fœdôque populatu affligit
 ita sibi curæ fuit cura suorum, ut parochum, qui
 fectos adibat, ipse infectus, sape ad se accerseret, ne
 periculo deterreretur, quo minùs eum parim
 lio iuuaret, partim mulceret consolatione, & v
 charitatis voce exemploque serio instillaret mor
 quam charitas induxerat, facile esse contemne
 Periculum quicquid alij inculcabant, periculum
 periculum Ecclesiæ, periculum Reipub. ille constan
 perstabat in ipso virtutis vestigio, edebatq[ue] vocat
 verè apostolicas, se mercenarium non esse
 cum suis ut velle viuere, sic posse mori. Meni
 quam habet optimus parochus non deserenda
 nis è cœlo impressam, se id adiecturum moment
 hunc charitatis circum, quem diuino instinctu
 gressus est, suo exemplo serio curat & percurrat.
 pemus in Carolo Borromeo, vrbi & Italia
 stupore, eum Mediolanenses suos peste post nat
 mines longè contagiosissima tabentes adisse, ex
 se, lustrasse, exemplo lustrasse, sacramento lustr
 omni verbi factique luce lustrasse, verè Episc
 Martinum nostrum, si non æquo propè lateri

proximo post illum vestigio pono, qui quod non va-
 luit viribus effectus, voluit Episcopus periculo, & quod
 fecit exemplum Borromæus, illud hic secutus sit maio-
 ri fortasse iudicio, qui mediam cæli viam insistens, se
 prabuerat orbi visendum, imò stupendum, mortu nec
 incursum temerarium Principem, nec vitatu mercena-
 rium Episcopum. Senem diuinum, qui quod atas nes
 anterior præbuit, nec hæcenus secuta est posterior, fe-
 cit exemplum, primum iudicij, quo terræ; deinde cha-
 ritatis, qua placuit cælo: vterque factu ostendit, cæ-
 lum à terra non ita segregata esse, vt hanc illi chari-
 tas non possit coniungere. Sed texo, vt nimis breuem
 pro rebus, sic pro tempore nimis longam orationem.
 Quare, vt res sequantur tempus, in alterum veri bo-
 niq; Episcopi notam orationis mea riuiulus est deri-
 uandus. Cognosco (inquit Christus) oues meas,
 & cognoscunt me meæ. Optima hæc nota, si in-
 iusta, certè è cælo; & iniusta profectò Martino nostro.
 Qui hunc locum perpurgant, ex eo auctoritatem a-
 struunt residentia (Ecclesia verbo vtar) pastorum.
 Vt cognoscantur enim oues, nunquam erit, si non pro-
 pè sint ouis & pastor, videatq; hic illam, sanam ad cu-
 stodiam, morbidam ad medicinam. Vim huic loco ad-
 dunt ex illo Pauli, qui vt Thessalonicensibus, Sic pa-
 stor suis debet esse nutrix, quæ fouit filium
 suum. Magna, vt nostis, debet esse cura nutricis, &
 certè præsens porrigit mammillam, mammillam au-
 tem absenti? subiicit labenti manum. Qui verò nisi
 præ-

præ-

praesens? cedit infans, cedit & perit, nisi nutrix
 manum. Vno verbo, nisi infans sit in ore, in oculis
 vlna nutricis, loquetur sanè ille, sed vastè; videbit
 limè; stabit, sed ad casum, & fortasse occasum. Quae
 vt adiutet pastor oves, debet eas cognoscere, & tam
 quam nutrix fouere: cognoscere inquã, quid viuam
 & fouere, ne moriantur mortem illam aternam.
 Hanc Episcopalis muneris partem tuebatur Mar-
 nus optime, & ad apostoli amussim, si quis vnquam
 pastorum: qui triginta annorum Episcopus vix
 vix quidem medium absentia annum potuit collige-
 re, & hunc medium annum non sepositum ad re-
 pratis aucupium, sed positum in Imperij comitiis,
 officii vicinorum necessariis, in aliis negociis, plu-
 mis, maximis. Quo tam longo tempore non est
 se, vt moneam eum cognouisse oves suas, & im-
 cognouisse, & recto oculo cognouisse. Nam qui
 nòrunt, id nòrunt, vixisse non sibi, sed suis, suis autem
 imperio, non agnatione suis. Mirum est, Episcopum
 penè hanc partem exiuisse hominem, ita enim erat
 tus subditorum, vt, in vniuerso honoris sui cursu, pater
 non agnouerit parentes, nisi qui in suam iurisdictionem
 em immigrarant. Largus fortasse in hoc. Largus
 quidem, si non parcus, & infra fortunam tam tenuem
 vt alij illos beneficentia complecterentur, Episcopus
 causa; quibus ipse nihil aut certè angustissime de-
 (vt dicebat) demenso subministravit, sanguiniter
 sa. Hoc se non politica quadam prudentia, sed timore

conscientia, verè & ex animo fecisse, mors clarissimè loquitur. Cùm enim moneretur condere testamentum, prima reidenti illa vox exiit, Pauper Christi non habet, vnde testamentum condatur. Tandem verò quid? irridens, credo, mundum, aurum Ecclesiæ tanquam Tholosanum diffidenter attingens, specie certè benevolentia ridicula (si ridiculum tamen possit in hanc grauitatem cadere) consiliariis singulis tres florenos, & nepotibus duobus Catholicis, vni catenam & centum quinquaginta coronatos, particulas auiti patrimonij; alteri quinquaginta suæ imaginis aureos, testatò reliquit. Roma, exi ex tuorum montium superbia in hanc vallem Eystadianam, & discite quemadmodum quondam à Germano seruo (vt Paterculus) misereri; sic à Germano iam Episcopo episcopatum gerere, & quantum honorum Ecclesiasticorum carni seponendum est & sanguini. Bene ergo cognouit oues suas, & bene profecto cognouerunt eum suæ, patrem pauperes, patronum pupilli, superbi Principem, submissi misericordem, omnes Episcopum. Diuitum nulla cura? maxima. Nam tanto illi apud hunc loco, quanto virtus apud illos: sic vt, si vnquam fuerit pulchrum Episcopo ad laudem, cognoscere & cognosci, videre & videri, amare & amari à suis ouibus: huic certè seni fuit pulcherrimum. Tertiam tandem boni pastoris notam qui audit, mox eam in Martinum nostrum adpositissimè conuenire videbit. Alias (subi-

cit Christus) oues, quæ non sunt ex hoc ouili,
 illas oportet me adducere, & audient vo-
 cem meam. Quid? cura tibi, Christe, non cura tua
 antea impertiisti tuis tuam vocem, tuis tuum
 omnia tua tuis munificè, quia tua; & quia tuis
 At ex alieno ouili elicere & illicere in tuum, nec pro-
 videtur, nec boni pastoris. Alienum (Auditores) appo-
 lat Christus ouile, non homines quasi iure positos, sed
 peruersitate mentis vagos palantesque extra suum
 ouile, & quod iuris habuit ipse in illos, id hi ventri
 voluptati, hæresi, inferno cesserunt. Hos bonus Episco-
 pus hortare. Non proficis hortando? roga. Preces fructus
 inuenerint aurem mollem, doce. Frustrà etiam do-
 ces? pœnam, tanquam extremum neruum, adhibe
 illis intra ouile reuocandis. Istam viam Christi Sa-
 ctorumque vestigiis impressam atque signatam, Mar-
 tinus quàm piè, tam feliciter sæpe persecutus est. Pro-
 mùm Lutherani, Calvinianique semini qui quilibet
 rat sparsum, è tota sua latè ditione penitus euulsit
 quantæ demùm diligentia fuit? homines priuati
 nullus narro, quorum hos exemplo, illos verbo, pluri-
 mos consilio, hæreseos spiritu tanquam turbine abre-
 ptos, reduxit in rationis alueum, & Ecclesie tan-
 dem orâ religioneque terminauit. Rem latè patenti
 vt substringam, suadet tempus, ratio, patientia
 stra; illud tamen nihil impediet, quo minùs dica-
 quanta cura illos primæ notæ clericos suos, quibus
 litæ morum lituræ aliqua, statò Quadragesimæ

pore, ad se accerserit, & vero affectu (verd effectu ve
dicerem, vtinam infirmitas fuisset) monuerit, vt ex
sordibus exeant, viamque illam virtutis arctam, sed
gloria veraque pacis flore sparsam, serid insistant. Si
quis redit ad frugem, quem senis triumphum? nec ta-
men, qui harent in cæno, eos mox deserint, quin, quod
alitijs harent, eò ardentius eos commendat Deo suo.
& quod vnicum potest, ne scabiem proximo affricet,
omni mentis prouisione cauet. Expressi hæctenus Epi-
scopum, in alios, ad normam Christi, optimum. Ipse
verò in se, quo habitu mentis? non sequor hoc filum,
iter illud varium, & non istius temporis, quod cir-
cumscrispi orationi meæ. Tamen subiicite mentibus
vestris eius altaria. Quàm nitida? angulos. Quorum
gemituum? preces, quibus lachrymis intercisas? O pri-
scum illum Martinum, Eystadianis iterum natum,
iterum mortuum? ô miraculum Episcopi. Infinita
possum huius generis colligere (nulla vim oratio huius
laudem omnem potest exhaurire) sed lachrymæ erūt,
vt principium, sic orationis mihi finis. cur flésti sancte
senex? cur planxisti? peccata tua? at nitidus eras, &
exors sceleris. Nostra? nostra profecto nostra. Etiam-
né Eychstadium? lachrymas non reddis lachrymis
Martini? mortuo Martino, quis, quæso, planget pec-
cata tua? tuos risus, ipsius lachrymæ; tuos petulantes
oculos, illius pudor; tuas lecti sordes, ipsius castitas;
tuas ebrietates, illius sobrietas, tua peccata omnia, il-
lius omnes virtutes vel tegebant, ne paterent ad scan-
dalum; vel abstergebāt, ne seruarentur ad pœnã. Vbi

Eych-

Eychstadium, lachrymae tuae? quanquam stultè illi
 lachrymas tuas, siue pro Episcopo tam pio frustra, siue
 p̄ tua miseria, nimis tardè fluentes? Deinde tanti
 Martinū fleuisse, vt quicquid doloris tanquā securi
 eius mors iniecerit mentibus nostris, id eius lachryma
 facile sint sanatura. Fac ego, Martine, apud VVilibal-
 dum, aut tu potius, VVilibalde, apud Christū nostrū
 vt hoc solium, quod haecenus non fuit in fessum a pe-
 catis, aut certè non diu in fessum, iam tandem habeat
 Episcopum dignum te, dignum Martino tuo. Cuius
 preces meae? lachrymae, lachrymae Martini quibus
 sedem Deo, VVilibaldo & VValburga diuinitate relata
 & praesidiis tam serio, tam sepe, tam sanctè com-
 dauit, faciunt, vt sperē Episcopū ad sancti senis exem-
 plū, aut certè vaticiner non Pontifex huius anni, qui
 non sequitur hoc exemplū, cum fore exemplū. Dixi

ROBERTI TURNERI COMMENTATIO
 IN ILLVD MATTH. XXIII. ECCE MITTO AD VOS
 Prophetas, Sapientes, & Scribas, & ex illis
 occidetis & crucifigetis.

HA est peruersitas humanis mentibus
 insculpta à natura, sed hausta ab errore
 vt quas res Deus bellas, & varias molan-
 est ad suā gloriā, illas homines vel refertas pulchri-
 dine traducant ad voluptatē, vel natura discrepans
 proscindant cōuitio. nam quotusquisq; est omnium
 florum pulchritudine, pratorum fecūditate, ciborum
 varietate, rerū aliarū formis, quas miremur sum-
 mat

natura perfectionē, non suam vtilitatē; Dei gloriam, non suam voluptatem metiatur? sed temporis vitiositas & natura nostra corruptio facit, istud vt feramus, cum homines eò iam pcesserint audacia, vt naturam seu potius natura authorē incesto ore polluant, quod hyemi acrimoniam frigoris; aestati ardorē caloris, aëri contagionem, terra duritiem, ceruo nimis multos, homini nimis paucos vitæ annos seposuerit, etiā leuicullū hoc videtur, cum in hac ætate eniteat tam prupta audacia, vt prudentes contemnant minutos animos simplicium, quasi catellorum, & simplices laceffant grandes Spiritus prudentū, quasi leuncolorū; humiles figant audaciam zelorū, quasi ex Dei donis colligentium rumusculos, & zelosi irrideant timorem humilium, quasi Dei talenta occultantium, & in terram desodentium. Deus bone, in quibus versamur errorum tenebris? secūs debebant fieri omnia ab omnibus. nam & ex varia rerū descriptione ad mundū pulchritudo, & ex temperiei vicissitudine ad rēpus absolutio, & ex elementorū conslietatione ad naturā dignitas, & ex annorū diuersitate ad scientiam via, & ex singulis ad hominē vtilitas, & ex omnibus ad Deum prouidentie suprema laus mirabiliter redundat. atq; cum omniū, qui natura rationem insectantur, oratione violatur diuina maiestas, tum illorū maxime, qui illam in Ecclesia & prudentum, & simplicium, & humilium, & zelosorum perpulchram varietatem perstringunt. siquidē hoc quid aliud est, quàm quos mittit ad nos Deus & Prophetas, & Sapientes, & Scribas,

eos occidere & crucifigere? certum est, debere esse in Ecclesia Prophetas, & Sapientes, & Scribas, id est, simplices & prudentes, humiles & zelosos, Confessores & Martyres. hoc dicam primū, clarum etiam est, qui hanc varietatem tollit, tam graue in se scelus concipere, quā si Petrum suffigat cruci. hoc subiiciam secundum. sed hoc & illud expediam tam breuiter, ut utrumque videar tetigisse, non dixisse.

Et si illa in singulis, quas supra innumbraui, rebus descriptio omni varietatis genere depicta plane ostendat Ecclesiae Iberarchiam aliis atque aliis munis esse discriminandam: tamen si ratione moueamur magis, mouebit illa & suo lumine tam clare, & suo pondere tam neruose, ut qui contra senserit, plane videatur vel cecus in perspicendis claris, vel malitiosus in persfringendis certis. siquidem cum sacrae literae, harumque magistri à caelo docti Ecclesiam saepe appellant corporis facile omnes intelligunt, ut non corporis, sic nec Ecclesiae vllam posse constare rationem, nisi fuerint in partibus, munere illa diuersa, sed certa ordine; distincte locis, sed constantes naturae consensione; ut quas numerum diuersitas poterat diuellere, illas ordinis certitudo contineret, & quas locorum interualla seuererant, illas naturae consensio, tanquam lex conserueret. id quod in omnibus corporibus, quae heterogenea vocant scholae, apparet liquido. inspicite humani corporis partes. inspexisti? ita singula sunt diuersa, omnes vna naturae conspiratione singularum locorum dignitatem, virtutem, tueantur & conseruent.

quoddam ea notio est, fore, ut diuulsa concidant, siue quoddam illa varia conformatio apto ordine constricta maximam illis voluptatem adferat, mutuamque excitet amorem sui. siquidem dum pedes oculis motionem suam subministrant, & oculi vicissim pedibus suum lumen præferunt; dum manus ventri suam functionem impertit, ac venter manibus suam refert; dum singule partes singulis, ac caput omnibus mutuam operam nauant, Deus bone, quanta exoritur & propter varietatem pulchritudo, & propter pulchritudinem delectatio? cum contra si omnes partes nullis locorum interuallis interrupta, sed vna eademque forma, tanquam homogenea, perpetua ac continentes essent; vel quod desideratur illa varietas, deesset pulchritudo; vel quod deest pulchritudo, desideraretur illa delectatio, quam ex illarum ordine affluenter iam haurimus. quid est Ecclesia corpus? est, loquuntur sacra litera, & patres explicant, debent ergo in ea, ut in corpore humano, esse partes; debet esse Prophetas, qui tanquam oculus futuras miseras Martyribus præuideat; debet esse Martyr, qui tanquam pes, ad harum miseriarum vel laureas vel metas concitato cursu contendat; debet esse Confessor, qui tanquam dens difficiliores Scripturarum cibos, sensusque perreconditos præmansos porrigat populo; debet esse populus, qui tanquam venter hos cibos concoquat, & in succum vite purioris conuertat; debet esse prudens, qui tanquam caput, simplicibus leges indicat consilij.

deliberationis, artus; debet esse simplex, qui prudenti-
 bus terat viam virtutis, candoris, vita. quid multat
 debent esse in Ecclesia plātā & manus, id est, viri, qui
 totam vitā in actionum sudoribus decurrant; debent
 esse nares & aures, id est, viri, qui in rerū diuinarum
 contemplatione, aut saltem odore auditioneque, totam
 aetatem suauiter desigant. debent, debent esse virgi-
 nes, mariti; doctores, discipuli; domini, serui; boni, non
 mali. nō aperiam venulas, notabo tantum corpus. ni-
 si eluceat in Ecclesia varietas illa, quam vellem vobis
 depingere, posset quidem Ecclesia esse corpus, sed corpus
 sine membrorū ordine homogeneum; posset esse forma,
 sed forma sine partium distinctione squalida; posset
 esset Respublica, sed Respublica sine descriptione ma-
 iorum scēdē confusa, quæ omnia quàm absunt longe
 ab Ecclesia nomine & notione, facile perspicies, qui
 considerauerit cum Dionysio, Ecclesiam esse celestis
 Iherarchiæ non primam lineam, sed expressionem ter-
 ritimam. ô si Dionysius ille è cælo poliret nobis celestem
 illam Iherarchiam, & Seraphinorum flammis diuini
 amoris captantium, & Cherubinorum è fonte di-
 uinæ sapientiæ haurientium, & Thronorum diuina
 æquitatis iudicia æquo librili pendentium, & Do-
 minationum, qui inferiores ordines tenent intra-
 neas, & Potestatum, qui aduersarum partium ne-
 uos elidunt, ne scēuiant in Sanctos, supra id quod præ-
 sunt, & Virtutum, quæ illuminationum fulgores con-
 cipiunt è Deo, vt transfundant in homines. &

cipatum, quos ornat reuerentia, vt reuerentiam in-
 stillent alijs, & Archangelorum, quos magnarum re-
 rum excolit cognitio, vt magnarum rerum fugan-
 tur legatione, & Angelorum, qui in Iherarchia to-
 ta purganda & perficienda omnium suarum virium
 contentionem adhibent. nam Angeli subsunt alijs
 ordinibus, vt præsint omnibus hominibus; accipiunt
 ab illis, quod impertiant istis; aut melius, horum
 & illorum actiones omnes charitatis nonnunquam
 velo complicatas ad suum denuò referunt authorem,
 nonnunquam explicatas, singulas singulis pro mu-
 nerum ratione disspescunt, vt alternis vicibus dum
 vel complicata offeruntur Deo, vel explicata effun-
 duntur in homines, & Deus sempiterna gloria, &
 homines infinita gratia continenter afficiantur. ob
 diuinus ille Arcopagita vobis si effingeret hunc or-
 dinem, hanc designationem, hanc varietatem, an-
 non videretis facile, Iherarchia illius cœlestis hanc
 terrenam esse vmbra quandam, ne dicam formam?
 nam in Apostolis diuini amoris flamma consum-
 ptis adumbrantur Seraphini, iuxta illud Luca. non-
 ne cor ardens erat in nobis? in Doctoribus ab-
 sorum mysteriorum cognitione imbutis exprimun-
 tur Cherubini, iuxta illud, loquimur sapienti-
 am in mysterio absconditam, quam nemo
 Principum huius mundi cognouit. in Mo-
 nachis, qui diuinam iustitiam precum flamma leni-
 unt, effinguntur Throni, iuxta illud, Thronus eius
 flam-

flamma ignis. *in Episcopis & Sacerdotibus*, qui
 nimos hominum dominatione tenent & imperio do-
 lineantur Dominationes, iuxta illud, sedebit &
 dominabitur, & erit Sacerdos in solio suo.
in Martyribus, qui omnes cruciatus sustinent & vi-
 runt, erunt Virtutes, iuxta illud, tu sicut Ange-
 lus es Dei, qui nec maledictione, nec benedi-
 ctione mouetur. *in Presulibus*, qui suos regunt
 vel vi malos, vel lenitate bonos, lucet Potestates iux-
 ta illud, audiens sapiens sapientior erit, & in-
 telligens gubernacula possidebit. *in Subditis*
 qui altiori potestati ceruices subiiciunt coacti, erunt
 Principatus, iuxta illud, cui honorẽ honorem
 cui timorem timorem. *in Subditis*, qui altiori
 potestati natum sequuntur libentes, apparent Angeli,
 iuxta illud, ambulans in via immaculata
 hic mihi ministrabat. *in Virginibus, Confessoribus,*
Sanctis, Sacerdotibus, reliquisq; Ecclesia ordinibus
 splendent Angeli. nam dum hauriunt ab Angelis
 motiones, quas instillent hominibus, & ab hominibus
 vicissim captant quasiq; decerpunt actiones, quas re-
 ferant Angelis: immo dum has & illas Christi san-
 guine pelluentes Deo Patri in orationibus suis offerunt,
 seq; totos impertiunt vel Deo, dum seruiunt; vel ho-
 minibus, dum docent; vel vtrisque, dum orant: ne-
 ne videtis angelici muneris formam per insignem
 hinc exoritur illa Sanctorum in terris militantium
 cum iis, qui in celo triumphant, communio.

quantum letitia militantibus affert gloriosus triū-
 phus, tantum gloria triumphantibus cumulat sancta
 militia: idq; ea ratione, vt cum nec triumphantes
 militantium sudoribus minuant meritum, sed auge-
 ant; nec militantes inuideant coronis triumphan-
 tium letitiam, sed gratulentur: non solum permā-
 net ad vtramq; Iherarchiam fructus ex vnius commu-
 nionis tanta varietate, sed etiam ad Deum gloria ex
 tantæ varietatis vna communione. quæ sola causa
 fuit, cur diuersi sancti tantæ pulchritudinis admira-
 tione defixi, Ecclesiam hanc diuersis nominibus pul-
 chre expresserint. David illam appellat hortum con-
 clusum, at depingite mihi animis vestris hortum non
 floris varietate pictum, sed vnius graminis serie per-
 petuum, quid videbitur turpius? Salomon appellat
 turrin Davidicam, at informate vestris cogitatio-
 nibus turrin, in qua nihil sit eminens, nihil angulis
 inclusum, nihil artificio varium, sed vnum aliquid
 eadē ratione idem, quid videbitur squallidius? Mat-
 theus dicit similem esse agro, cælo Lucas, at lustrate
 iam mentibus vestris agrum non graminis arborum-
 que diuersis generibus consitum, aut cælum non stel-
 larum, tanquam colorum diuersitate splendidum: sed
 hoc vnius solis lumine pellucidum, illum silicum hor-
 rore tantum interseptum, quid videbitur sordidius?
 quare cum quod est hortus sine flore vario, turris sine
 artificio vario, ager sine gramine vario, sine sydere
 vario cælum, id ex Scripturis colligatur esse Ecclesia
 r s sine

sine Prophetarum, Martyrum, Confessorum, prudentum, simplicium varia descriptione, impia mibi plene videtur eorum oratio, qui, sublata hac varietate nobis relinquunt nihil Ecclesia horridius, nihil squalidius, nihil turpius. nam, per omnes cœlites, quod hoc est aliud, quàm Martyres, Prophetas, Levitas, cœlo ad nos missos occidere & crucifigere? id quod apostolico vno verbo. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & vos ex illis occidetis & crucifigetis. etsi Prophetarum hic, Sapientum, & Scribarum notione, infiniti ordinum, qui in Ecclesia sunt, varietas comprehendatur: Martyrum tamen per honorificam mentionem in primo loco subiecta est, ex illis occidetis & crucifigetis. cui rei? ut quod gravissimum crimen fuerent Iudæi, eius memoria ultimo loco posita, & vehementius afficeret, & in eorum animis fixa haberet. quasi diceret, mitto ad vos Prophetas, mitto Sapientes, mitto Scribas, & in Prophetis mitto apostolos, in Sapientibus Doctores, in Scribis Confessores, reliquosq; ordines, & ex his occidetis, id est facietis Martyres. Martyres non nascuntur vultu, sicut etiam putredine fungi, aut ex simo vultu oculi, sed nascuntur tempore, nascuntur vitæ, nascuntur ex sanctis, ex his occidetis. namque prospicere Iudæis in futurum cum Elia, & Apostolus obire functionem ad gentes cum Paulo, & sanctos Philosophos imbuere puritate doctrina cum

nifio, & Pharisaorum tenebras sapientiae luce dissipare cum Stephano sint munera non aetatis, sed aeternitatis: tamen Martyrij laus, cum tales sequatur, non anteuertat, est profecto & re illustrior, & duplici corona ornatior. quare quod Martyrum mors est praclarior, eò illi in se concipiunt grauius flagitium, qui hanc inferunt mortem. quippè vt gloriosum sit fieri Martyrem, tamen per te vt fiat, est id quidem tibi longè periculosissimū. tu Ecclesiae siue tanquam horto florem, siue tanquam agro arborē, siue tanquam militiae pugilem aliquem inseris Martyrem, nostram quae terrenam Iherarchiam reddi distinctiorem, Martyris quidem summo bono, tuo tamen summo malo. quippè facis Martyrem, quod cupis Ecclesiae varietatem hoc Martyris flore non tam distinguere, quam priuare. quo id modo? videte. ac ne quis putet rem mihi hinc esse cum face haeretica, non pungam Haeticum, informabo Catholicum. quoties, Catholice, alienos mores, vitam, ingenium tuis metiris moribus, vita, ingenio, quoties contemnis aut simplex prudentem, aut prudens simplicem, quoties laceßis hunc nimis apertè, illum nimis rectè pium, quoties fers iudicium de zelo huius, de illius summissione deprauatè corruptum, quoties Ecclesiam conaris spoliare varietatis, quam descripsi, pulchritudine. quanquam Ecclesiam dum spoliās, ornās. spoliās, quod summissos non pateris latere, sed (quantum in te est) exterminas ex Ecclesiae finibus; ornās, quod occidis & crucifigis ex iis, reliqua quae

vario-

varietati hunc Martyrij florem appingi inuitus
 pingis tamen. non hic explico tuum damnum, sed
 vides te, & dum spolias, esse malum; & dum
 pessimum. nam crucifigis ex illis, clarius
 plex est? si omnes laceffas, qui simplicitatis laudem
 florent, crucifigis ex illis, quia Ecclesia
 vis priuare prudentia arbore. prudens es? si
 contemnas, qui prudentia laude non excellunt,
 cifigis ex illis, quia Ecclesia hortum vis priuare
 simplicitatis rosa. dominaris in concionibus?
 cifacias Philosophum, crucifigis ex illis, quia
 clesiam dominam conaris spoliare Philosophia
 latu. nomen habes in schola? si concionatore
 deas, crucifigis ex illis, quia Ecclesiam
 conaris orbare concionum firmamento. quid
 si Confessor exterminasset Martyrem, caruisse
 clesia Stephanis, Petris, Paulis, de quibus dubitatur
 plus ad Ecclesie vtilitatem attulerint fructus,
 doris ad spiritum, an puritatis ad exemplum. quod
 id contendamus, ne quis quem contemnat, siue
 vis prudentem, siue vt nimis simplicem. nolo
 sigillatim, id tantum volo vniuersè, vt contemnat
 ne hæc varietas Euangelistarum, & Prophetarum,
 Confessorum, & Martyrum, prudentum & simplicium,
 quæ Ecclesiam exornat; per nos potius flaccidat
 quàm crescat; potius pereat, quàm floreat. hoc
 que est Christo irrogare iniuriam quàm possunt
 tulentissimam. vult enim Christus simplices, quos

dentum precocia consilia reprimant; vult prudentes, qui simplicium incautos errores euellant; vult humiles, qui zelosorum impetus cohibeant; vult zelosos, qui humilium minutos animos excitent; vult vult in Ecclesia excellentem illam varietatem, ne qua in cæteris rebus laudatur tantoperè, in perpulchra Ecclesia descriptione, id est, terreno hoc cælo desideretur sola. hac contentia si fiet, id nobis erit, vt non solum in Ecclesia, tanquam horto, simus aut lilia conualium, aut lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: sed etiam Ecclesia nostris vicissim virtutibus tanquam floribus variè distincta floreat ad suam infinitam laudem, nostram verò gloriam sempiternam. Dixi.



ROBERTI TURNERI COMMENTATIO SECUNDA IN ILLUD Aetuum 2. Et factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, &c.

& apparuerunt illis dispersita linguæ.



*E*st diuini Spiritus vis, vt si hominis mentem motione quadam, tanquam aura, leuius perflauerit, excitet vitiorum odium; si amore, tanquam ar-

dens

dentit ada, vehementius incenderit, inserat ve-
 tum studium; vt cum natura genuina vis in vitium
 euellendis fibris, & Christiani perfecta ratio in vir-
 tum excolendis seminibus posita esse videatur, plu-
 liqueat omnem & natura & Christiani nominis
 solutionem ex Spiritus sancti fonte vberime profu-
 re. in quam rem cum multi mentis sue notiones
 fixissent, hunc Spiritum variis nominibus notant
 non quod rem natura sua simplicissimam, & ad
 ni non dico concretionem, sed concretionis similitudinem
 segregatam ex corporea mistione aptam falso pu-
 rent, sed vt quem quisque afflatum spiritus intrin-
 clusum continebat, eum voce & ad intelligentiam
 commodata, & ad amoris significationem non im-
 effingerent, atq; explicarent. vnde David hanc Spi-
 ritus diuini auram, vehementem appellauit, quod huius
 Dei vi fortiter debeat; Petrus lenem, quod amicitia
 suauitate mirifice perfundat; Paraclerum Patris
 quod quorum mentibus se implicuit, eas celestium
 consolationibus demulceat; asperum Ioannes, quod
 quorum se mentibus subduxit, eas cruciatum & do-
 loris aculeis configat. neque est cur miremini be-
 nos Spiritum sanctum vocibus tam inter se discre-
 tibus consignasse, cum qui dixerint, fidei nostrae
 thores fuerint; & quae dixerint, nobis cum illi-
 munia fuerint; atque ita dixerint, vt in ipsius
 spiritus delitescat, & ad ambiguitatem Christi-
 abstergendam clarus, & ad fidem Ethnicis facilius

neruosus. verum quibus alij nominibus huius spiritus naturam non tam verè exprimunt, quam supprimunt, si mecum consideretis, quid ni mentis stupore defixi hareatis? Bernardus, cum Spiritum, quo erat saepe perfusus, se subtrahentem sensisset, exclamat, o mea vita, quid me relinquis solum? audite, vitam appellat. Augustinus cum spiritus imbres in suum pectus defluentes ferre non posset, cohibe, ait, tuorum donorum abundantiam, non possum pati, mors mihi est. aduertite, mortem appellat. Granata ille excolendi Spiritus diuinus artifex, quod caelesti, vt credo, Spiritus voluptate colliqueceret, o suavis & plus quam mellita dulcedo, sapius sapiusq; repetit; intelligite, suauitatem appellat. Rusbrochius, quod spiritus cruciatum, & in cruciatu quandam latitia titillationem nonnunquam animaduertat. spiritum non diligentibus amarum prodit; percipite, amaritudinem appellat. Bonauentura vult, vt spiritus lapsus è caelo mentem suam perfundat, sed inde recreatum iri. en vobis, recreare spiritus est. Franciscus Spiritus vehementius irruentis impetum his precibus represit, o Paraclete nolo vt irrumpas, vi namq; opprimis. ecce vobis, opprimere est spiritus. o abyssus multa, quid enim potest oratione informari, tam monstri simile, quam Spiritum sanctum, qui omnes simplicitatis numeros continet, verbis ita diuersis exprimi, vt omnes mistionis sordes inuoluere videatur? nolite obstupescere. Sanctorum mentibus diuino iam furore instinctis

Spiri-

Spiritus sanctus hæc aperuit. mors ergo spiritus est
 ta spiritus; amaritudo spiritus; suauitas spiritus; vo-
 le, non velle; posse, non posse recreare, opprimere spi-
 ritus sunt. quid queritis amplius? omnia spiritus est
 spiritus nihil est. videte spiritus nomen, aut verum
 stum; in eum me scopulum transuersim abripisse
 de spiritu omnia qui deberem dicere, nihil possum di-
 cere. Spiritus sanctus omnia est; in tanta rei immen-
 sitate quid debeo seligere imprudens? Spiritus sanctus
 nihil est; in tanta rei sterilitate quid possum dicere
 indoctus? dicam ergo non quid sit (omnia namque
 quæ Deo à Deo possunt tribui, & nihil est eorum, quod
 ab homine Deo possunt affingi) sed cum sacra Scriptu-
 ra, & omnes pene Doctores, quorum mentes Spiritus
 sanctus imbuerat, hunc vna conspiratione appella-
 donum & amorem; ita dicam, vt prius amoris
 vniuersè, ac speciatim dein persequar donum lingua-
 rum. nam doni vniuersam multiplicemq; naturam
 plicare cum immensa sit orationis, huius profectus
 est loci. qui amoris naturam depinxerunt. Et
 quorum mentes nulla diuini Spiritus lux circumspici-
 sit, eum vel vehementem flammam putarunt esse, quod
 ardorem; vel summam perfectionem, quod motum
 vitæq; cultioris studium intimis amanti animi
 nitus impresserit. vnde Socrates Anaxandrum
 amico monstrum dixit, vt quem ex tribus elementis
 constantem nihil habere ignis ad mixtum putaret.
 Plato Griseum quendam sine amico belluam esse

mauit, vt quem nullo amore delinitum in solitudine turpissimis belluarum moribus oblitum semper dege- re audierit. *o* agite amoris vim, altissima quaris. quid mirum? flamma es. *o* dulcem amoris naturam, cultis- sima quaris. quid mirum? perfectio es. miror profecto homines, quorum mentes ethnicissimi tenebris opple- ta, reconditiores nature venas vix ac ne nix quidem perscrutari poterant, amoris studio & contemplatio- ne eousque elatos fuisse, vt cum hominis in hominem amorem voluerint stilo effingere, Dei amorem, id est, Spiritum sanctum inuolutis verborum integumentis, nescio qua ratione, videantur adumbrasse. nam etsi nullo modo fieri possit, vt humana vel mentis acies, vel linguæ copia infimam diuini amoris perfectionem assequatur, tamen cum soleamus rei similitudinem si- militudine vocis imitari, & ad animi intelligentiam elare, & ad nostram vtilitatem accommodate, quid poterat homo aut animo fingere prestantius, aut ora- tione effingere aptius ad diuini amoris naturam ex- primendam, quam vt eam flammam vehementem, ac perfectionem summam appellet? siquidem cum Spiri- tus sancti, id est, amoris diuini ea vis sit: vt quarum mentium labes tanquam spiritus vehemens non pur- garet, in iis, tanquam columba, domicilium suum non figat; nec spiritus vehementis notioni clarior, quam flamma; nec columba exprimende aptior, quam per- fectionis vox potuit excogitari. diuinus ergo amor & flamma est, & perfectio est, id est, & spiritus vehemens est.

est, & columba est: sed prius tamen flamma, quam perfectio, prius spiritus vehemens, quam columba: tamen simul flamma est & perfectio, simul spiritus vehemens & columba. quæ fieri potest, ut quarum una præcedit, altera subsequitur natura infra viam eadem amba res, eadem natura vi artissime vinctæ habeant? nam cum diuinus amor spiritus sanctus & spiritus sanctus Deus, qui posuit in illo prius cogitare, nisi spiritus sancti simplicitatem; qui postea fingere, nisi Dei unitatem conuulserit & periturbare factarius? & tamē id vsu exploratē cognoscimus spiritum sanctum prius flammam esse, quam perfectiōnem; prius spiritum vehementem, quam columbam qua angustia vndiq; hinc experientia in sancto spiritu ponit prius, ponit posterius: illinc ratio omnia simplicissima constituit. vultis me expediam? non quod facile, nam quæ de diuino amore dicuntur, nec possunt sine timore, nec audiri sine stupore. quippe quod rationis notionē & experientia naturam multis partibus superat, velle ad rationis & experientia calculos reuocare, nec ratio est experientia, nec experientia ex ratione prudenter collecta: ut multo sanctorum iudicij videatur, de diuino amore contra rationem dicere, si pie inde colligas, quæ dici non possunt: quæ cum ipsa ratione multa dicere, si solum ea cogit quæ dici solent. est ergo spiritus sanctus prius spiritus vehemens, quam perfectio: prius flamma, quam columba. excutite iam vestros animos, excutite

ligentias, quis vel leuissimam huius amoris auram
 senserit, quem antea conscientia scelerum, morsus do-
 lorum, cruciatuum furiae non agitarint, perculerint,
 examinarent? hoc est esse spiritum vehementem, &
 hoc diuini amoris est. quis vnquam aut cum Fran-
 cisco Christi consuetudine familiariter, aut cum Ber-
 nardo sanctissimae virginis sermone suauiter, aut
 cum Cecilia Angeli hortationibus amice vsus fue-
 rit, qui prius cum Francisco Christi vulnera acerbè,
 aut cum Bernardo virginis lachrymas pie, aut cum
 Cecilia tyranni tormenta patienter passus non fue-
 rit? hoc est esse flammam, & diuini amoris est. Spi-
 ritus sanctus nisi tanquam flamma praeceperit, tan-
 quam columba nunquam subsequitur, id est, nisi
 tanquam flamma purget in animis nostris, quod odij
 litura aspersum est; & abstergat, quod vitij nota inu-
 stum est: tanquam columba nec spargit, quod morum
 suauitate excultum est; nec instillat, quod virtutum
 odore perfusum est. Spiritus sanctus non terra est, quae
 centrum; sed flamma, quae petit caelum, id est, animos,
 qui tanquam sanctissimae particula ex diuina mente
 delibati sunt. coruus cadauera, quae sanie squallent;
 ac loca, quae sordium padore horrent, consecratur: at
 columba è contra campos, qui florū varietate distin-
 guuntur, & loca, quae odoris suauitate perfunduntur,
 saepissimè quærit. Spiritus sanctus non coruus, sed co-
 lūba est. vndè quicquid inueterauerit in nostris mo-
 ribus prauitatum, quicquid infederit nostris mētibus

macularum, nisi dolore & lachrymis abstergerimus: futuri
 est, nisi diuini amoris vi penitus euulserimus: futuri
 nunquam est, vt Spiritus sanctus tabernaculum
 nostris pectoribus collocet. vt breui comprehendā, vt
 Spiritus sanctus fuerit nobis flamma, non vult non
 esse columba. at postquam tanquam columba & ma-
 rum candore nitidula. & vitæ suauitate limatula
 virtutum elegātia politula mentem nostram, abste-
 sis omnibus sordibus, imbuerit: efficiet vt Spiritus
 sancti non radiis illustrati, sed facibus inflammati mi-
 racula edamus. efficiet vt mortuos excitemus
 efficiet vt Euangeliū prædicemus omni crea-
 turæ. efficiet efficiet profectō vt linguis loquamur
 magnalia Dei. quod & re quid sit, & virtute quæ
 tum, breuiter enucleabo. Donum linguarum quid sit
 & cogitanti hebescit mens, & dicturo lingua & quæ
 præcis venulis, quibus fluit, palpitans hebescit. quid
 tum sit cum non possim orationis tantillæ terminum
 circumscribere, mallem vos cogitando assequi, quam
 me deficiendo nihil præstare. tamen ne prodisi effu-
 labes posset mihi illini, imitabor imperitos chirurgos
 qui morbi alicuius in medullis periculose hærentes
 sam, quæ sit, cum non possint aperire: quæ non sunt
 aperuerint, optimi se medici partes expleuisse glori-
 venditant. donum ergo linguarum illud non est, vt
 ex Demosthenis artificio depromptum, aut Cicero-
 inustum calamistris, aut periodica Isocratis
 quadrū redactum affabrè, aut quibuscungq; eleg-


ria ornamentis pictum aures titillat. quid? an positum fortasse est in interioribus Philosophiae disciplinæ? minime id quidem, cum ipsam potius, si impudica sit, aueretur; si ethnica & ab Ecclesiae veritate abhorrens, horreat ut vulgatissimi corporis meretricem. at quicquid fortasse est in hoc linguarum dono, id totum sibi Theologia vendicat, ne id quidem, verum potius Theologiam ipsam, si superba sit, contemnit; si garrula, irridet; si impura, dolet: & tamen illam, si simplex sit & nullo fuco illita, asciscit, ut sociam; si submissa, nullo superbiae nauo aspersa, amplexatur, ut nutricem; si sincera, nullo errore praedita, fouet, ut matrem. quid ergo est? id profecto est, quod cum vos in hoc tanto ingenij vestri acumine non possitis animis informare, ego in hac tanta orationis meae inopia dicendo non possum illo modo consequi. tamen ne ego nihil dicendo ineptè garrulus, & vos nihil cogitando ambiguè perplexi semper hæreatis, id solum pono, hoc linguarum donum spiritum esse, positum nec in delictis eloquentiae, quod putant Rhetores; nec in rationum ponderibus, quod iactant Theologi. quippe cum omne donum, quod à Spiritu sancto ad nos permanere solet, nec solius ingenij, nec diligentiae solius possit esse (hoc enim putare esset de diuina vi plurimum decerpere) is profecto impia se fraude obstrinxerit, qui hoc linguarum donum eloquentiae & Philosophiae septis velit includere. quid enim habuit Theologia illa exquisita, quae ex Philosophorum scholis profecta est, Scoto

subtilius, Ariminensi altius, enucleatius Halensium
 men nec Scotum, quod subtiliter; nec Ariminensem
 quod altè; nec Halensem, quod enucleatè nostram
 mysteria ad rationum momenta exegerit, hoc vni
 dono cumulatos fuisse dixerimus. contra Theophrastum
 illa, quæ ex Scripturarum Doctorumq; fontibus
 sta omnia perpetuo quodam orationis filo eleganter
 pertractat, Lactantium habuit tam tersa oratione
 fluentem, vt Cicero; Arnobium tam neruosa oratione
 fulminantem, vt Demosthenes alter videretur
 men nec Lactantium, quod fluebat suaviter; nec Arno-
 nobium, quod fulminabat acriter, hoc linguarum
 no instructum fuisse vlllo modo ausim putare. neque
 dico, quòd quicquam ex doctissimorum virorum
 dibus detrahere cupiam; sed vt vos intelligatis, quod
 quicquid est, loqui linguis, non ex Rhetorum officio
 aut Philosophorum spatii, tanquã myrotbecis quorundam
 busdam, proficisci, sed in spiritu totum situm ex
 ad nos eodem planè punctulo temporis, quo operante
 Deo conamur nauare, copiosissimè defluere, id quod
 Spiritus sanctus nos docuit in sancto Thoma, dicitur
 in Ambrosio, quorum ille nullis eloquentia veniens
 affluens, hic non ita magno Philosophie apparatus
 instructus, hoc dono tam mirificè valuerunt, vt Theo-
 logia à quo maiorem lucem acceperit, Thoma, sicut
 brofio, non facile possit is statuere. Spiritus ergo est, qui
 afficit, non dictio; spiritus est, qui persuadet, non
 rio: eousque planè, vt nolim sine Ambrosij
 Ap

Ambrosij eloquētia esse tinctus; nec sine Thomæ affla-
 tu, Thomæ cognitione esse imbutus. immò vt planius
 rem aperiam, ita hoc totum donum ex spiritu pen-
 det, vt malim putidè & absoletè dicere cum spiritu
 Bonauenturae, quàm sine illo spiritu exquisitissima
 Lactantij dictione limari; mallem mallem cum spiri-
 tu Francisci esse rudis, quàm sine illo spiritu acutis-
 sima illa Scoti Theologia excoli. id quod diuus Bona-
 uentura facto exprimit pulchrè, dum verbo ludit sci-
 tè. nam rogatus à sancto Thoma Aquinate, ex quibus
 ille libris, tanquam flosculis apes, legerat sententias
 illas mellitas, quas insperfit concionibus, responderat,
 rem non esse platearum, sed priuatorum parietum;
 domum si venerit, se librum aperturum. cum videre-
 tur sanctus sancto inuidisse illam altè sentiendi, be-
 néque dicendi gloriam, vrget diuus Thomas per cha-
 ritatem de libris, respondet Bonauentura, de libris se
 satisfacturum abundè & amicitia, & charitati, do-
 mum suam si venerit. latus venit Thomas, Bonauen-
 tura excipit latus. itur ad cellam, aperitur pulpitum,
 promitur. quid? Augustinus? minimè, etsi fuerat in
 Augustino multus Bonauentura. quid? Anselmus? ne-
 quaquã, etsi Anselmum auidissimè peruolutârat Bo-
 nauentura. quid? Bernardus? nihil horum, etsi Ber-
 nardum concoxerat Bonauentura. quid tandem? cru-
 cifixum osculo, non digito tritum; lachrymis, non lite-
 ri notatum aperit Bonauentura, libereq; respondet
 hunc esse librum, ex quo colligit & ad vitia aculeos
 & ad virtutes stimulos, & flosculos suauitatem.

& veneres ad amorem, & reliquum artis apparatus
 ad reliquas concionum partes. ecce vobis, artem habere
 sine arte, linguam non expolit, linguam tamen ha-
 bet expolitam, discit à spiritu, docet cum spiritu. Et
 solent, qui magistrum habent, non Tullium, sed spiri-
 tum, quare quicumque vel Deo in Ecclesia, vel Eccle-
 sia in literis student, cum debeant loqui linguis
 haustis ab arte, sed acceptis è caelo, is ille cursus
 persequendus, ut hoc totum quod philosophantur, et
 rhetoricantur, referant ad spiritum excolendum, non
 Philosophia & eloquentia ita efferuntur, illa dispu-
 tationum acumine, haec subselliorum splendore, ut
 si & illius pertinaciter argut attricis, & huius splen-
 de exultantis impetus furiaque spiritus freno coercentur.
 qui ad rescindendas Ecclesiae ruinas aluntur, Ec-
 clesiam foedis populationibus facile funestent. at spiri-
 ritui expoliendo sincerè operam nauent, philosophan-
 tur cum Bernardo, sine Philosophia acutè, idq; ad Ec-
 clesiae utilitatem piè; rhetoricantur cum Bonauentura,
 sine Rhetorica mirabiliter, idq; ad animorum salu-
 lutem foeliciter. hoc est loqui linguis, hoc est ha-
 bere linguas dispertitas descendentes super
 se, id est, linguam scientiae, qua loquantur alta
 & linguam eloquentiae, qua loquan-
 tur pura. Dixi.





ROBERTI TVRNERI COM-
MENTATIO III. IN ILLVD IOHAN. I.
Miserunt Iudæi ab Iherosolymis, vt interro-
garent eum, tu qui es? & confessus est, quia
Christus non sum. & interrogauerunt eum,
quid ergo? Elias es tu? Propheta es tu? ait,
ego vox clamantis in deserto, diri-
gite viam Domini.

I originem malorum, quibus Christia-
na res conflictata iacet, attentius qua-
ramus, quarendo eò tandem necesse est
venire, vt cōcedamus omnem omnium
malorum causam seu potiùs lernam non aliunde flu-
xisse, quàm ex illa prauitate opinionis, qua plerique
imbuti nihil putant homine esse abiectius, nihil vi-
lius, nihil contemptius. nam cum Deus vehementes
quosdam motus vel magnorum spirituum ad gloriam
colligendam, vel religionis ad dignitatem tuendam,
vel philautiæ ad quandam nominis maiestatem su-
stinendam humanis mentibus inuississet, Satan fa-
ctus ad fraudem eò suam confert omnem operam, vt
hominis, & depressa spirituum magnitudine, gloria
obscuratur; & violata religionis puritate, dignitas
obteratur; & inciso philautiæ neruo, maiestas visquæ
rota soluatur & penitus tollatur. quippe si homine ni-
hil abiectius, quid corpori subtrahis, quod impertias

animo? en vobis angulum apertum, quò irrepant de-
 retici. si homine nihil vilius, quid eum excolis religio-
 ne? en vobis aditum patefactum, quò irrumpant ge-
 niles. si homine nihil contemptius, ineptus es, qui cum
 virtutibus expolias, & moribus præclare fingas. si
 vobis viam ad virtutis pietatisq; repagula effringen-
 da stratam & munitam, melius ergo Bonaventura
 qui homine nihil putat posse fingi excellentius: melius
 Ambrosius, qui colligit hominem Angelo non infe-
 riorum in multis, in plerisque etiam superiorem. non
 vrgeo ad humanam dignitatem plurimum accessit, sed
 quòd Christus diuinis mentibus superior, in similibus
 minibus societate carnis voluerit esse par; hoc
 iam summa dignitatis signum erit clarissimum, quò
 homo philantia & contemplatione, quasi intellectu
 & voluntatis alis, sublatus possit se in intimam
 Dei essentiam abdere, atque adedò quandam diuinitatis
 partem suavissimè delibare. per philantiam vult
 interpretemini hunc amorem, qui cuique in se
 omnia ad sensuum voluptatem refert, sed qui animi
 præstantia metitur omnia, qui vititur corporis con-
 cretione ad animi cultum, non animi communitate
 ad corporis voluptatem; denique qui animum ad Deum
 cœlitumq; imitationem ita excitat, vt videamus
 tam homines ex corpore, & animo apti, quam diuinitatis
 mentes in luteam fabricam, tanquam carcerem, in-
 foeliciter conclusæ. ô hominem Angelum, aut verum
 Angelum hominem, qui ita caro est, vt in carne
 spiritus

spiritus; ita corpus, ut in corpore totus animus; ita concretus, ut in concrectione summe simplex, atq; aded Deus quidam merito videri possit. homo cum hominibus meretur in terra, cum Angelis latatur in caelo, vident' superiorem Angelo? nihil hoc est. homo in terris Deus est, in caelis Angelus est, vident' diuinitatis portionem? quanquam autem omnes, si voluntatis nervos paululum intenderint, in hoc diuinitatis gradu possint locari; tamen cum omnes non intendant, vocandi sunt in hanc foelicitatis partem, non illi, qui id quod habent coeleste, sensuum indulgentia demergunt in terram, sed hi, qui id quod habent terrenum, contemplationis studio efferunt in caelum: illi, illi soli in huius diuinitatis societatem sunt asciscendi, qui cum Ioanne dicere & possint & soleant, ego vox clamantis in deserto, dirigite vias Domini. quare ut animos subrepentes in contemplationis studium & illiciam pulchritudine, & utilitate traducam, extremis coloribus, veluti imperitus pictor, inumbrabo, quid sit illud, esse vocem clamantis in deserto, id est, quod sit esse mysticum. verum cum Iudæi, Leuitas & Sacerdotes Iherosolymis ad Ioannem mittant, ut interrogent, tu quis es? id est, cum Satan suos summittat, qui mystici pie contemplantis vel cursum interrumpant rogando, vel spiritum efferant blandiendo, ostendã breuiter, quibus modis possint hi demonum laquei vel declinari, si occultius regantur, vel si apertius tendantur, penitus effringi.

Si in humanas actiones mentis nostra aciem in-
 xerimus, videbimus hominis vitam posse dissecari
 tres partes, vt vna sensuum regionibus definita, sen-
 tiens; altera rationis freno coercita, rationalis; tertia
 sensuum rationisq; egressa seu verius supergressa cae-
 cellos superessentialis nouo verbo vocetur. prima bel-
 luina est, humana altera, tertia diuina. belluina
 consecretantur ij, qui omnia sensuum titillatione; hu-
 manam ij, qui omnia rationis libris; diuinam ij, qui
 omnia Dei voluntate metiuntur. duas primas natu-
 ra complexu coercitas Philosophi acerrima menti
 commentatione, qua peruestigabant omnia, ex im-
 mis naturae recessibus eruerunt; tertiam cum nece-
 rati quidem fuerint (nec enim poterant nullis adu-
 lucis diuinae igniculis illustrati) Christianis perpe-
 liendam reliquerunt. qui primam sensuum viam se-
 runt, voces sunt, sed non clamantium; quise-
 cundam rationis, voces clamantium sunt, sed in
 in deserto; qui tertiam Dei, voces sunt claman-
 tium, idq; in deserto, dirigite vias non sensuum
 vt primi; nec rationis, vt secundi; sed ipsius Domini
 dies enim eius iam appropinquauit. non
 disputo, quasi vellem omnem rationis & sensuum
 rationem esse deponendam (hoc est esse stupidum, illud
 est, esse stultum) id tantum vrgeo, vt quicquid in
 sensibus cumulata perfectionis, quicquid in ratio-
 lucis, id totum ad Dei voluntatem referamus, in-
 bareamus, in ea sistamus, in ea acquiescamus totum

in sensuum nostrorum iudicio si felicitatem colloce-
mus, futurum breui erit, vt voluntatem, intelligen-
tiam; cœlū, terram; Deum, hominem; omnia, singu-
la ad sensuum delectationem pertrahamus, ac, ran-
quam Gygantes, naturæ legem penitus infringamus.
siquidem quæ Deus omnia suam ad gloriam forma-
uit infinita potentia, coagmentauit singulari artifi-
cio, fixit certissima lege, ea nos velle perexiguis nostro-
rum sensuum cæcellis includere, quid quæso est aliud,
quàm Dei ordinem velle euertere, vt nostrum figa-
mus? immò quid est aliud, quàm Christum velle ex-
cludere solio, vt nos irruamus? immò, vt apertius di-
cam, quid hoc est aliud, quàm Spiritum sanctum vel-
le sub iugum mittere, atque adeò in cineres redigere,
vt nostri sensus exultent, nostri sensus dominantur,
nostri sensus triumphant? hoc hoc est esse voces, sed non
clamantium. nam si voces sint clamantium, auditur
clamor. rogate iam vos, quicumq; sensuum persequi-
mini viam, rogate cœlum, rogate terram, rogate ma-
ria, rogate omnia, quæ molitionis huius terminis de-
finiuntur, num velint sensuum titillationi ac lenoci-
nio seruire, vestras voces non audient, quia extra sen-
sus nō clamat is aliquid; aut si fortè audiant, vna voce
respondebunt, se non ad voluptates, sed ad Dei glori-
am; non ad illecebras vitiorum, sed ad Dei volunta-
tem, & facta incredibiliter, & temperata prouidē
fuisse. neque hæc dico, quòd sensus putem suo volupta-
tis sale carere; delinientur sensus, delinientur sua vo-
lupta-

luptate; latabuntur, sed in lachrymis; triumphabunt,
 sed in dolore; dominabuntur, sed in seruitute. quid
 enim hæc est voluptas? quæ potest esse dominatio
 in seruitute? quis triumphus in dolore? quæ latitudo
 in lachrymis? non possum ego cogitando nedum dicendo
 assequi, has tamen lætitiæ lachrymas, doloris tri-
 umphum, seruitutis dominationem Magdalena, Bernar-
 dus, Ambrosius, Bonaventura nobis explicabunt. *de-
 scende ergo Magdalena, instilla in lachrymas,
 quid sit latari in lachrymis. sedere, inquit, fletum
 ad pedes Domini. descende Bernarde, instilla
 in lachrymas, quid sit triumphare in dolore. delitescere,
 inquit, in vulneribus Domini. descende Ambrosie,
 instilla, quid sit dominari in seruitute. in latus,
 inquit, Christi, tanquam in carcerem compen-
 di. descende Bonaventura, instilla, instilla est celo
 sit & dominari in seruitute, & latari in lachry-
 mis, & triumphare in dolore. omnes, inquit, tuos sen-
 sus, teque totum profundere in Christum,
 illius lachrymas lachrymis tuis, illius dolo-
 rem dolore tuo, illius mortem morte tua
 imitari & exprimere. hic dolor cum incredibili
 lætitiâ coheret ita implicitus, ut qui illa fruuntur,
 suam vires frangant maiori voluptate, quam
 carnis affectu; & carnem maiori consolatione
 fruantur, quam inferciunt delicati. videtis quid sit
 in seruitute momenti ad felicitatis cumulum. nam hæc
 dicitur sentiens vita, in hoc perfectionis cumulo*

stituta, non est amplius dicenda belluina, sed rationalis vita primus gradus, quippe haec dua vita, sentiens & rationalis, ita vna natura societate sunt ipsae inter se firmiter colligatae, ut vita, nisi sensus cum ratione ad Dei gloriam conspiret, belluina; sensus à ratione si seiungatur, futura sit nulla. at postquam ratio sensum sub imperium suum coegerit, tunc animus perfoditur dolore Christi; & in dolore conatur effingere virtutes Christi. at virtutum choro mysticus noster bellè instructus cum nihil habeat in sensibus sordium, quae voluntati caliginem; nihil in voluntate caliginis, quae ratione tenebras possit offundere, metu, tanquam vinculo, solutus, omnes caeli, omnes terrae, omnes omnium partium obit partes, quærit quæ vndique, ut Christo suo, dilecto suo, spòso suo, deliciis suis fruatur. quærit in damnatis, vbi lucet Dei iustitia; quærit in hominibus, vbi eminent Dei misericordia; quærit in Sanctis, vbi splendet Dei magnificentia; quærit mæstus cum Maria in sepulchro, quærit incredulus cum Thoma in latere Christi, quærit latus cum Francisco in laboribus. ô sanctam mystici importunitatem, putat se non amplecti, quem gerit in sinu, & idè quærit, ut amplectatur, putat se non comprehendisse, quem alie in mente, & idè quærit, ut comprehendat, inuenit Christum, & putat esse hortulanum, quem admodum turtur turturis, si adest, amore languet; si abest, desiderio tabescit, atque attentissima diligentia arbores, & ades foramina, hiatus flumina, fontes, intima, exti-

ma quaeque locarimatur, vt comitis sua consuetudine suauissima fruatur: tandemq; cum se viderit omni spe exclusum, prius vita, quam gemitui ponit modum: sic mysticus noster postquam longo vsu compertissimum habet, veram suauitatem non posse, vel turbidis sensuum sentinibus, vel ex rationis limpidis rivulis hauriri, sitit vt ceruus ad fontes aquarum, currit ad Syon cum Isaia, currit ad Israel cum Dauid, currit ad desertum cum Ioanne, currit, currit vt comprehendat sponsum suum, dilectum suum, comitem suum, verum in monte & deserto collocatus cum viderit se istis corporis vinculis compeditum, et crassa concretionis nube circumfusum non posse sponsum medullis penitus inherescere, totus sordidatus cogitationes, actiones, dolorem, singultus, omnia Deo suo consecrat, atque moritur in hac vita, vel potius in hac morte viuit, ex huius deserti Paradiso ad Deum clamat, quid? Domine finxisti me ad tuam effigiem, vt te me ad tuam gloriam, clamat, quid? ornate, Christe, beneficiis, non pro meo arbitratu, sed pro tua voluntate: imperti, Christe, si velis, diuitias, sed prudentiam vnâ, qua distribuam; imperti, si velis, paupertatem, sed patientiam vnâ, qua feram, quid praescribo? imperti, Christe, quicquid vis, & quomodo cunque vis, en me totum tibi: en me Neronibus Paulum, en me Iudaeis Stephanum, en me Herodi innocentem, en me Satanæ alterum Iobum, vexandum, lacerandum, concidendum, si id sit ad gloriam tuam.

ad salutem meam. immò salus mea nulla sit, vt tua, Christe, gloria multa sit. hoc est, resignare suam voluntatem, vt loquuntur Theologi voce putida, sed ad rei notionem exprimendam planè enucleata. immò hoc est, esse Ioannem; hoc, hoc est, esse vocem clamantis in deserto, dirige vias Domini. vidisti nostrum Ioannem, vel potiùs, vt ego interpretor, mysticum nostrum non coloribus expressum, sed primis lineamentis effectum. nam cum pedem extra rationalis vitæ limen vix dum extulerit, atque inceperit tantùm esse vox clamantis in deserto, non potest, ipso puncto, diuina vitæ coloribus vndiq; nitere. hæc enim vitæ diuina non ex homine est, quòd potest velle; sed ex Deo est, quòd vult trahere. viden? postquam mysticus sensibus bellum indixit, voluntati remisit nuncium, seq; totum profudit in Deum, Deus in mysticum illabitur, eumque charitatis flamma incensum allicit ad se pulchritudine, conuertit in se potentia. in animo, qui se hoc nexu sentit illigatū, quos cogitas voluptatum fontes? quos lucis splēdores? quas charitatis flammæ? quid? Deū in animo esse, quantum est? animum in Deo, quantū? si quarat sapientiam, accipit sine modo; si pietatem, imbibit sine satietate; si doctrinam, fluunt hęc fontes sine fine; si voluptatem, exundant hęc maria sine terminis. in tanta rerum omnium affluentia dum delibat ex sapientia horro flosculum, dum ex charitatis igni decerpit scintillam, dum ex sapientiæ ac voluptatis oceanis

haurit riuulum, exatiatur tota, languet tota, suauitatum premitur multitudine, opprimitur magnitudine. languentis iam animi, sed languentis amore quæ putatis esse sensum? quam orationem? cogitatio hanc: quam vellem, suauissime Deus, relaxatis istius corporis vinculis, hanc voluptatem esse perpetuam sed cum non possint per angustæ meæ naturæ regionem tantam infinitatem includere, cum huius corporis tenebræ non possint tantum splendorem ferre; disrumpe, disrumpe, Domine, has corporis compages, ut totus sim in te; vel cede, cede his corporis angustiis, ut aliquid sim in me. non narro, quibus verborum delicia Deus vicissim amicam suam, columbã suam, sponsam suam, ocelli sui pupillam delinit, suauiterq; persudit, non narro, at quibus saltem verbis sanctam hanc animi impatientiam sopit, aut mitigat? putatote hanc cur anima mea queris soluta volitare extra me, extra te? vis libera esse? ego libertas sum. vis tua esse? ego omnia sum. non potes pati? volo ut possis. non vis pati? possum, ut velis. permitte tuæ voluntatis frenam mibi relaxanda, mibi cohibenda, si amittas te in me, iungies me in te. ô Christe; ô Pater, ô Spiritus sancte, in amoris vestri vi hoc tenui dictionis filo exprimenda mei & ingenij acies præstringitur, & orationis tærescit riuulus. contractis ergo velis, quæ in oceanu uini amoris explicata penè effecerant, ut mens dilaberet in maiestatis scopulos, reliquum conficiam. sum in fraudibus, quibus Satan tanquam syrenus

tur nostrum mysticum irretire. haecenus Ioannis, aut
 clarius, mystici sensus ratioque, euulsis voluptatum
 radicibus, purgati sunt à nobis & perpoliti; en vobis
 iam Cacodemonem, Iherosolymis summittentem Le-
 uitas & Sacerdotes ad Ioannem, qui interrogent,
 tu quis es? perside Satan, nonne tibi satis fait, my-
 stici sensum illecebris voluptatum impetere, ratio-
 nemque mentita specie boni oppugnare, nisi quod ha-
 bet diuinum, id etiam coneris expugnare. locoque suo
 mouere? quid habet Satan iuris in mysticum, qui ita
 clamat in deserto, vt syreni cantillanti nullum relin-
 quat locum? quid audet in hanc vocem? non audet,
 quod ius habet; sed audet, vt ius habeat. nam si my-
 sticus incipiat iners esse in studium virtutis, si vllum
 angulum patiatur apertum vel vanæ gloriæ, quod sit
 doctus; vel stultæ iactationi, quod sit pius, mox toto
 corpore aggreditur, vt eum Paradysi deserto praci-
 pitem exturbet. quemadmodum Echinus insidiatur
 ostrea, vt si tantulum hiauerit, hianti in os possit ex-
 tremum pedem insinuare, pedéque leuiter impresso
 non prius desistit, quàm leui corporis motione, dex-
 traque iactatione ostream aperuerit, penitusque vorarit:
 sic Satan insidias mystico tam cautè tendit, vt eius a-
 nimo leuem prius labecula cogitatiunculã, tanquam
 extremum pedem, insigat: at, si latebram inueniat
 cogitatiunculã, ita se dextrè mouet, iactatque in omnẽ
 partem, vt se penitus insinuet, totusque totum Christum
 facile excludat. Satan mysticum, tanquam ostream

Echinus, pede prius tentat leuiter, illudq; cœtitat, tu
 quis es? hinc nisi sit Ioannes omni parte cautus, totum
 mysticus occupatur à Satana. neq; semel tantum (ne
 quis se putet semper tutum, qui semel vincit) hic canis-
 culis aggreditur ad mysticum, sed omni tempore, om-
 ni loco, omni actione. si fundat preces ardentem, si ma-
 net lachrymis suauiter, si niteat virtutibus speciosè,
 in deserto clamer altè, Leuita mox summittuntur,
 qui interrogent, tu quis es? si colligat Philosophus
 si commentetur Theologus, cantilena mox illa est, tu
 annon Aristoteles es, quòd tam neruose? tu annon
 Paulus, quòd tam diuine? semper, semper Satana per
 Sacerdotes & Leuitas inculcat mystico illud, tu quis
 es? tu, qui concitatus diuini spiritus afflatu prospicit
 in futurum, tu annon Propheta es? tu, qui in Christi-
 finibus proferendis versaris sedulo, tu annon Elias es?
 tu, qui preces flamma charitatis accensas profundè
 ad cœlum, tu annon Christus es? sed Ioannes noster his
 vocibus non irretitur. nec enim potest virtus altissi-
 mis defixa radicibus tantillo Satanae insinellu ad spi-
 ritu commoueri, nedum labefactari. erat Ioannes Pro-
 pheta sermone, & plus quàm Propheta, tamen audito
 eter respondet, Propheta non sum. erat Elias mer-
 te, & plus quàm Elias, tamen respondet summius, E-
 lias non sum. erat Christus, erat Christus, non na-
 turæ, sed voluntatis communionem, tamen respicit
 constanter, Christus non sum. audiuitus ma-
 tiam Satanae, fugiamus fraudem. fugienda cum
 Julia

fraudis illa sola via est, vt quicquid Satan occidit nos esse, id contendamus nos non esse, audacter cum Ioanne, summissè cum Ioanne, constanter cum Ioanne. nam Satan vult Ioannem esse Prophetam, Ioannes Satana non vult esse, qui est, spiritu Prophetæ: Satan vult Ioannem esse Eliam, Ioannes Satana non vult esse, qui est, perfectione Elias: Satan Ioannem vult esse Christum, Christus Satana non vult esse, qui est, imitatione Christus: Ioannes summus est Deo, Satana tamen vult esse infimus. ego vox, inquit, ego vox. voce (Auditores) nihil potest esse labilius, puncto oritur, puncto occidit; voce nihil potest esse debilius, ex aère habet principium, in aère habet finem; voce nihil potest esse vilius, nascitur ex foetore, desinit in foetorem. Ioannes vox est labilis, ô hominem bullam. Ioannes vox est debilis. ô hominem vermem. Ioannes vox est vili. ô hominem simum. non possum statuere, quid Ioannes sit, si vox sit. nam vox Philosophis aut nihil est, aut parum est.

Hominem vocauit Plato miraculum, Plotinus aliquod omne bonum, Aristoteles paruum mundum, Socrates paruum Deum. cur miraculum? quia fictus ratione Dei, supra rationem hominis. cur aliquod omne bonum? quia quicquid est extra hominem boni, id est in vno homine boni. cur paruum mundum? quia quicquid est per singula sparsum, id est in vnus hominis angustias coactū, vegetat vt planta, sentit vt bellua, ratiocinatur vt Angelus. cur paruum Deum?

facit in magno mundo multos quasi paruos mundos,
 siue fingat ex argilla, siue formet manu. rem percu-
 ro, non explico. quippe nec per tempus, nec per faci-
 tatem possum harum vocum complicatas notiones
 uoluere, singula enim singula continent mysteria, in
 quibus siue cogitandis Aristoteles esset stupidus, siue
 exprimendis Cicero esset aridus. si has voces nō possum
 exprimere, graues certè illas pondere, & sensu multi-
 plices, minus sanè queo illud exprimere, quomodo hoc
 miraculum Platonis, hoc aliquod omne bonum Pla-
 toni, hic paruus mundus Aristotelis, hic paruus Deus
 Socratis exeat tandem Ioanni in vocem, tanquam in
 vrceum. nam si homo sit miraculum, Ioannes profes-
 sio est miraculum summum, nam ex hominibus est
 summus, si homo sit aliquod omne bonum, Ioannes
 sanè est aliquod omne optimum, nam ex hominibus
 est optimus, si homo sit paruus mundus, Ioannes cer-
 tè est maximus mundus, nam ex hominibus est ma-
 ximus. si homo sit paruus Deus, Ioannem planè nihil
 impedit, quò minus putem esse singulariter paruus
 Deum, nam in hominibus est singulariter homo. le-
 titiam de Christi aduentu in utero matris testatur
 saltu vox sine voce, praecursor est Domini, baptizatur in
 aqua, viuit locustis, vestitur meliori, gratia est ple-
 nus, homo est sine peccato, Angelus est in carni, quid
 singula? nullus inter natos mulierum maior
 est Ioanne Baptista. tamen hoc summum miracu-
 lum, hoc aliquod omne optimum, hic maximus mir-
 aculorum.

aus, hic singulariter parvus Deus vilissima voce se vocat vocem, atq; ad leuitatem rei, vocem se vocat clamantis in deserto. o vocem, quis te exprimat? Demosthenes suam vocem noluit clamare sine modo, voluit eam iniustam eloquentia calamistris homines vel delinire suauitate, vel vi perfringere. Cicero suam vocem noluit clamare in aere, voluit inspersam artis lepore Romae in concionibus, in tribunalibus, in Capitolio dominari. at Ioannes vox est clamantis, idque in deserto. sed ne putetis vocis huius vt leuiculum, si inanem fuisse spiritum, quod clamarit in deserto; clamauit in deserto, non ad arbores, non in aere, non confuse, sed ad Iudaeam, quae, tanquam vasta solitudo, vitiorum spinis horrebat squallebatque tota. Iudaei erant desertum. Ioannes selegit non politulos Romanos, sed Iudaeos vitiorum errorumque tenebris opletos, quibus clamaret. quomodo clamauit? non ad artis normam, sed ex spiritus impetu. quid clamauit? non lauta, sed lata, dirigite vias Domini, dies enim eius iam appropinquauit. non dilato rem, dicam vniuersum, nisi ad Ioannem similitudinem atque imitationem te conformes, atque effingas, quicumque vel Euangelium propagas, vel virtutem inseris, ex Euangelij virtutisque iacto semine nullam aut certe perexiguam sementem colliges. debes, debes esse vox per humilitatem (vtar voce hac scholae Christianae, non Ciceroniana) vt sis Ioannes per gratiam, nam Satan, qui tuas omnes venas pertentat arte.

pertentat cautè, vt efferas ipse te supra id, quod est de-
 rissimum; concidet illo solo spiritu, quo te vocas infi-
 mum; dissipabitur illa sola voce, qua te vocas vocem,
 quare si quando Satan tibi cantillet illud suum, re-
 quis es? id sit responsi cum Ioanne; Ego Prophe-
 ta non sum, ego Elias non sum, ego Chri-
 stus non sum: ego vox, ego vox clamantis
 in deserto, dirigite vias Domini, dies
 enim eius iam appropinqua-
 uit. *Dixi.*



ROBERTI
TURNERI VIRI DO-
CTISS. PROFESSORIS IN
ACADEMIA INGOL-
stadiensi,

EPISTOLÆ ALI-
QVOT.




INGOLSTADII,
Ex Typographeo ADAMI SARTORII,
ANNO M. DC. IX.

ROBERTO
FRANCESCO
PROFESSORE
ACCADEMIA
LUCAS
EPISTOLE
LUCAS

INSTITUTIONES
GEOGRAPHICAE ADAMI SARTORI
LUCAS


SERENISSIMO
PRINCIPI GVLIELMO,
VTRIVSQUE BAVARIAE DV-
ci, &c. Domino suo Clementissimo
ROBERTVS TVRNERVS
S. P. D.

EPISTOLA PRIMA.


EST opinio per omnium Principum a-
 nimos profeminata, vt putent perti-
 nere ad suas siue dignitatis, siue pru-
 dentia partes cognitionem rerum, nō
 solum quæ late geruntur per orbem, sed etiam quæ in
 mentium quibusdam quasi latebris inclusa nondum
 emanarunt in vulgus. quæ certè consuetudo et si non
 caret labe, quia est curiosorum; tamen hoc tempore
 est pernecessaria, quia omnium. quippè nullus est ho-
 die non dico Princeps, sed homo paulò prudentior, qui
 non habeat Corypheos, tanquam mala semina, vbiq;
 sparsos, qui in alienis rebus videant acriter, de alie-
 nis rebus moneant prudenter: vt putent illi, qui in
 Italia se venditant egregiè politicos, esse iam ignaui
 segnisquæ animi, pati alios in suis rebus lynceos, se in
 alienis

alienis

alienis esse talpam. quanquam monuit quidam
 rum gerendarum artifex apprimè peritus, peccari
 iam grauissimè in hanc partem à Principibus, qui
 malunt habere multos, tanquam malos Philosophos
 in colligendis omnibus minutis superstitiosè curiosos,
 quàm paucos in adorandis certissimis, tanquam bo-
 nos canes, tacitè sagaces. putauit se id euincere, cum
 colligeret & Agamemnonem habuisse vnum Nesto-
 rem, & Athenienses vnum Solonem, & Romanos
 vnum Scipionem, & (vt nostra attingam vno digiti-
 lo timidè) Laurentium Medicem vnum Machiavel-
 lum. prudenter planè; siquidem statuit maiori esse
 prudentiæ scire pauca à paucis, quæ sunt certa, quam
 multa à multis, quæ sola nituntur suspitione. Quæ
 quæ in hoc itinere collegeram certa esse, & ad Tuam
 Serenitatem pertinere maximè, illa iam coarctata,
 & perangustè referta mitto, vt habeat, in quo non
 tam laudaret meam facultatem de magnis, quam
 probaret voluntatem de certis.

GVLIELMO SERENISSIMO

VTRIVSQUE BAVARIAE DVCI,

Domino Clementissimo

R. T. S.

II.

Multa sunt, quæ commendant Principem; mul-
 ta, quæ subditum: sed inter hæc multa, duæ
 sunt.

maximè, Principem beneficentia, subditum fides. nam sit & beneficentia, vt qui Princeps est natura, sit beneficio Deus: & fide, vt qui subditus est lege, sit officio filius. vnde gaudebant Alexander ac Leopater, ille se in hoc reperisse fidem, hic se in illo expertum fuisse beneficentiam. fuit certè gaudium vtrunque serium, vtrunque sanum, cum quæ res duæ in natura sint maximæ, hæ singulæ ex illis singulis efflorescant, ex beneficentia homo factus Deus, ex fide seruus factus filius. quare gaudeo, gaudeboque semper, meam fidem in eam Principis beneficentiam incidisse, quæ possit suæ liberalitatis fontes effundere beneuolè, cum petatur, ac prudenter occludere, si taceatur. peto ergo per Magnificum D. Cancellarium parua audacter, necessaria vehementer, audacter tamen & vehementer ea moderatione, vt petam etiam à Principe & mearum iam fortunarum Deo suppliciter & venerabundè. Valeat. Ingolstadtj.

ROBERTVS TVRNERVS GV-
LIELMO, SERENISSIMO VTRIVSQUE
Bauariæ Duci, &c. Domino Cle-
mentissimo S. P. D.

III.

Hominem familia facit Principem, Principem
beneficentia facit Deum. Vos Dij estis, dicit
Deus,

Deus, sed dñi homines, id est, ij, qui non tam homines videntur propter corporis contagionem, quam dñi propter mentis beneficentiam. reliqua virtutes à Deo sunt, sed quasi particula quaedam decerptæ, ad inferioris notæ homines ornandos: beneficentia autem non tam particula est libata à Deo, quam Dei perfectio, quæ in Principis animo, tanquam solio, resideat. Principes ergo per diuinam beneficentiam dñi, reliqui homines per virtutes reliquas, quasi Dei notas, Diis similes vocantur. quorsum hæc? ut gratissim, quod offeram hodie Serenissimo materiem ostendende beneficentiæ, id est, exerenda suæ diuinitatis. quam materiem? explicabit Magnificus Dominus Vendius, id quæ tam commodè, ut sperem me habiturum occasionem colendi Dei Principis. Valeat. Ingolstadtij.

ROBERTVS TURNERVS
NOBILI ET CLARISSIMO VIRO, ERASMO
MO VENDIO, Serenissimo Bauariae
Duci à Consiliis S. P. D.

MONACHIVM.

IV.

NON possum multa per tempus, ac si possem equidem, nollem, ne videar velle negotiorum tuorum quæ plurima solent esse & grauissima, cursum meum

terū ineptè intercidere. hoc tamen, sed vno verbo, me
 amare te de literis tuis ad Zachariā meum. loquun-
 tur enim suauiter, & quod in tanto viror miror, ter-
 sissimè. nam siue excites Zachariam, siue queras ma-
 gistrum caremoniarum, siue ames Scotos, verba ita
 legis propriè, ita coagmentas affabrè, vt in excitando
 vim, in quarendo diligentiam, in amando ipsum
 spires amorem. quid laudo hoc quasi nouum aut mi-
 rum? nec nouum est nec mirum Vendios, id est, eos,
 quos natura finxit ad eloquentiam, omnia scribere
 ad præscriptum, in epistola tenuiter, sed lecta; in
 grauioribus rebus grandia, sed aptè. verùm de reli-
 quis ne morer, de Scotis meis tuam pietatem adamo;
 ò iniustam fortunam, quod non sinis vt dicam, redamo.
 quanquam cum seridè rem cogito, fit, vt feram
 meam fortunam non iniquè, ac nollem sanè redama-
 re, id est, posse paria reddere tuæ pietati, ne videat
 velle, aut cum tua fortuna contendere, aut Tuæ Ma-
 gnificentiae inuidere. illud enim esset superbia in has
 mea infima, hoc stultitia in illa tua summa fortuna.
 quare gratulor mihi hanc meam misellam fortunam,
 non quod cupio esse sordidè miser, sed quod putem esse
 cuiusdam felicitatis posse me cum reliquis Scotis ha-
 bere VENDIUM meæ virtutis (si quæ sit) admirato-
 rem & amicum. libèter vtor tuis verbis, quia sunt &
 ad meum sensum iucunda, & ad rem ipsam peractio-
 modata. quare si meam tenuitatem cum Scotorum
 meorum virtute comprehenderit, erigis. quid erigis?
 beas.

beas.

beas. nam me cum Scotis habere VENDIVM Patro-
num (vt vniuersim dicam, nam singula non vult tua
modestia audire) summum penè est. quanta autem
clementia fueris tu Patronus, loquebantur tua liti-
ra, quas legi ad Reuerendissimum ROSSENSEM,
humanitatis ac suauitatis notis insignes, quam grati-
vicissim animi clientes fuerant Scoti (vt taceam NI-
NIANVM, ac reliquos) testis est abundè ROSSEN-
SIS, qui cum ignoti in ignotum singularem pietatem
voluerit depingere, solebat illud vsurpare, VENDIVS
est. pergās ergo esse Scotis meis VENDIVS, id est, gra-
tissimis munificus. sed ne videar malo dolo ex Scoti
nomine notioneq; velle aucupari aut commoditatem
aut gratiam, prodo me. Anglia me edidit Angli-
glum, Scotis agnatū, Germanis alumnum, VENDIO
clientem. & Ingolstadiensibus (si velitis) eloquentia
Professorem. quippè eum VENDIVM siue effudit
natura, siue poliuuit disciplina, vt animaduertat, non
cuius Gentis ciuem, sed cuius Ecclesie filium colit at-
que ornat. id quod cum in multis rebus possim videre,
tum in illa, quam trophæis Anglorū Martyrum pre-
fixisti, Paranesi clarissime. in qua etsi suspiciebam e-
loquentiam bene vinctam, religionem sincere putam,
pietatem solide germanam, tamen Germanum ma-
ximè admiratus sum in trophæis Anglorum Anglum,
in prodicione Scotorum Scotum, in furoribus Gallo-
rum Gallum, in singulis verum genuinumq; Ecclesie
Romane filium. quare cum sperem apud tam iustum
exi-

existimatorem nihil mea caussa officere, quod Anglia
 me habeat ciuem, aut Scotia agnatum, dummodò
 Ecclesia me amet filium; en tibi me paratum ad om-
 nia siue Scotum in Anglo, siue Anglum in Scoto, siue
 in utroque vtrumque. De stipendio quid rogas? non
 quero vitam illam lautam, exquisitisque volupta-
 tibus confertam, sed Germaniam quero nutricem,
 VENDIVM Patronum, quare si stipendium tale sit,
 vt memineris me esse Sacerdotem, ac VENDII cli-
 entem, fuisse eloquentia Professore ac Collegij Ger-
 manici alumnium, reliqua nihil moror. nam etsi me
 ambiant Padua & Roma amplissimi viri, tamen
 cum Pontifex interponat authoritatem, meq; man-
 datu suo extrudat in Germaniam aut partes infe-
 stas haresi, ita contemno reliqua, vt instar omnium
 rerum putem, latere in tutela & clientela VEN-
 DII. vides ergo res meas nutare, quoad me certi ali-
 quid literis doceas, ita tamen nutare, vt certa propè
 sint ac fixa in tuae humanitatis singulari spe. Vale.
 Roma. M. D. XXC.

ROBERTVS TURNERVS

IOANNI N. SACERDOTI

S. P. D.

VENETIAS.

V.

u

Accepi.

Accepi tuas literas, nolo dicere quas, ne videat
 præter consuetudinem meam, atque aded con-
 tra naturam superbius aut asperius aliquem appel-
 lare. quid? rogas per Sanctos, vt narrem quas? esse
 hac in caussa nihil tibi largiri statueram, non ero ta-
 men tam pertinax, vt Sanctos non patiar quidlibet
 à me non dico precibus, sed nutu elicere. quare quod
 per Sanctos rogas, narro quas literas. quas? breuiter.
 querula sunt, maledicæ, felle ac naturæ tuæ acerb-
 itate conspersæ. quanquam vt suffundam frigidam,
 sunt etiam elegantes, ac Ciceroniana dictionis nota
 per insignes. Sed ne erres de mea mente, malo te pa-
 rum eloquentem, quàm nimis maledicum, illa est la-
 bes hominis, hæc Christiani. à Christiano si gratia
 absit, atque illa ex gratia fonte fluentes virtutes, pa-
 tientia in aduersis, quies in turbulentis, in conui-
 tiis taciturnitas; ad inferos amandabunt natura, &
 ex naturæ seminario profecta hæc vitia, maledicen-
 tia in bonos, querelæ de nugis, conuitia in hostes, si
 quos tamen tu habes hostes, ac non potius omnes a-
 micè fauentes tuis rebus. sed quas narro voces maledi-
 dicas? illa tuæ voces de Christianis Macheuillitis (vt
 vtar tuo verbo) de prudentibus huius seculi, viden-
 tur ne tibi aptè structa? aptè, sed vt in meos amicos
 maledicè. illa tua bella Christiani descriptio, illa ex
 Matthæo species (nolo eam irrepere in meas literas,
 ita mihi videtur ficta ab ipso Satana) videntur ne tibi
 affabrè posita? affabrè, sed vt in re falsa ineptè illa
 illa

alia tae; Non possum, non volo, non me di-
gnum est; Possum per cōscientiam, volo per
naturam, fecerunt in re nō dissimili Sancti;
Per naturæ, per studiorum, per exilij com-
munionem te rogo, vt feras manū auxilia-
tricem, voces tam sunt querula, vt videantur potiùs
profusæ à muliercula, quàm scriptæ à Sacerdote. quid?
non potes? video abesse gratiam. non vñ? reprehendo
tuam naturam. potes per conscientiam? ô pulchram
conscientiam, Christi q̄ lege arctè deuinctam, quæ pos-
sit iniurias. vñ per naturam? doleo tantam esse tue
naturæ vel obstinationem, vel deprauationem, vt ve-
lis etiam cum animi labe. fecerunt in re non dissimili
Sancti? es egregiè Theologus, qui Sanctis Dei (in quos
aut non cecidit tanta labe, aut, si ceciderit, expiata
fuit perpetuo cinere) affingis tam falsa. rogas per om-
nia officiorum genera, tibi vt feram manus auxilia-
trices? fac vt nolis, quod velis; velis, quod non possis;
non possis, quod per naturam velis; non velis, quod
per conscientiam possis, & ecce me tibi paratissimum.
non est te dignum? at te dignum fuit domi rem me-
retriciam consecrari, abligurire rem tuam, matri
esse caussam perpetui luctus, patri certæ mortis: at
foris non te dignum est tantillum pati. & Catholi-
cum, & exulem, & Sacerdotem. at istud pati, quan-
tulum est? nihil sanè est, vt nihilo te putem melio-
rem si patiaris; at multò sanè peiorem, quodd tua spon-
tè non patiaris. non potes? potuisti pati carcerem de

scelere, ac tibi in summa rei fœditate gloriosum videbatur; potuisti te obicere periculo maris, gladij, mortis; & hoc in rebus pessimis tibi videbatur summa iucunditate delinitum (non aperio res, tu satis vides sensum) & iam non potes in caussa meriti certa, laudis summa, Dei iusta tantillum pati. non laboro, quod hæreticus illa scelera admisisti, tantum noto te potuisse pati hæreticum de pessimis, nõ posse iam Catholicum de re optima (si optimè interpreteris) pati. quid dico pati? eiusq; te elatum esse ira studioq; vindicta, vt cogites talia? õ generosum Christianum. cur natura tua obsecutus, vt generosior videare, non distringis gladium Sacerdos, occultas sicam Catholicus, temperas poculum exul? sunt euersores nostrarum facultatum. falleris, sunt nostrarum facultatum fundatores, si paululum modò patiaris. res non patet, nisi inspicienti, quanquam sint euersores, imò demones sint. velim spectes, non quid illi mereantur, sed quid deceat nos. si sunt impij, Deus dissipabit consilia impiorum, quid sumis personam Dei? si sunt inimici, Deus confringet capita inimicorum nostrorũ, quid inuolas in cœli fines? tot sunt domicilia in Ecclesia sanctis, tot theatra in mundo doctis, quid times? non es domi tuae, vbi omnes salutant Rabbi, et foris, quid frendes? foris patiamur modò aliquid, neq; simus tam delicati, vt velimus extra Ægyptum ollas; imò tam simus magnanimi, vt nolimus in Ægypto ollas, ne peccata nostra augeant nobis pœnam, alii dolent.

lorem. satis monui, si quid habes conscientia; si nihil habes, nimis multum monui. Vale. Romæ.

ROBERTVS TURNERVS

ERASMO VENDIO S. P. D.

MONACHIVM.

VI.

EAm mihi natura siue indidit modestiam, siue inusit rusticitatem, vt non possim sine caussa aliis esse seriarum cogitationum molestus interturbator. vellem salutare, mentis pia est in patronos, nolle esse molestus, mentis officiosa est in occupatos. eccam luctam officij cum pietate, atq; ita lucta, vt pietas saepe cedat officio. ridebunt me Peripatetici & illi ex aula polituli quasi hominẽ cubiculi, non fori. rideant. nam placet esse Stoico, id est, nunquam felicior homo sum, quam cum solus sum. nam solus tanquam Lelius verso cum omnibus; solus tanquam Aristoteles otheo terram & coelos; solus scribo in Reges tam liberẽ, vt hoc putem esse Regem; solus pugno pro religione tam constanter, vt hoc opinor esse Martyrem; solus non offendendo, solus non offendor. verum in hac felicitate, id est, infortunij, quod partuum, quos solus edo sine sola, forma saepe tam sunt illiberales, vt vix ferant oculum curiosi aulici, nedum prudentis inspectoris. id quod cum saepe mihi accidit, tum maximẽ in hoc partu, quẽ

u 3

effu-

effusum ante duos dies continui apud me pra pudore,
nūc mitto ad te, palpatione & oculo molliusculè tra-
ctandum, nam tam tener est, vt nō ferat lacertos, vo-
lebam eum sistere Serenissimo nostro Principi inspi-
endum, sed puellus est ad imitationem patris tam ru-
sticè verecundus, vt nolit se sisti, nisi ductus manu, aut
probatu voce VENDII. Quare rogo, vt si commodè
possis, cras cures huic meo, seu potius tuo audentiam,
ea tamen lege, si probetur. scripsi etiam totius itineris
narrationem totam, sed ita excreuit, vt non possim
describere tantulo tempore. mittam post paucos dies,
cum summa, quam collegi libri, de rebus Flandricis.
miraberis dolum Oranij, miseriam Flandrorum do-
lebis. Vale.

E I D E M.

MONACHIUM.

VII.

Nihil est, quòd nihil scribo; imò quòd nihil scribo,
aliquid est. nam etsi eum animi motum mihi
vel inusserit natura, vel conformârit disciplina, vt li-
bentissimè scribam ad Vendios, limatulos illos & ter-
sos orationis siue probanda iudices, siue vincienda ar-
tífices: tamen cum te cognoscam ita vndiq; districtum
à negociis, vt velis potius, quàm possis aliquid sepon-
re temporis externis legendis, hunc mihi motum ha-
tenuis cohibui intra cancellos: & cogitavi semper
potius

potius quid debeam occupatissimo, quàm quid soleam
auceps voluptatis. nam etsi nihil sit ad laudem pul-
chrius, aut ad voluptatem liquidius, quàm ex verbis,
tanquam tessellis, lectis cum iudicio, positis arte, inge-
nij colligere famam: tamen quem admodum tesserae
ad emblematis expressionem composita scienter pluri-
mum amittunt venustatis, nisi emineant commodo
in loco: sic literis, in quibus alioqui existunt ingenij
artisq; per insignes nota, plurimum perit decorus, nisi
oportuno scribatur tempore, ac in negotiis nunquam
fuit opportunus, ne Casari quidem Cicero. hoc meum
iudicium est, quod nunquam depono, nisi obiurges, de
ingrata mente. quanquam gratus sum, dum taceo;
ingratus, dum scribo. nam quae scribo, tenuia sunt. ac
singularibus illis tuis in me beneficiis tenuia haec si re-
ponam & minutula; vereor sanè, vt ingrati subeam
nomè. taceo ergo magna conceptionibus magnis, & ex
pectoris mei quodã quasi sacro adyto sepono, quod ve-
nerer, nunc illud, quod me vocaris in Bavariam; nunc
hoc, quod miseris Ingolstadium; modò istud, quod a-
maris; modò id, quod foueris. ineptus sum, qui minutus
sum. sed volui excusare semel, vt intelligas semper me
tacitè colere, non sordidè tacere. nostin' de Seraphinis?
querunt, inueniunt; inueniunt, amant; amant, ado-
rant, adorant, tacent; & eò magis tacent, quò sum mis-
sius adorant. nam est in amore modus supra modum,
quem si coneris exprimere verbis, perinde feceris, ac si
imaginè omni colore affabrè expressam obducas velo,

ut videatur magis. ad Seraphinorum normam am-
 id est, quantum amo, taceo. sed vide amorem pru-
 dentem. quam enim tacet reuerenter in nullo nego-
 tio, ne sit molestus; tam in negotio aliquo loquitur li-
 bere, ut sit gratus. est negotium. quod? vitæ Pontifi-
 cum scriptæ erant à Platina, sed non sine apertis no-
 tis vel negligentia, vel malitia. ordo sæpè violatus. qui
 est primus, secundo; qui est nullus, primo ponitur in
 loco. magna transiliuntur tanquam minutula, mi-
 nutula narrantur vberi fusque filo. bonis Pontifici-
 bus mala notæ inustæ; malis laudes, tanquam false
 plumæ, appictæ. qui fuit Martyr Christo, Platina est
 Magus. negligentem hominem. vno verbo, nullus
 ordo, multus error. hanc sentinam volui exhaurire.
 ad id dam colligo multa, & polio multum. iustum est
 volumen de vitis Pontificum vsque ad Gregorium de-
 cimum tertium. vides vnum laborem, ecce tibi alte-
 rum. Granatensis vir diuinus, diuina loquebatur, sed
 vernaculè tantùm Hispani & Itali. hunc feci, ut
 Latine loquatur omnibus, magno labore, feci tamen.
 hos meos labores duo magnæ notæ viri vrgent, ut
 communicem mundo. sed vix credas, quam inuitus
 exeam in vulgus, ita bona potiùs mordet mali, quam
 probant boni. nihil efficio, volunt me exire, etiam in-
 uitum. statuo tamen, priusquam vela explico de vi-
 tis Pontificum & Granatensi, præmittere proximo
 nundinis Francofurtum libellos, quasi speculatores,
 exploratum, quid iudicij. in his libellis quasi emissa
 rã

riis erunt orationes quinque, quas habui Ingolstadt; & alia, quas aliis in locis vel egi, vel scripsi. quid narro? multa sunt. his multis vellem adiungere triumphum Leodiensem, & vehementer vellem; quod egerimè sero, pompam post natos homines magnificentissimam non ita pridem obscuratam esse oratione hominis nescio ex qua schola rhetorculi viros magnos numerat, non ornat; ordinem pulchrum dissipat, non designat; res amplas deprimit, non describit. omnia vno verbo putidè, hanc pompam dictione huius languidulâ & semimortuam noua informabo animula, nouo colore, neruis nouis. tu modò adiuua. adiuuas, si mihi, ipso vestigio, miseris extremas illas lineas, quas tibi designavi redeuns Leodio. illis addo colores, eminentias, umbras, multa doleo, multa allino, vt sit corpus, quod placeat, & quia sic factum, & quia sic pictum. absolui rem, tantùm expecto illud exemplar, vt videam, si quid vsui. heus, etiam volo consilium de hac re, per humanitatem tuam, per honorem meum. vltimum erit de tabellario hoc. est Monacensis, est Iuriconsultus, & Iuriconsultus non ex face, sed studiosorum, quos habet Ingolstadtium, doctissimus, idq; iudicio omnium. non vult latere amplius in schola, tanquam dolia; vult solem, & solem vult Monacensem. siue in agendis causis, siue in alia re illius opella possit esse vsui, offert se, praefert se, abiicit se. Rogo per humanitatem tuam, vt conantem adiuues, vide quid agas, si pro eo agas. non solum in eo ornabis Iuriscōsultum.

sed in Iuriconsulto Poëtam & Oratorem. fac periculum in vincula, aut soluta oratione, miraberentur homulum, ex omnibus vnum, tanto iudicio fuisse, ut putaret reconditiorem Iuris scientiam facile putet, nisi conditiorem hanc literaturam, tanquam saltem interspergat. non erit rabula ex foro, Cicero erit, si VENDIVS ei sit Macenas. pulchrum est, fuisse Macenatem Ciceroni. perdes hanc laudem? perdes, bone si non adiuves. Vale. Ingolstadij.

ROBERTVS TURNERVS
NICOLAO FITZHERBERTO ANGLO,
Nobilissimo adolescenti S.P.D.

D V A G V M.

VIII.

Eloquentia summa vis est (mi NICOLAE) ^{mi} penè diuina. nam natura, si langueat, nervos, obsolescat, splendorem quendam solet adferre. maxima profectò laus, nisi illa maior, quod quos natura homines vel morum suauitate limarit, vel ingenij asperitate sinxerit, eos eloquentia alios atq; alios tanquam diuina quadam virgula cudat atque efformet. quid natura extulit aculeatius Cicerone? videtur mihi natus ad Antonium aliquem aut Verrem conuictis figendum. exquisito tamen eloquentia artificio consecutus est, ut in Casaris, Deiotari, Archia laudat.

bus, subsidente natura impetu, humanitatis quaedam effigies in eo luceat. Antonius contra facillimis moribus perpolitus cum vitia & aduersarios perstringeret ad rostra, artis excitatus viribus, furere Cicero-
 ni videtur. quid ex vltima memoria repeto veteres? ex tuis (mi FITZHERBERTE) literis perspexi liquidò, naturam eloquentia cedere. tu si quidem natura es dalcis, vt dulcedine voluntates omnium illicias; tu natura humanus, vt humanitate omnium animos occupes: in literis tamen, quas ad me non ita pridem dedisti luculenter Anglicas, eloquentiam ita tibi subsidio comparasti, vt ex asperitate totus aptus appareas. Deus bone, qua hæc noua FITZHERBERTI facies? qui totus videbatur affluere venustatibus, pungit, premit, exagitat. at quid de te merui male, quem tam duriter tractes? quid admisi sceleris, quem interrogando, tanquam Socrates alter, vigeas? aut tanquam Chrisippus aliquis argumentando constringas? an illa tibi videtur labes conuitio tam acripianda, quod BRISTOL & FOVRDI operam mihi in meo libro mittendo vicariam supposuerim? noui tuum sensum, amicitiam scilicet nostram, cum sit sincera, nullòque simulationis tegumento inuoluta, non pati riualet. cum omnia tua, tanquam mea mihi pateant: non vis aliorum interponi operam, qui mea tibi, tanquam aliena, extorqueant. si id est, mi NICOLAE, cauebo profectò debinc, ne in tuis literis potius audiam argutum Socratem furentem Anglicè, quam

quam

quàm disertum FITZHERBERTVM suauitatem
 latinè. siquidem cùm in omnes ego partes aciem dil-
 genter intendã, ne quid videar amicitiam leuissimã
 causis collectam violasse: tum acerrimã cautionem in
 eam partem adhibeo, ne quam particulam infirmã
 illius amicitia, quam tu mihi beneficiis, ego tibi be-
 seruantia, vterque vtrique beneuolentia, vna con-
 iunctione, studiorumq; communionem arctissime sa-
 ximus. quare si quid opera FOVRDI aut BRISTOL-
 de libro meo interposita suspicionis iniecerit, quã
 tibi non crederem omnia vt humano, vt iusto, vt o-
 mico: vide sis, ne dum nostram amicitiam vana suspi-
 cione violes, & humani, & iusti, & amici vera no-
 mina amittas. sed apage sis hunc librum, cuius ego
 duram eò fero molliùs & equiùs, quò & tibi, qui se-
 uaueris, suspicandi de meo animo; & mihi, qui per-
 derim, querendi de tua suspitione maiorem occasi-
 nem obiecerit. vis, apertus sim? ego tibi de libro com-
 do omnia, lege ea, vt tu mihi errore hac in re retribu-
 ti humanitatis tuæ riuulũ (riuulus enim facitẽ hanc
 maculam eluet) aperias: atq; Anglicarum literarum
 aculeos, qui fixerunt acriter, mihi lenias quam pri-
 mùm epistolæ latinæ suauitate. literas, quas Nicolsi-
 no ad me dederas, Lutetia recepi, ex quibus haustu-
 luptatem, quantam dicendo consequi non possum, vel
 quòd amoris sale resperse erãt; vel quòd te loqueban-
 tur fingendæ orationis artificem. quanquam erant
 quoque antiquæ tuæ negligentia noua quedam re-
 figia

figia haud leuiter pressa. nam periodi disfluebant. vbi nerui, quos notauit? sententia nō alia ex aliis nexa. vbi prudentia, quam toties docui, non posse doceri? in loco etiā communi haeres, triumphas. quorsum tam magna crepida huic pusioni? quorsum amplificationes ista tenuitati epistola? oratio reliqua tersa est. mihi crede. & petita ex medio Cicerone, planè digna Fitzherberto, id est, eo, qui cumulum eloquentiae facile consequetur, si nervos paululūm intenderit. ad quam gloriam, vt ego tibi faces praferam, de imitatione pauca, qua mens animus iamdiu parturit, proximis fortasse literis adumbrabo. in quibus facile perspicies, quibus periodi vinculis solent constringi, ne dissipata hiant; quae figurae & amplificationes, cui dicendi generi intexi debent, item qua ratione cuiusque authoris artificium eliciendum sit, quibus rebus tota penè imitationis doctrina continetur. Vale. Parisiis.

ROBERTVS TURNERVS

GVLIELMO ALANO, PATRONO, SANCTISSIMO, DOCTISSIMO S. P. D.

DVACVM.

IX.

Viuo, & tibi (doctissime ALANE) quoad viuam, viuam valeo, & tui (id tua in me beneficia innume-

nume-

numerabilia exigunt) quamdiu valeo, valebo semper.
 R. Episcopus Rossensis te adamat. nam quoties de
 ALANO percunctatur, ex antiqua memoria Hierony-
 num aut Augustinum aliquem videtur informasse
 cogitatione. quoties de ALANO loquitur, totum
 omnibus depingit hominem summa humanitate pe-
 litum, intima doctrina praditum, antiquis moribus
 excultum, pietate denique admirabilem, qui ratio-
 nes ita instituit, ut suis, non sibi viuat; ad Deum, non
 ad homines omnia referat. non fallo assentando, tu
 viuam equidem, si te crebris sermonibus non v'superpet
 & omnium virtutum exemplum, suis, alienis, omni-
 bus denique non proponat: quem tuas virtutes oratio-
 ne adumbrantem dum audio, cogitare soleo, & quomodo
 tu similis ALANO? ita es sine fuco apertus, sine do-
 le candidus. quid plura? nihil profecto habet Lucius
 illo praestantius. cogitas doctum? nihil est, mirari
 um. putas prudentem? nugae sunt, obstupefce simi-
 rum. breuiter comprehendo. tam sudat pro Ecclesia
 grauitate, ut duo Hieronymi; tam pugnat pro patria
 fortiter, ut duo Scauola in illius pectus commigra-
 se videantur. cuius moribus, suauitate, mensa quod
 fruor, & me felicem. de rebus nouis quid quaris? nihil
 hic antiqui, noua sunt omnia, ut malim co-
 te nihil, quam omnia. Vale.

Parisiis.



ROBER-

 ROBERTVS TURNERVS
 PETRO N. S. P. D.

D V A C V M.

X.

Quantum & præclarum artificē, Deus bono, vna
 nobis epistola Petrum depinxit? in argumentis
 acumen plusquam Chrysippeum, in sensu pectus penē
 Socraticum, in verbis planē lingua Ciceroniana. etsi
 natura abhorream à scommate, tuus tamen aculeus
 me delectat, tam pungis lepidē; in eludendis potiùs
 quàm elidendis nostris rationibus firmus videris, tam
 nectis cautē. facetus es? veneres tuas adamo, rem agis
 seriò? prudentiam admiror. omnia textis ac deuincis
 ad artē præscriptum tam concinnē, vt nisi totus mi-
 micus esses, id est, ad alterius formam & imitatio-
 nem fictus, imitatio mihi proculdubid obsolesceret.
 quid? PETRVS generosi Spiritus adolescens alienis
 insistit vestigiis? nihil clarius, cum id præ te seras, ni-
 hil esse tuis literis intertextū, quod aliorum, eorum-
 quē doctissimorum rationibus non fuerit ratum. quos
 mihi doctissimos viros narras? Hermolaum fortasse
 Barbarum, Politianum, Erasmus. hi imitationem
 maledicti ex triuio quidem arrepti concidunt, non
 imitationis (vt soleo interpretari) odio, sed eorum po-
 tiùs hominum, qui illud præclarum ingenij lumen,
 quo sunt ornati à natura sic excoluerunt imitatione,

vt

ut eloquentia consecuti fuerint cumulum, quem isti
 tergo multis iam partibus consecretantur. hi, quae so, do-
 ctissimi viri, quid habent acutè inuentum? quid face-
 tè intortum? quid enucleatè explicatum? quid niuidè
 cultum, quod non horrescat, totumq; squalleat, si cum
 Bembo, Sadoleto, Polo conferatur? mihi quidem E-
 rasmus videtur is esse, qui quantum gloria detraxerit
 aliis, tantum ad se accessisse putet, eloquentia (quam
 ostentabat potius quàm ostendebat) nulla imbutus,
 non credis? loquitur putidè, connectit ineptè. Politia-
 nus ita obsoletus, & obscuritate affectata implicitus,
 ut potius antiquissima memoria Ennio, Dioscoridi,
 aliisq; id genus loqui videatur, quàm nobis orationis
 religionisq; puritate tinctis. Barbarus non ita barba-
 re, sed quid ad Bembum, & Polum nostrum? pbi. sor-
 det. at imitatio meos (imitatores iam meos meo iure
 voco, quos in ius vocatos tam studiosè defendo) in hoc
 eloquentia gradu supremo collocavit. confer iam tuos
 clarissimos cum meis obscuris, tuos doctissimos cum
 meis indoctis, tuos elegantissimos cum meis putidis,
 tuos generosi Spiritus homines cum meis minuti ani-
 mi hominibus, quis euicerit? quis extorserit suam
 sententiam? flaccescet ne potius mea opinio, an tua
 ratio? egone implicatus errore videbor, tu rationi affi-
 xus? quid? egone de via regia declino, si hos limatos se-
 quor; quam illos tuos odio, malevolentia, & ipsa (si
 cum meis conferantur) barbarie infuscatos? quid e-
 rit ne angusti & humilis animi, persequi vestigia Ci-
 cili.

Ceronis, Caesaris, & Varronis? & tuis illis clarissimis
 viris operam meam dicare, id erit animi ad caelestem
 contemplationem acerrimo impetu excitati? Cicero
 artem omnem elumbem esse sine imitatione, Caesar
 suos aliorum imitatione ad praclarissima quaeque ex-
 citare; tui clarissimi viri, imitationem nihil habere
 virium. horumne an illorum sententia meum iudi-
 cium subiecero? illorum opinor, nisi ita disputes, quae
 est ingenio singulari, memoria firmissima, diligentia
 attentissima, illum non egere imitatione. itane verò
 mi PETRE? annò potius sic instituenda oratio? me-
 moriam omnem (in breuem formam illigabo, vt di-
 luceat magis) fluere sine ingenio, ingenium hebesce-
 re sine industria, industriam languere sine arte, ar-
 tem nihil aliud esse, quam imitationem quandam
 naturae: ideoque quò quis magis praestet ingenio, pol-
 leat memoria, emineat industria, arte niteat, eò illū
 multis gradibus fore excellentiorem, si imitatione il-
 las omnes dotes cumulet. quid? quòd natura homi-
 nem formauit mimicum? nam (vt minutissima quae-
 que confectet) sit vir acerrima acie, diuino acumine,
 abditissima quaeque naturae inspiciat, atque adeò per-
 spiciat, si nutricis voces imitando non exprimat, si
 patris sermonem imitando non adumbret, si aetatis
 praesentis ac praeteritae sapientiam imitando non ef-
 fingat, quātus erit? mutus erit. quam praclarus erit?
 ignarus erit. quid plura dissero? excolenda, excolenda
 nobis est imitatio, hanc ego sententiā ex animo meo

non patiar exuri. in hanc si tu mecum sententiã iudicaris pedibus, ô me felicem, qui PETRUM è tantis tenebris eduxerim, in tantam lucem vindicauerim. neque tamen hoc tempore quenque tibi prasinio, quem imiteris, imitare quemcunque, imitare quacunque, modò ad imitationem Erasmi, Politiani, Barbari, imitationis vires non coneris labefactare. si Ciceronem dixero dignum esse, qui à quouis exprimat, cuius si quis extremas lineas assequatur, hunc esse in orationibus numerandum; quid est, cur naturam tam luculentam iniuria violes, vt illam nouercam appelles, vis natura legem euerti, qua in vna cuiusuis generis re perpolianda suas omnes vires effundit, vt possit hominibus, intento quasi digito, indicare id quod potest in singulis optimum? si Ciceronem in literis latinis hunc optimum constituerit, nouerca tibi pessima videbitur? superiorem designa, ego profectò de meo tibi iure remitto. Vale.

ROBERTVS TURNERVS
ANTONIO VVELSERO S.P.D.

MONACHIVM.

XI.

ME languere de via, languere desiderio Monachij, languere amore tui, nihil est quod scribam, nisi velis fortasse scribi, quæ nec cupio, ne ineptus sim; nec

debeo, quia in via sum. breuiter tamen, uiuo, ut putes
 memori; morior, ut cupias me uiuere. illud mea vale-
 tudinis est fracta, hoc tui amoris integri, ut sanè cu-
 piam illo modo mori in TURNERO, ut possim hoc
 modo uiuere in WELSERO. causam si quaero, eli-
 cio vel sympathia communem, vel beneficij certam,
 vel doctrina iustam, vel pietatis grauem. sed sympha-
 tia non est, quia multorum careo agnatis naturis,
 tua vix careo; beneficium non est, quia multi me af-
 fecerunt multis beneficiis, in quos tantùm feror me-
 dius, in te effundor totus; doctrina non est, contemno
 Medinas, te nisi feram in oculis, ipse me non fero in
 pectore; pietas non est, quia stultum est, aut vti ser-
 mone, aut frui consuetudine omnium, qui florent
 pietate. quid ergo est? si rem velis, amor est; si causam,
 omnem quaero, nullam eruo. hem siste te parumper,
 venit in mentem causa, qua si non placet, nimis es ri-
 gide Philosophus. scribunt, qui profitentur illas inte-
 riores literas, id esse discriminis inter intelligentiam
 ac voluntatem, quòd intelligentia quas comprehen-
 dit res, ita secernat à concretionem, ut res faciat simi-
 les sibi; voluntas ita in res, quas consecratur, effun-
 ditur tota, ut se faciat similem rebus, vnde cum a-
 mor sit voluntatis, nihil mirum, si cupiam esse vel to-
 tus TURNERVS totius WELSERI, vel medius
 TURNERVS medij WELSERI, vel TURNERVS
 ac WELSERVS tam affabrè confusus in vnum, ut
 nec TURNERVS possim iuste, nec WELSERVS
 x 2 velim

velim verè, sed debeam aptè TURNERO VEL-
 SERVUS dici. vide monstrum, ama mentem, qua hoc
 parit. hæctenus quod fuit amoris, nunc quod est ne-
 cessitatis. hunc tabellarium, quem accepi famulum,
 remitto, rogo vt S. significes remissum esse, non quid
 quicquam fecit præter honestatem aut decorum, sed
 quod non utilis videbatur meis rebus, cum Principe
 me in curru, alterum eiectum constituerit in equo. de
 vestibus S. viderit. quod si quid in actione hac putet à
 me factum imprudenter, depinge me illi sincerum,
 candidum, immunem à culpa siue originali siue a-
 ctuali (vt loquar Theologicè) hac in parte. adde quos-
 dam esse egregiè obmurmuratores de duobus famulis.
 volui refecare hanc occasionem. quod si alius est asci-
 scendus, facillè asiscam vnus aut alterius dies homi-
 nem, politum, prudentem, valentem vsu rerum. hic
 autem, quem remitto, id tantum habet, velle omnia
 posse nihil. nam si ineptum quæris, ecce tibi hominem,
 adde etiam plumbeum, aut si quid sit plumbo obtu-
 sius. reliqua, sincerus est, æ quantum colligo, expertus
 fraudis. de aula illius Episcopi hæretici? nihil habet
 Ballionum & Gnaronum, est pulchrè sericata, cathe-
 nata egregiè, in reliquis deniq; ita sancta est, vt ma-
 lit obtegi suam sanctitatem, quàm videri hypocri-
 tam. rides ironiam meam? amote na-

sutulum. Stutgardij. M. D.

LXXXI.

EIDEM.

E I D E M.

MONACHIVM.

XII.

Quarin' vbi sim? Stutgardij. quid mediter? ser-
 monē cum Symmista. an redeam? redeo. quā m-
 titō? optarem hoc punctulo. vt ocellos meos dissuauia-
 rer aspectu tuo. nam peregrinari in hoc mundo (mun-
 di notione quid comprehendam. facile vides) non cu-
 peret sanē Plato. peregrinationis alioqui percupidus:
 nedum TVRNERVS. qui mundum alium non optet
 aut gratiorem ad voluptatem. aut pulchriorem ad
 varietatem. quā vultum tuum. hīc si habitet. homo
 est. suauiter vbiq; nobis fuit. suauius nullibi. quā a-
 pud VVirtenbergensem; excepit. amauit. promisit. hu-
 maniter. ardentē. prolixē. hem. mentior. Lotharin-
 gus nos oppressit officiis. o amor. quid narro amorem?
 o ardor. quid ardorem? o flamma. ac si liceat sine vio-
 latione diuini numinis. o flamma Seraphica. ineptus
 sum. qui ex infinitis vnum aut alterū sepono. sed cūm
 infinita non possim complecti. cupio in vno aut altero
 esse ineptus. praesertim apud te. qui si me ames. inepti-
 as quoq; meas amabis. vt ineptiae meae lauti exquisi-
 tiq; palati hominem minū offendant. eccas illas tibi
 conditas fabulae quodam quasi sale. si quid tamen sa-
 lis possit habere mea fabula. currum vnum ascēdimus
 nouem. ac ne mei sensus complicata notio faciat. vt

putes singulos obtritos à singulis, ex his nouē dua fuerunt simiæ, vnus canis, symphonicus puer vnus, vnus medicus, seruus à cubiculo vnus, tres Sacerdotes. delectat hæc varietas? delectaret certè magis, si ex septem hominibus videres singulos diuersi generis stultos, vnum furiosum, alterum pium, fœdum tertium, quartum melancholicum, quintum taciturnum, sextum nasutulum, septimum omni generis stultum. per Apollinem Delphicum quis cuius generis stultus videbitur tibi? de me ne te crucies, omni generis fui, si fœdum excipias: vt nec tam mimicè simiæ cum vexatoribus, nec tam scitè canis cum blandulis, quàm ego cum singulis aptè. Socratè puta cum puero, Orestem cum furioso, cum melancholico asinum, cum pio Ambrosium, cum nasutulo Momum, cum taciturno patritium candidatum. de reliquis odorare, quod tibi erit sine Apollinis voce per facile, cum in trium Sacerdotum, & vnus Medici nomine videas vestigia altissimi impressa. id vnum tamen audi. si vidisses furiosum vociferantem, ringentem melancholicum, placentem pium, taciturnum caperato supercilio indigentem silentium, nasutulum mordentem, me in omnem partem versatilem, risisses, risisses, id est, octauum te nobis aggregâsses sapientem, ex hac nostri currus inumbratione vellem elicias reliquas societates, reliquas mensas, reliquos lectos. ô Babylonem. satis VVELSERO, satis à TURNERO. me ama. & tati nisi loquendo me malis perdere. Stutgardij.

ROBER

 ROBERTVSTVRNERVS

REVERENDISSIMO IN CHRISTO

Patri, Thomæ Golduello, Episcopo

Assaphensi S. P. D.

ROMAM.

XIII.

Diuina beneficentia vis magna est in magnos, bona in bonos. nam nec magnorum ingenia vult latere in angulis, nec bonorum virtutes includi angustiis. non ostendo hoc in Syluestris, Antonii, Paulis (quorum virtutes latentes in caernis, tanquam triumphos cœli, Deus protulit in aspectum, & in huius mundi quendam quasi currum imposuit) sed noto in te. voluisti latere in solitudine Syluestri, sed non potuisti magnus; voluisti in sanctis monasterij septis esse bonus tibi, sed debuisti esse bonus multis. radix tuæ bonitatis posita est in Italia, rami sparsi sunt per Angliam. fructus decerptus est à toto penè mundo. Italia te fecit Episcopum, Anglia habuit, sed hoc non satis fuit tuæ virtuti. Deus voluit Angliam te repudiare Episcopum, vt totus mundus te coleret Episcopum. notior res est, quàm vt debeam digito notare sparsos per Italiam, Angliam, Galliam, Hispaniam, Presbyteros, quos tua manus inunxit, tua virtus excitauit. tua virtus complexa est mundū, seu potius mundus tuam virtutem. non hoc scribo, vt adulatione influam in

* 4

tuæ

tuas aures, sed ut in gloria tua prædicem Deum: qui
 sic est largus in bonos, ut in egregiè bonos semper velit
 esse egregiè largus. vide, quæso, Deum bonum, & vi-
 de in te. vult Germaniam optimam, optimam mundi
 partem, esse tuæ vitæ, tanquam comediæ, extremum
 actū. nam tibi venit Germania de N. viro bene locu-
 plete & nobili, ac supplex venit per virtutem tuam,
 per merita S. Sylvestri. non est, cur repetam altè rem,
 nosti virum, rem, mentem. de viro vix apertius? nihil
 est in Suevia eo Sueuius, id est, candidius, doctius, sua-
 uius. de mente vix clarius? vult. de re? potest, qui vult
 sincerè, & potest liberè in re religionis, omne tulit
 punctum, si bene intelligo D. Bernardum. hæc sunt in-
 terna, externa illa, nihil est in eo ambitionis, multū
 honoris. aula maximæ ambiuerunt eius virtutem,
 aulas contemnit, querit solitudinem, & solitudinem
 vestram. habet agnationem per diuitem felix, cliente-
 lam numerosam locuples, amicitiam florentem do-
 ctus. vno verbo in mundo est magnus, siue narrem bo-
 nores, siue pecunias, siue doctrinam, siue personam,
 quam apud Principem tuetur summam multos iam
 annos summa cum gloria. de morbis nihil est, cur ti-
 meas. optimè est habitus, atq; ita valet, ut nihil penè
 viderim aut in tantis laboribus firmitus, aut in tot vir-
 tutibus pulchrius. nō pergo. magnus est, doctus est, sa-
 nus est, vester vult esse, potest esse, cur non recipit an-
 helantem, inhiantē, in vestrum gremium? addo eum,
 me suadente aliud: ita pertinaciter velle esse vestrum,

vt planè putem hanc mentē esse non haustam ex carne, sed instillatam è cælo. quare si eum incitetis vnus modò literis, facietis planè, quod est dignum & vestra charitate, & illius virtute. nam non vult ingredi tantum iter nulla spe, ne qui in mundo est magnus, hac repulsa fiat nullus. Vale. Ingolstadij.

ROBERTVS TVRNERS
 REVERENDO PATRI, D. MICHAELI
 Lauretano, Societatis IESV, Rectori
 Collegij Germanici
 S. P. D.

XIV.

V Iuo Ingolstadij, feliciter, quia apud humanos; miserè, quia in hypocaustis. nam ita calent, vt mirer Dyonisium Carthusianum, hominem Germanum, purgatricem flammam non expressisse in illis. tam affabrè id potuit, vt præ hi illud Patritij purgatorium, quod inumbravit, mihi planè videatur calore temperatè suffusum, sed in hac hypocaustorum leuicula miseria, illa me persundunt voluptate, Academia docta, gens Catholica, nobilis humanus, Patres amici. Dux penè Deus, vt hæc omnia absint, vnū tamen esset, quod me bearet. quodnam hoc? Lindmairus, cuius virtus tam est constans, vt quicquid fuit in Collegio Angeli, id putem in illius pectus commigrasse,

x f ita

ita loquitur, ita incedit, ita orat, vt nec loqui parciat,
 nec incedere modestius, nec orare ardentius possit; si
 semper haberet in oculis eorum, quos in Collegio reue-
 rebatur pios, verebatur iudices. quid? omnia sua ita
 exigit ad normam, vt si hoc sit natura, nesciam plane,
 quid sit gratia. ac ne putes hanc orationem esse ina-
 niter fusam, illius virtus, mea felicitas est. nam apud
 me diuersatur, idq; ea libertate, vt incitet facto, mo-
 neat etiam nonnunquam verbo. reliquæ meæ res sunt
 nec infra infima, nec supra mediocria, id est, felix ho-
 mo sum, si spectes corpus. sed cum summa mihi non
 sit in corpore, desidero illius felicitatis partem longe
 maximam, qua fruebar in Collegio. querin' quam
 ita sto, vt non sit, qui confirmet; ita cado, vt non sit,
 qui erigat. aridus apud vos fui? hinc stipes sum. apud
 vos fui tepidus? hinc sum ipsum frigus. deniq; illa est o-
 rationis summa, me periculosius hinc stare, quam in
 Collegio cecidisse. non est cui ogganniam, praefectus
 est, cum quo pugnem, TURNERVS, hostis eo per-
 culosior, quod inclusus in pectore furit vehementius,
 cedit difficilius. ineptus sum, qui tuas cogitationes se-
 rias intercidam. quanquam si quid titubatum sit,
 faba cudatur in Scharbum, qui extorsit ab inuito, &
 occupatissimo, hæc vt scriberem. non recipit excusa-
 tionem, vult literas, etiam punctulo scriptas. obiurga
 hominem, quod sit molestus de re nulla. quanquam
 ama potius illum, qui tam sincerè te ama, vt sui a-
 moris has etiam literas velit esse testes. vt eum amu
 arda-

ardentiùs, addo esse dignum omni omnium amore, qui Romam praefert Germania, Collegium vxori, te patri. noui quid dico, cui dico, ideoque dico vno verbo omnia; ama. Vale. Ingolstadij.

ROBERTVS TURNERVS
PETRO N. S. P. D.

XV.

NEgligentia nõ fuit, contemptio fuit, quòd prioribus tuis literis nõ responderam. nam ita erant vel petulantia & stultae loquentiae inusta notæ, vel superbia & vanitatis insperse lituris, vt statuerim planè ineptum hoc genus potiùs contemnere tacendo, quàm scribendo refellere. nostin? non est mei otij, litteram alere lite, aut si mei otij esset, frontis non esset. adde superbiorem me esse, quàm vt velim pati riuales in palaestra hac magistros illos ineptè putidos, quorum nec maledicentia olet Diogenè, nec dictio Ciceronem, quod si quam cuperem ausupari laudem in hoc puluere, Bezas elicerè & Dan eos, his politulis literis tinctos, Bertramos contemnerem, homulos illos ex face Latinorũ, qui quicquid rixantur, tam rixantur putidè, vt in summo padore vix teneam vomitũ. quare posthac indulge meo stomacho planè delicatulo, aut expecta tuis sordibus solitam medicinam, silentium, non perdo tempus in refellendis conuitiis eorum praesertim

fertim hominum, qui ostendunt se potius velle, quàm
 posse scribere maledicè. nam maledicentia sine acu-
 minis sale sordet. quod certè nō dignatus fuisset mo-
 nuisse, nisi posteriores tuæ literæ aliquam habuissent
 speciem hominis. quare hisce postremis hoc habere-
 sponsi, gratas fuisse, quòd scripta erant non stultè,
 quod si sic pergas, conabor id totum, quod mihi asper-
 sisti labis, elucere dicèdo faciendo. incepti, qui ad tua-
 rum literarum nutum oravi, exoravi, ut sit tuis rebus
 apud N. non malè, ipse narrabit rem, tu vide meam
 mètem, potuisti videre antea, qui videras, quàm ma-
 gnos viros contempseram, ut te non magnum ama-
 rem, non videras? superbè es cæcus, non agnoscis? cæcè
 es superbus, sed es nec cæcus superbè, quia videras; nec
 superbus cæcè, quia agnoscis: ut te videntem, agnoscen-
 tem semper sim posthac amaturus sincerè, seriò, sed
 heus cum cautione tamen sum tibi homo de reliquis,
 ut tu non sis mihi posthac bellua de religione, siliqua
 Geneuenses faciunt iam nauseam, etiam porcis edu-
 catis in vestra hara: quid mihi es molestus alto apud
 matrem Ecclesiam, ac probè saginato deliciis doctri-
 nae & virtutis, deliciis, inquam, illis, quæ quò sapiùs
 libantur, eò reperuntur dulciùs. quare papizo (tuato
 voce iugulo) & papizabo, id què tam seriò, ut paratus
 sim hanc fidem consignare non solùm hominibus ver-
 bo, sed cœlitibus etiam sanguine. nōne vides istud
 contempsi patrem, contemno matrem, contempsi tua,
 contemno tuos, ut totus & tutus sim in hac arca Noè.

& iam, si Diis placet, tu post decimum septimum an-
 num tibi sumis partes mouendae huius constātia. stul-
 tē narras de Iuellis, Wittakeris, Noëllis, nam sex-
 centos tales Goliath ego paruus David facile strauero,
 idque sine funda & lapide. quid inculcas minutos i-
 stos? Caluini tui & Bezae instar puncti habent, si con-
 ferantur cum nostris mediocribus garrunt bella, gar-
 riunt bellē, ita tamen garrunt, ut pra nostris Mure-
 tis grunniant, vno verbo, nihil contemptius hac tur-
 ba, si conferatur cum nostro ciue, apagesis reliqua con-
 uitia. quoties refutauis? fui malus, sum malus, sed tu-
 id tamen malus, quia intra arcam Noë, neq, mea est
 virtutis, quod hic stems; sed Diui mei tutelares, S. MA-
 RIA, Ambrosius, Bonauentura, Catharina, Caecilia,
 reliquiq, in hac sancta communione viui, mortui, te-
 nent me intra lineam, vos quid habetis reliqui subsi-
 dij, nisi in fraude, mendacio, turpitudine, & horum
 architecto Satana? quaeso, ascendas hanc mecum ar-
 cam, aut huic arcae noli esse fluctus nouus, nihil profi-
 cis contra eam, stat in medijs fluctibus, etiam in vul-
 nere est sana. De negotio nostro nihil praesto sine chi-
 rographo, testibus, re integra. quoties eandem rem? à
 nobis cauetur vestris vno verbo, à vobis vix cauetur
 nostris vlllo chirographo. tot sunt latebrae in conscien-
 tia Caluiniana, iam est decimus mēsis, Andreas cum
 non liberat suam fidem de pecunia, & fidem astri-
 ctam aut veriùs sancitam syngrapha, vbi fides? vbi-
 que potiùs, quam apud Caluianos, rogo, interponas
 te.

te. ego fallo, quia fallor. nisi praestat, molestas sum
 sponsoribus. De Academia nostra quod ludis, nimis
 frigidum est, nisi forte putes, eam esse stupidiorum
 Cantabrigia, quae nescit praeferre Turneros Fulciv.
 ita ne verò? infra meam dignitatem? cur? honesta stu-
 dia, honestus locus, in quo etiam Dionysius exul tri-
 umphabat. sed fortasse tu putas illa fallere, depecula-
 ri, expilare, rapere, esse tantum dignitatis loci quo
 nostri. perge tu tua illa magna seruare tibi, & istud
 hoc paruum permittere mihi. conuenit mihi cum A-
 cademia, ut ego illam obseruem matrem, illa me amet
 filium. Vale. Ingolstadij.

ROBERTVS TURNERVS
 REVERENDO PATRI, IOANNI HO-
 LONIO Societatis IESV,
 S. P. D.

INGOLSTADIVM.

XVI.

Planè ita est, nihil esse Ingolstadio amœnius. nam
 si spectes mœnia, sonant bellum, ut triumphes; si
 plateas, spirant Musas, ut ames. etiam illud non vi-
 des, quod tam clarum est? quæ res nulla ratione vide-
 bantur posse consociari, illa Ingolstadij quadam na-
 tura quasi communiōe deuincta coherent commo-
 dij sine

dissimè, Mars cum Musis. quid? quòd Musa cum ru-
 sticis? ò miraculum. sed hæc siue miracula natura, si-
 ue artis gemmula nūquam efficient, vt Ingolstadium
 præferam Monachio. Monachij mœnia non miror,
 miror Romam; Musas non amo, amo coelum. Martens
 coisse societatem cum Musis, Musas cum rusticis, ma-
 gna sunt apud vos; sed hæc magna sordent ad nostras
 Monacensis. in Gulielmum Ducem commigravit D. Pe-
 trus, in Germaniam Roma, in aulam chorus Pontifi-
 cius, in viros Diui, in fœminas Diua. quid pergo? in
 terram cōmigravit coelum, vt si mireris me ad hos sy-
 renum scopulos asidere, stupebam equidem te, sedis-
 bus Ingolstadiensibus relictis, non adaolare huc, &
 hoc nobiscum cœlo frui, sed vt hæc nulla essent, VVEL-
 SERVUS tamen meus facile faceret, vt illas Ingolsta-
 dienses delicias contemneret præ Monachio. nam quic-
 quid est, cãdor est, suauitas est, doctrina est, amor est,
 ineptus sum, qui hoc penicillo duco VVelseri lineas. nã
 supra artem est, quicquid VVELSERVS est; vt de-
 beas largiri meæ tarditati, vel amoris potius, si diu-
 tius haream in huius deliciis. quare rogo per humani-
 tatem tuam, aut, si malis, per amicitiam nostram, vt
 si hæc delicia irretitum teneant, quò minus ad sim ad
 finitam lectionum diem, moneas è superiori loco tuos,
 meos, me districtiorem à negotiis abesse, atq; vno aut
 altero post die, quicquid est vitij, refecturum. si verba
 effeceris, vt qui apud VVelsenum sum in medio cœlo,
 apud vos etiam sim extra culpæ suspicionem, eodem
 verbo

verbo

verbo efficies etiam, vt paulò post non dico pro Monachio amem Ingolstadium, sed pro VVelfero colā Holonium, de publicis rebus? loquuntur nuptias Anglæ cum Gallo, iocularè hoc planè, ita omnes affirmant esse, quod ego iuro non esse, vidistin' insaniorem Oratio? summittit, qui rogent Catholicos Principes de milite in illorum prouinciis legendo, heus, si das, narro, promittin' Euangelia? Tornacum venit in potestatem Regis, Heretici timent, Catholici triumphant, Vale, Monachij.

ROBERTVS TURNERVS

VVENCESLAO PETREO SERENISSIMO
vtriusque Bauariæ Duci à
Consiliis S. P. D.

MONACHIUM.

XVII.

Nihil est in rebus, quod cupiā magis, quam commendari; nihil, quod minus soleam, quam commendare: illud, quia virtus mea, nisi aliena commendationis filo cohereat, facile apparet quantula sit; hoc, quia alienam virtutem sic admiror, vt semper timeam vel in sole nubem, vel in chrystallo nauum, tamen cum in aliquo video notas ingenij, in dolis, virtutis, quæ ita solis & chrystalli præferunt speciem, vt luceant sine nube, niteant sine nauo, soleo ex Cicerone

fit omnia, vt ne bona quidem velit bene, nisi tu iubeas. estne eandem? ibit. manendum? manebit. docendum? docebit ad tuam normam. quid multa? quisquis erit, tuus erit. promisit ille mihi, promitto ego tibi, non dico haec, vt amicum ponam in bona gratia apud te (alter enim mihi perinde amicus est) sed vt ostendam Principi meam mentem, qui illius clientela velim commendare aut summos, aut nullos. nam si ex reliqua Bauaria seponas, qui hanc functionem aut possit melius, aut velit obire fidelius, ex iis non sum, quos Princeps putat sinceros. vide, quam non fallo, qui hac conditione commendo. nam cum plane iam statuerim & viuere & mori in Bauaria, id tantum proximè & secundum Deum ago & agam, vt siue me offeram, siue alios commendem, Principi probetur meam sinceritatem. non pergo commendando, mitto tantum adolescentem, vt in eo & me ames, & honestes Principem. Vale. Ingolstadij.

ROBERTVS TURNERVS
VITO ZETZIO S. P. D.

ROMAM.

XVIII.

DEDI SHARBEO ad te literas, sed malè fortasse grauidas, quæ nihil à te responsi eliciant, ne id
qui-

quidem, te amare, me amari. quid hoc rei est? me contemni à VITO? non purassem. tamen si ita sit, etiam mone me contemni, & amantem, & elicientem literas, & promittentem operam, & offerentem studia. ô stultum TURNERVUM, qui sic amat; ô ingratum VITVM, qui sic amatur. sed nolo esse querulus. quãquam si sum querulus, vides amorem, qui siue queratur, siue taceat, ita ardet, vt malit queri, quã tace-re. soleat tamen aliquando tacere, ne videatur queri. sed silentio volo te posthac excitare ad scribendum, cum literis nõ possim inuitare: ac ne in literis fortasse fit tadium, erit breuitatũ quoddam quasi silentium. Vale, ama, rescribe. Ingolstadtij.

ROBERTVS TURNERVS

IOANNI BERVITIO S. P. D.

AVGVSTAM.

XIX.

Cæci sunt (mi BERVITI) & duces caecorum, qui ex Aristotelis aut Platonis umbraculis non ita pridem prodeuntes in mundi quendã quasi solem & pulverem, omni orationis vehementia, tanquam contento arcu, conantur hominibus imprimere, nihil esse tetrius curiositatis labe. narrant isti quidem probabilia, quia pulchrè; sed narrant malè, quia perniciofa. nam curiositas in multis labe nõ est, virtus est.

y z

vin

vin' videre? nisi sint in Repub. qui hominum tentem
 ingenia, gustent venas, indagent intimos sensus, late-
 bit semper perniciosè vel illud putidum, quod debet
 resecari à Magistratu; vel hoc deforme, quod solet ir-
 videri à Satyrico. quare cum Magistratus esse nō pos-
 sim, Satyricus esse possim, volui quemadmodum reli-
 quis omnibus in locis, sic Augustæ maximè in Comi-
 tiis esse curiosus. volui irrepere, volui irrumperè in in-
 timas aulas Principum, volui videre omnia, vt omnia
 librarem, & ad iustitiæ normam præclare exigere,
 qua mea vel curiositatis diligentia, vel diligentia cu-
 riositate acquisivi materiæ Satyræ acrem, volupta-
 tis mellitam, vtriusque vberem. nam vix cœperam
 obire Principum aulas, cum videam hereticum illum
 mundum administrari à stultis. in Catholicis aulis
 inueni Vitellios, Furios, Camillos, Senecas, qui fron-
 te, verbo, fide, literis tuerentur locum. in aliis? extra
 paucos viros, Principes illos & Deos, putato lustra,
 popinas, officinas, malarum artium, scedarum libidi-
 num, fraudum insanarum. etiam heretici missi no-
 stris aulis, Iesu bone, in pulchro corpore quàm scedi-
 nauit? etiam in illis secretioribus, quæ partim videba-
 mus stulta, partim gemebamus flagitiosa, nonne vi-
 des materiem pulchram? ego video, gaudeoq; toto
 pectore, me ex illis iam scopulis & vadis in quendam
 quasi portum confugisse orti, quod habet laboris fru-
 ctum; negotij, quod habet quietis suauitatem. vnde
 quasi ex specula intuens has stultitias, miseras, st-

des, institui Satyram in aulam ab antiqua forma degenerantē, atq; ita institui, vt si legeres principij paradoxa, planē mirareris in felle mel, aut potius in melle quoddam quasi fel. neq; hoc dico, vt ex argutulo hoc genere libem mihi ingenij laudem, sed vt videas aulas illas stultē ineptas, quæ Turneros etiam possint cudere argutos. ac ne mireris, orationem de Satyra tam altē repeto, non vt tibi obiiciam mei studij quādam speciem (lusus enim hic est, non studium) sed vt ipse tibi caueas ab hoc aculeo. nam de Protonotariatus honore curando virtuti & doctrinae nostri Vischeri si mihi aulicus sis, id est, quam mihi dedisti fidem, si non liber es, iuro tibi Satyra Deos Momos & Mimos, quod es minor homo, eō eris Satyra huius maior pars. non te, vt reliquos, mordebo aut vram, sed delumbabo, & exossabo, aut si quid grauius ex Plauto meo possim eruere ad te perdendum. audin' sis mihi BERVITIVS hac in re, per fidem tuam, per amorē meam: facq; expediendo quā citissime, te vt amem candidū, non pungam callidum. ille, quem cupio ornandum, vir est multi vsus, doctrina multa, expers naui, & exceptione superior, vt Cardinalis si quem vellet ornare, hunc deberet ambire, quē ornet. huius rei has literas volo esse testes, testes in terra, testes in caelo. confirmo sapius, vt si necesse sit, tu id iterum meo periculo testeris, iuros scripsi ad Minutium, sed paucis, vt ad virtutem honestandam conferat operam. promisit. tu virgo hominem, siue currat, siue subsistat. nam nihil est.

quod cupiam magis, quàm hūc ornari, mea, tua, illius
opera. Vale. &, quicquid est, rescribe.

ROBERTVS TURNERVS
MINVTIO A MINVTIIS S. P. D.

AVGVSTAM.

XX.

PRius amāram, quàm videram te, quanquam vt
me indicem, vix videram te, cum cœperim cogita-
re, vel te esse Minutium, vel ad tuam normam fictum
esse eum, quem amabam, sed ignorabam Minutium,
nam colores illi, quibus Minutium mihi pinxerat &
polierat Beruitius, ita cōgruebant cum tuis moribus,
vt planè statuerim vel Minutium esse Deū aulicum,
vel te esse aulicum Minutium. illa lenitas vocis, faci-
litas morū, ingenuitas vultus, consuetudo cum doctis,
gratia apud omnes planè loquebantur eum, quē Ber-
uitius prædicabat, sed tamē nec tam bene prædicabat
ille, nec tam rectè diuinaram ego, vt auderem inuola-
re in tuum sinum: ita sum vel natura subrusticus, vel
disciplina non aulicus. nosti ex Cicero, qui Cicero-
nem concoxisti, plus esse constantiæ in literis, quàm
fronte verecundorum, nam quæ pudet mutire coram,
illa literis non pudet exigere, & importunius effla-
gitare, quare si fortè aduerteris importunum flagita-
torē, concede humanitati tuæ, quod nolles fronti meæ.

nisi fortè tua humanitas velit ignoscere fronti homi-
nis tam verecundè petentis, vt si tentes cor, iures le-
porem. sed quid molestus sum excusando præsertim a-
pud occupatissimum? res est de Protonotariatus ho-
nore decernendo amico. cui? magno, docto, digno. re-
liquas eius dotes loquuntur literæ ad Beruitium, qui
si Augusta non sit, facio tibi copiam literarum ape-
riendarum, rogoq; obnixè, quam rem orant, tua ope-
ra vt exorent. non promitto magna, si in hac re te o-
stenderis virum, nisi id sit fortasse magnum, me fore
aliquando gratum. Vale, & me ama in hoc negotio.

ROBERTVS TURNERVS

IOANNI BERVITIO S. P. D.

COLONIAM.

XXI.

Quid? egon' obliuisci tui? amici? sinceri? planè
rusticum putas, qui hoc putas. sed ne hoc putes,
nisi effecero his literis, vulnero te meis proximis. tan-
tùmne? etiam perdo. nam nihil est in rebus humanis,
quod pugnem vehementiùs, quàm ne vlla hereat in
nomine meo aut rustica labecule, aut ingrata mentis
suspicio. id illis paucis diebus, quibus mecum versatus
es, nisi videras: neq; tam oculatus es, quàm optâram;
neque tam prudens, quàm putâram. quare vt pro-
bas te mihi oculatum, prudentem, fac sis posthac à te

7 4

literas.

*literas, non tam quæ eliciant meas, quàm quæ dam-
 nent illas tuas, quibus ad Danielelem accusasti me pro-
 diti officij, violatæ amicitie, nostin' ? non soleo aucu-
 pari amicitias, soleo contemnere: non quòd ex illi Ci-
 nicipi sim, qui contemnam Alexandros: sed quòd ex his
 Damonibus sim, qui quæram Pythias. hinc est, vt quæ
 in eo amicitias, eas confirmem, obseruē, colam, etiam
 (si me pateris sic loqui) adorem. nam Deus mihi est,
 quisquis amicus est: vt si pergis me accusare violatæ
 amicitie, pergas etiam accusare læsæ diuinitatis, sed
 non pergis, aut si pergis, non valeo iudicio; qui ex illis
 multis Leodij vnum secreuerã Beruitium, quem exi-
 stimãram dignum meo amore. Quare post hac vide sis
 ne putes me tam leuem, qui amorem cum iudicio su-
 sceptrum sine iudicio deponam. neq; satis est, hoc non
 putare, nisi illud praestes, vt meum amorem exigas ad
 rrutinam non literarum, quæ leues sunt; sed mentis,
 quæ sincera est. nam siue taceam, siue scribam, amo.
 ac ne existimes hoc leuiter dictum, omnia dico, cuncto
 dico id vnum, amo. satis istud est, si Beruitius mihi sis:
 aut si Beruitius mihi non sis, nimis istud est multum.
 sed Beruitium te esse Turnero, id est, sincerum sincero,
 facit illud vt credam, quòd in literis ad Danielelem
 exposulas de meo silētio, & elicias meas literas. nam
 si non amares, cur exposules de illo? si nō amares, cur
 elicias istas? hoc non scribo, vt te purgem amantem
 cum dubitatione, id est, imperfectè: sed vt tibi peni-
 tus insculpam, me hactenus in summo silentio amassa
 sum-*

summe. hoc si cogites, defines exoptulare; defines elicere, id est, defines hasitare de meo amore, etiam cum taceo. verum, quando ita vis, non taceo, quin potius e medijs semper negotijs aliquid eripio temporis, quod imperiam nostro amori non tam augendo (summus enim est, vt augeri non possit) quam alendo literis, scribe igitur quoties vis; aut rescribo, aut homo non sum. heus, penè exciderat. scribe aliquid de rebus Flādricis certum, rarum, delicatum. non volo illa trita, quæ subeunt omnium stilum, cupio aliquid, in quo niteat & dictionis, & iudicij laus. intelligin? quale mihi ostenderas Leodij. reliqua proximè. nam vix erat nunc, hac vt potuissem, imò non erat, nisi Daniel contrà, quam solet, extorsisset hac à me, importuno tempore, prementibus negotijs, de particularum libro quod scripseras, nihil præstes: de epistola tamen illa parua, qua defenditur Admirallij caedes, si quid præstas, beas. Vale. Monachij.

ROBERTVS TURNERVS
MARTINO DVMMIO SERENISSIMO
vtriusque Bauariæ Duci à Consiliis &
Concionibus S. P. D.

STRABINGAM.

XXII.

Breuis ero, sic soleo cum prudentibus; liber ero, sic debeo cum amicis, quanquam videretur hac &

J J

breui-

breuitas nimis longa, & libertas nimis importuna:
 nisi te cognoscerem ita prudentem serioque amicum,
 vt ames etiam importunitatem in tuo, tuus sum, ac
 (ne in verbis putes fraudem) tuus sum sine fraudis in-
 uolucris tam aperte sincerus, vt nisi ames mea necessi-
 tatis importunitatem, non ames certè tua virtutis
 famam, vult Deus quosdam esse pressos, quosdam vult
 esse subleuatores. sunt illi diuina misericordiae parti-
 culae, hi diuinae potentiae stellulae. stellulae sunt paucae,
 quia potentia Dei est firma; particulae multae, quia
 misericordia Dei est lata. existis multis misellus ego
 sum, ex illis paucis felix tu es: vt nisi pressum etiam
 importunè interpellantem audias, subleues; videaris
 velle tuam virtutem latere, aut verius (quod non de-
 bes) Dei potentiam in tua virtute non lucere. nam
 Deus res meas videtur ea lege vinxisse, vt, quoties
 premit, quoties sternit, velit me aut stratum erigi,
 aut pressum subleuari à te solo. inspice singula. Roma
 impegerat mea nauis in scopulos, admouisti tridentem;
 ecce meam nauem tua tridente saluam, colo te meum
 Neptunum: Venetiis senserant mea vela procellas, o-
 pem tulisti; ecce mea vela ope tua facta recta, agnosco
 te meum Mercurium. Monachij iam nauigo in portu,
 sed in portu nauis a male fidus timeo pericula, quae à te
 solo possunt auerri. ac ne quid suspicaris grauius (om-
 nia namque haec tenus fluunt ad voluntatem) solos ti-
 meo Syrenum cantus, qui quod mellitiores influunt in
 aures, eò fallunt facilius, euerunt periculosius. vni
 clarius

clarius? dum istis diebus paro me ad stadium, accipio
 commodatò Virgilium, Ovidium, Ciceronem, Tertul-
 lianum, verùm hi etsi tam suauiter cantillent, vt vix
 videar posse occludere aures, iis tamen hæreticorum
 scholiis, tanquam labeculis, perspersi sunt, vt cogar ab-
 stinere ferendum hoc esset, nisi plerique siue conditio-
 nis, siue reconditioris literaturæ libri, qui in his re-
 gionibus impressi sunt, eadem pericula haberent. Sy-
 renes sunt, illiciunt suauitate cantus; labes sunt, de-
 terrent censura pœna. eccas angustias. rogo igitur, vt
 à Nuncio Apostolico mihi exores facultatem legen-
 di libros quacunque ratione prohibitos. quod facile
 spero te consecuturum, si moneas me magnam ætatis
 partem fuisse apud Calvinistas. & tenellum adhuc
 euomuisse illud venenum. adde me lauream princi-
 pem esse iam consecutum in Theologia, vt si vsu non
 cognoscerem, quid esset in hæreticorum doctrina frau-
 dis. studio iam didicerim, quid sit in hæreticorum
 fraude doctrinæ etiam ille cumulus est, me fore Pro-
 fessorem Ingolstadiensem, & in illa arte, cuius om-
 nes hîc libri aliquid habent picis. hæ rationes satis ha-
 bent neruorum ad hanc facultatem exorandam, ad
 eam tamen exorandam facilius faciet illud, quod in
 hæreticos meditor fulmina. nam Ecclesia sum totus,
 idq; tam serid, vt me non putem sincerè Catholicum,
 nisi quid moliar ad euertendam aut certè cõmouen-
 dam Caluini turrim Babylonicam. Quare iterùm rogo,
 ac (quod in re leui non solco) per humanitatem, cha-
 rita-

ritatemq; tuam obtestor, vt, hac mihi à Nuncio impe-
trata facultate, viam aperias ad benefaciendum. hoc
sanè tanti mihi erit, vt beneficiorum, quibus me ha-
ctenus ornasti plurimis & maximis, hanc putatu-
rus sim formam, eamq; in tui in me amoris charita-
tisq; coloribus expressam, vt eius semper sim & admi-
raturus artem, & amaturus fructum. Vale. Mo-
nachij.

ROBERTVS TURNERVS
ANTONIO VVELSERO SERENISSI-
mo vtriusque Bauariæ Duci à
Consiliis, &c. S. P. D.

XXIII.

O Deos, ô homines, peccaui in cælum, peccaui in
terram, qui peccaui in VVELSERVM, sacre
literæ magnum cumulum dicunt adiectum peccato-
rum, qui se vaga & libera inficiunt Venere, quod
peccant in suum corpus. de corpore quantulum istud,
si conferatur cum meo monstro? peccaui in VVELSE-
RVM, cordis medullam, animi animam. piabo scelus.
lachrymæ? sunt nimis sicca. dolore? est nimis occultus.
cilicio? est nimis molle. pœna? nulla satis aut eluendo,
aut exurendo sceleri. solum id est reliquû in tua hu-
manitatis riuulis, quos mihi toties cum patefeceris
in tuo tantum & crepundis noto, iam ipsis medullis
notis-

notissimo non possis intersepire: nisi forte quod notus
 sum magis, eò minus videor dignus tua aut amicitia
 peccator, aut venia petitor. quod si hoc est, infelicem
 me, quia amo, quantum? non possum explicare. id sa-
 tis est, me tantum amare te, vt si offendero, huius de-
 licti pœnas sim tibi daturus perpetuo dolore. quod si
 ea sis mente, vt nobis offendi, quicquid peccat T V R-
 N E R V S, non excuso, sed narro de pecunia ad statim
 diem numeranda peccatum fuisse non culpa, sed erro-
 re. nam si nexa erāt rationes, vt si soluissem ad diem,
 tam grauitè peccāssẽ in œconomia legem, quàm
 qui solent ad Martini condere, aut serere ad Michæ-
 lis, mala frugis patres familias. nō explico rem, quam
 cognoscis aliundè, tantum narro culpam erroris, non
 animi, vt ignoscas. hoc etsi sciam te facile facturum
 quadam tui in me animi propensione, tamen facies
 facilius, si intelligas hunc meum errorẽ patuisse late
 de pecunia non parua, si spectetur mea tenuitas. satis
 siue accuso, siue excuso, praesertim apud V V E L S E-
 R V M, cuius animus nulla malevolentia suffusus alie-
 nam potius tegit, quàm agnoscit culpam. quare quod
 scribo tam multis, tam dolenter, id facio, non quia
 ignoro, quàm soleas ignoscere: sed vt ostendam, quid
 nollem peccāsse. quid illud est? audio illos homun-
 ciones cessisse Bauaria. myrrham & thus Diis Dea-
 busq; omnibus, qui tam coniunctis animis fauent Ba-
 uaria. nam cessisse hos tam certum est signum cœli
 quasi conspirantis in Bauaria rem, vt timeam Tur-
 neris,

neris nimis Satyricus sum, nisi Satyræ amaritudinem
 condidisssem TURNERI nomine. quanquam quis po-
 test esse Satyricus apud VVELSERVM, qui audiens
 non audit? de testimonio legendi libros hereticos,
 quàm vellem esse curatum? Nuncius apud vos est, erit
 humanitatis tuæ vrgere, vt quam mihi fecit copiam,
 sanciat chirographo. legistin' illas P. Campiani ratio-
 nes? quàm pressæ? quàm solida? quàm latina? nihil
 vidi hoc in genere elegantius. puto planè hunc libel-
 lum, tanquam illum Vincentij commentariolum, so-
 re posteritati gemmam. VVitackerus nugatur con-
 tra eum, sed audio etiam esse, qui responderit huic nu-
 gatori. Quis hic homo est? Anglus? Gallus? vincit re-
 gula? solutus regula? exemplar est apud Reuerendum
 Societatis Iesu Rectorem, vide, & dic, sedes, quid, quo-
 modo responderit. Zindecberus tabellarius iste ma-
 nebit apud vos, inspice semel, & si potes, tanquam
 Phidiae signum, proba semper. Poëta est, Musicus est,
 Philosophus est, literis reliquis probè tinctus est: vno
 verbo, meus est, hoc satis ad commendationem apud
 te. Vale. Ingolstadij.

ROBERTVS TURNERVS
 IOANNI VOGELIO S. P. D.

ERSTADIUM.

XXIV.

Vis dicam? Eystadij viuere, suauitas est. hem, tan-
 tillum? etiam felicitas est. meministi, sed quid
 meministi historiarum, quanto studio legerant syl-
 uas Heremite, montes Monachi, Poëta fontes: sed
 hoc si meministi, id etiam meministi, quàm illi fue-
 rint infelices, quòd in Eystadium non incurrerint.
 nam vna Eystadium poterat suppeditare & Here-
 mitis syluas tam scitè frondescentes, & Monachis
 montes tam pulchrè vastos, & Poëtis fontes tam sua-
 uiter scaturientes, vt si Eystadianos agros vidissent,
 facile contempsissent Elysios. quanquam non tam il-
 lorum infelicitas est, quàm nostra miseria. nam si
 quid sylua Heremitam, mons Monachum, fons Poë-
 tam poliat aut deliniat, alios stupuisses Paulos, Ber-
 nardos, Virgilios, illi si Eystadianum vel agrum co-
 luissent, vel hausissent aëra. quid si gustassent vina?
 quid si vidissent illam Ecclesiæ formam? quid si secu-
 ti fuissent illam Episcopi nostri prescriptionem? pla-
 nè fuissent miracula naturæ. vnde certè gratulor ti-
 bi (mi VOGELI) hanc rerum agrique felicitatem,
 sed ita gratulor, vt ex verbis facile videas me posse
 eam cuiuis inuidere, præterquàm tibi. quippe cum
 mihi sis alter idem, quemadmodum mea miseria tuæ
 suauitati aspergit aliquid amaritudinis, sic tua feli-
 citas Eystadiana mea miseria plurimum adferet dul-
 cedinis, quid multa? amo VOGELIVM sincerius,
 quàm vt illi possim inuidere summa: nisi optare, vt
 hæc mihi summa tecum sint communia, id fortasse sit
 inui-

*inuidere. sed inuidia non est, amor est, qui quod vult
coniungi arctius, eò agrius fert se separari minimo in-
teruallo. satis querela. Si nos non possit capere duos
vna domus, capiet sanè vnum cælum. Hoc contendet
concionando; ego pugnabo scribendo. nam quicquid
fremet infernus, volo esse cœlicola, & cum VOGELIO
cœlicola. Vale. ama, ora. Ingolstadij.*

ROBERTVS TURNERVS
GREGORIO STOBÆO THEOLOGO, AC
Reuerendissimo Archiepiscopo Salisbur-
genfi à Consiliis, &c. S. P. D.

SALISBURGAM.

XXV.

DEderas Beruitio ad me literas, amabam tuas,
oderam querelas, quereris me tacere, contra fi-
dem, præter officium. quid hoc mulieris est in tanto
viro? si elicuisses literas amanter, amâssem amorem; si
excitâssem ad scribendum exemplo, exemplum fuisset
persecutus, sed innocentiam meam ream facere vio-
lata amicitia, proditi officij, habet certè nec amicitia,
nec officij speciem. viden' quid accusem, quantum ac-
cusem? non fero notam, quam aspergis, nam ego, si quis
hominum, colo amicitiam vel magnorum paruam,
vel paruorum magnam. tu id videres, tetigeras Ro-
mæ, quem tuli & præsentem in oculis, & absentem in
medul-

medullis. & adhuc accusas? non accusas, noui candorem; aut si accusas, id est, ut me ames, si non ardentius, certè liquidius in meis literis. scribo ergo me de hoc amore amaturum te, quamdiu suppeditat vita. praterea promitto, nunquam posthac me omissurum occasionem testandi huius amoris, etiam literis, quicquid erit negotiorum. notionem hanc nunc tantum moneo, posthac explicabo fusiùs. nam tam ero multus in scribendo, quam fui in amando constans: ut si hactenus obiurges silentiũ, posthac reprehendas garrulitatem. nihil híc rei nouæ, nisi me esse antiquum. etiam superioribus diebus adidi nugas, mitto, non ut probes, sed ut videas, & si uoles, ames. nam partus amicorum amici amant, etiam hirsutos & squallidos. de re nulla non venor tuam auram; sed de hoc signo amoris venor tuam gratiam. Vale. meque ama. In-
golstadij.

ROBERTVS TURNERVS
HENRICO DETHICO S.P.D.

LEODIVM.

XXVI.

VENIT ad me ANTONIVS tuus, Deus bone, quanta suauitate, quanta prudentia iuuenis? elucet in ipsius vultu indoles, in sermone ingenium. quanti doloris est aut tanta indolis speciem obsolescere,

scere, aut tanti ingenij aciem hebescere, vel certè volutari in putidulis illis vsus forensis lacunis ac sordibus? heus. vis operam Leodiensi Ecclesie vtilem, Deo oppidò quàm gratissimam nauare? facias vt Cornelius traducat suum nepotem à foro ad pulpitum, à questu ad aram? quid? qui sincerè pius est, & solidè prudens (hinc coloribus poliuisti eum mihi) non patitur iudicium in se desiderari, vt velit tam generosos sui nepotis spiritus per angustis illis Baldi ac Bartoli terminis, tanquam carceribus, includi. ô si illud ingenium possit expatiari per amplos illos Theologie reconditoris campos, aut si tanta indoles (quantam videor in ipsius vultu admirari) flores veller hinc ex Thoma, illinc ex Augustino vnum aut alterum annum tenuiter libare, quantus esset? Ambrosius esset. natura namque eum videtur finxisse ad pulpitum, ita loquitur distinctè, enucleatè, grauitè, quod si nolit eius auunculus induci in eam mentem, egre quidem cedo, cedo tamen. Ecclesia eget Baldis, si non possit habere Ambrosios. non enim hæc scribo, vt præscribam prudentissimis legem, sed vt probem humanissimis meam voluntatem. si quidem amo sincerè & nepotem in auunculo, & auunculum in nepote, & in tua caussa vtrumque, cum vtrumque sic efferas, sic prædices, vt videaris velle in hoc honestando, honorando illo tuam tuorumque totam operam, voluntatem, facultatem consumi. de opera ac facultate promitto omnia, de voluntate ne erres, tanta est & in
omnes

omnes partes tam late' fusa, vt horum sanè caussa ve-
 lim, etiam quæ non possum. Atque hæc quàm since-
 re vellem, inde vides, quod præstiti nepoti eius, quæ
 imperâsti, singula, quod si quid velis adiungi tan-
 quam cumulum, id scribe, eccum me illi vel officio-
 sissimum hominem, vel promptissimum amicum. cu-
 pio namque vehementer probare illi meam fidem &
 animum, id quæ in re, si obieceris, difficillima. heu, mi
 DETHICE, perimus. Illa spes Angliæ, gloria Oxo-
 niæ, ornamentum Romanæ scholæ, angelus Angelus oc-
 cidit, non intelligis? politula illa vera pulchritudinis
 forma, expressa summæ virtutis effigies, ille totius do-
 ctinæ futurus aristhes, puer senex interit, etiam-
 num dubitas? ille, qui tam acriter intelligebat, vt Se-
 raphicæ mentes eius animo viderentur impressisse di-
 uinum lumen, ille paruus homo, magnus Theolo-
 gus obiit, in re tam clara quaris apertiora? heu mihi,
 Christophorus noster Ouoenus febre extinctus prius
 fit angelus, quàm cognoscitur esse homo: quanquam
 sic homo semper fuit, vt in forma humana videre-
 tur delituisse angelus. vnde aptius videtur dicendum
 inuidisse vel cælum terræ certum angelum, vel natu-
 ram hominibus senem puerum, vel Seraphicas men-
 tes nostræ cecitati diuinum lumen, quicquid est,
 lugent omnia, Roma extinctum suum lumen,
 schola deformatam suam gloriam, Anglia exclusam
 suam spem, Societatis Patres translatum suum an-
 gelum, amici ereptam suam suauitatem, ô inuidians

naturam, ô cœlum penè dixeram auarum, sed mere-
 pressi, ne dum lugeam hominem, violem Deum. in d
 percommodè fortasse cecidit. nam terra, quæ eò iam
 prorupit audaciæ, vt se crederet diuinam quandam
 comprehendisse prudentiam, nonne bellum cœlo Gy-
 gantæum denuò indiceret facile, si vnum se crederet
 habere aut alterum angelum? laudetur ergo Deus in
 vita Sanctorum, reprimatur homo in morte Ange-
 lorum. De Hispano feliciter omnia, pedem posuisse in
 Lusitania, multos fregisse metu, plurimos illexisse
 largitione, occupasse Elues, ciuitatē, quæ Lusitaniam
 disternit ab Hispania, longè munitissimam, irru-
 pisse in agrum intimum. Principes quasdam ciuitates
 tenere, latè grassari per omnia, sine sanguine tamen,
 aut hoste, qui frōtem hæctenus audeat opponere fron-
 ti. Agit Lusitanus verbo in circulis, Hispanus ense in
 campis: vt qui Romæ agganniebant Philippo Lusita-
 ni omnes, iam timeant ac mussitent in angulis mise-
 ri, se missum iri sub iugum Hispani. misellus populus,
 qui cum nihil possit contra tam potentem Regem, o-
 stendit tamen se velle, si possit, vt miseriam suam im-
 prudentia faciat miseriorem. Philippus cum primū
 rem cœpit aggredi ferro, Lusitani illum ex libero lecto
 filium creârunt Regem. tantæ in Lusitanæ gente
 stultitiæ? Philippo Antonium, legitimo nothum,
 potentissimo inopem rei, prudentissimo impotem con-
 silij in tanta perturbatione opponere? puto certè genti
 alioqui prudentissimæ Afrum superiori expeditione

non solum attriuisse rem, sed cacasse etiam mentem,
 ut nesciat, quam rem agat. alia sunt. quid expectas?
 stulta sunt. Vale. Romæ.

ROBERTVS TURNERVS

IOANNI VIETORI MONACENSI,
 suo S. P. D.

INGOLSTADIVM.

XXVII.

Quantum te facio (mi IOANNES) nosti, si me no-
 sti. nam à quo primùm tempore te vidi, cœpi e-
 tiam videre & amare in te quasdam notas & scintil-
 las virtutis, candoris, indolis. quod si hæ nota & vir-
 tutum tuarum scintilla vehementem amoris motum
 mihi inusserint, quid putas futurum, si ex his vel no-
 tis expresseris imagines, vel scintillis excitaris flam-
 mas? nosti meum ingenium vehemens & peracre in
 omnem partem, siue amâro, siue odero. nam si odero,
 illa, quibus Verrem meus Cicero, aut suum Ibin Ovi-
 dius figunt, conuitia communia parum sunt meo odio
 explendo. econtrâ lepores, Veneres, ocelli, suauitates,
 medullæ, viscera, aliæq; verborû delicia, quibus amici
 deliniunt amicos, non satis explicant, quantum amo,
 si amo. nam stupidè amant, qui possunt explicare,
 quantum amant. quid multa? quos odi, non laceros
 sed perdo, idq; tam rectè, ut prius sentiant se perditos

z 3

quàm

quàm petitos: quos amo, non palpo, sed delinio, id quæ
tam blandulè, vt priùs videant se in sedisse in medul-
lis, quàm hæsisse in vlnis. Quare hoc mei erga te amo-
ris fundamentum constitutum in quibusdam indo-
lis tuæ igniculis tenuiter adhuc emicantibus excita,
orna, per poli. excitabis amore, amor addit pondus a-
mori; ornabis literis, litera sunt colores amoris; per-
polies vi tute, virtus perficit & absoluit amorem,
quod si hoc feceris, ero tibi, qui semper fui, imò qui
semper fui, non ero. fui dominus, ero pater. quod si non
feceris, vnus eris paulò pòst ex illis, quos nec virtus, nec
doctrina posuerunt in numero, id est, contemneris à
contemptissimis. quid? non vident? qui fœditatibus,
tanquam corui cadaueribus, semper in hæserunt ado-
lescentes, iam ex face sunt hominum, & ex ipsa qua-
si sentina vulgi: vt cum nulli videantur magni, sa-
tis magni videantur paruis, si sint vel in claustro per-
diti Monachi, vel in mundo diuites mendici. quid?
non vident hoc? ego vidi & video cum dolore, illos, qui
fuerunt labe in Academiis, esse iam in Ecclesiis pes-
stes. ex horum numero secerne te (mi IOANNES) si
vis meus esse, aut potiùs si vis tuus esse, sequere doctri-
nam & virtutem. nam doctrina & virtus sole or-
nant & ornantur. ô si videres, hæ voces ex quanto &
quàm vehementi fluunt amore, sequereris, perseque-
reris amorem, non tam mea, quàm tua causa. mira-
rù fortasse, quid hæc scribam. cur mirari? amor est
importunus, vult hortari, cum non est necesse: cum
est

est necesse, vult tacere. quanquam est causa, cur hac
hoc tempore hortor. quam? taceo. satis tibi iam sit,
videre meum amorem. nam quod scribo, amor est;
& amor est vehemens, quod scribo vehementer. a-
lios, quos nec contemno homines, nec amo meos, ni-
hil hortor: quin potius loquor libera, & vsque penè
ad peccatum viuo liberè cum omnibus, vt omnium
gustem ingenia postquam gustaro, instituo meas ra-
tiones, cum candidis candidè, cum callidis callidè.
hac me praeceptione perpoliuit Italia. Quare satis sit,
me gustasse te, & amasse penè totum, nisi quod re-
quiram aliquando tuam fidem. nam audio. quid au-
dio? scio te extulisse in lucem, quae debebant meo-
rum parietum cancellis inclusa semper esse. quid hoc
fidei est? quid amoris? minutulae res sunt, fateor; sed
in his minutulis vellem probari tuam fidem, reli-
quã mihi perspectissimam. illa grauiora crimina non
admitto in me, aut si vnquam admittam, facio ti-
bi copiam, liberè vt efferas in vulgus: has meas labe-
culas de literis, de studiis, cur non finis quemadmo-
dum domi meae nasci, sic domi meae mori? quanquam
labeculas fortasse non dices, sed laudes. heus, has e-
tiam laudes meas nollè per te cognosci ab iis, qui ex-
tracti ex hara, nullaq; vrbantate tincti vix sciunt,
quid intersit inter labem & laudem. non est mea le-
nitatis hac te monere coram, est amoris scribere. ha-
ctenus amavi, iam praecipio, more tamen meo, vt gau-
deam potius, si feceris, quàm irascar, si non feceris.

quid tandem precipio? adeas Zindecherum meum, salutes, moneas rem eius esse in vado. luget de antiquo hoste? rideat. nam si velit perdere, perdet per meum latus. non deseram eum, si is non deserat Deum, Ecclesiam, literas. Vale, meque ama, ego te adamo. Augustæ.

ROBERTVS TURNERVS
ANDREAE PATRITIO, NIDECICO, Reginae Polonae Cancellario, Præposito VVarshouienfi, Cracouiensi, Vilnensi, Putro- uienfi Canonico, &c. S. P. D.

XXVIII.

AMOR (mi PATRITI) siue qui fictus à Poëtis agitatur furore, siue qui delibatus è cælo afflat spiritu, solet quicquid agit, aut infra rem agere, aut supra opinionem. nihil agnoscit moderati, nihil certi, omnia turbat, omnia miscet, in vna tantùm re habet legem, quod nulla lege aut potest, aut vult deuinciri, monstrum videor loqui, sed monstrum non est, amor est, quicquid loquor. hoc, quod dico, conspirare cum veritate vide. nihil est diuinius amore illo, qui ex grato animo proficiscitur. hic grati animi amor vult esse sincerus? vult, & dum cupidè vult, ita alget, ardet; ita stupet, acuitur; ita currit, subsistit; ita vacillat, hæret: vt qui re non fuerit gratus, is nunquam aut difficulter sanè collegerit ex tam dissidente notione verum

amoris sensum. quæ motio, si quem vnquam affecerit, me certè affecit de tuis notis in orationes Ciceronis. nam vt gratus sim de dono, vellem omnia, possum nihil: aut si quid certè possum, tantulum id est, vt mallet non velle illa omnia, quàm posse hoc nihilum. crede mihi, angor de amoris mei notione explicanda. sed quicquid explico, quicquid non explico, in silentio illæ notiones sunt, amo, miror Patrium de notis suis in Ciceronem. nota sunt docti, nonne amem? sunt doctæ, nonne mirer? ex his etiam illa consecutio est, nihil esse te humanius, qui tantam rem ad me ex longinqua regione. vno verbo, Cæsus sum de hoc tuo dono. quod si quis me miretur tam magnum in re tam parua, ego vicissim illius iudicium tam paruum reprehendo in re tam magna. res certè magna, esse in extrema Polonia, qui sine bibliotheca, sine numismate, sine exemplaribus Ciceronem ea purgat arte, ea lima polit, vt Italæ iam & Gallicæ bibliotheca, libri antiqui, numismata sacra subeant notam impudentiæ, nisi fateantur omnia sua esse vel nulla, vel certè incerta præ tuis notis. perge nobis Ciceronem restituere integrum tuis coniecturis. quid coniecturis? oraculis tuis. nam in hoc genere Apollo es, non coniectator. non do auribus, in tuis notis ita enitent omnes notæ ingenij, iudicij, eloquentiæ, vt per Ciceronem rogarem, pergeres in Cicerone: nisi mallet hanc eloquentiam tam propriam, tam exquisitam, tam vinctam, beneque co-

agmentatam consumi in grauiori studio. ob stosten-
 deres nobis rationem vincienda periodi, & orationis
 luminibus conformanda ad formam Ciceronis (id in
 tuis notis tibi cura fore loqueris non obscure) facies il-
 lud magnum, quod expecto à PATRITIO. quod si hoc
 nolis, vnum confice mihi hereticum. audio in Polonia
 esse monstra, cur pateris? mihi crede, ad latus tuū es-
 se ex colluione Lutheri aut Caluini, quem non pe-
 tas, multi pudoris est. est eloquentia, cur non prouo-
 cas? est ingenium, cur non petis? est doctrina, cur non
 perdis? Orichouius & Osius nō prius erant noti mun-
 do, quàm erant contriti, illi Stancarus, huic Brentius.
 tu tertius si tertiam nobis belluam cōficias, facies pro-
 fectō, vt Italia ingeniorum vel altrix vel cultrix in-
 uideat vobis tres orationis artifices purius loquentes
 in extremo orbe, quàm in media Roma Lelios illos &
 Antonios. amavi te hactenus in fragmentis Ciceroni
 & notis, fac sis per Christum nostrum, te colam in
 heretico aliquo aut conuerso doctrina, aut euerso elo-
 quentia tua: neq; patere eam tibi notam inuri, vt qui
 possis, nolis aut hac laude ornare tuam gentem, aut
 hoc trophæo decorare Ecclesiam. promittin' in hanc
 sententiam? non te amo post hac PATRITIVM, sed
 colo Hieronymum. facio ineptē, qui hucusque ad tes-
 de te. sed amor vult esse ineptus, aut nullus. Quare si
 videas ineptias, vides etiam delicias amoris: aut si
 non feras has ineptias, irascere importunitati nobi-
 lissimi Herbrotti, qui promisit meas etiam meras ine-
 ptias

ptias fore tibi puras delicias. quanquam ama potius
 optimam generosissimi iuuenis mentem, qui elicuit
 & tuas ad me notas, & meas ad te literas: vt esset
 sygrapha quasi quadam & mea in te obseruantia,
 & tui in me amoris. tu de te videris, ego certè nun-
 quam pariar hoc illi beneficium perire. nam etsi eum
 amauerim semper suauem, modestum, ac praclare
 indolis praclara indicia adentem: tamen eius opera
 factum esse, vt amem PATRITIVM, amer à PA-
 TRITIO, in tanto beneficio pono, vt ei post hac sim-
 litaturus tanquam PATRITII Herbotto. Vale.
 Ingolstadij.

ROBERTI TURNERI DEVO-
 NII EPISTOLA,

DE MORTE D. MARTINI
 à SCHAVMBERG EPISCOPI ET PRIN-
 cipis EYSTADIANI, ad Reuerendissimum
 & Illustrissimum D. Gulielmum Alanum,
 S. R. E. Cardinalem & Archiepisco-
 pum Mechlinensem, &c.

XXIX.

SI quantam mœstitiam Germania toti, inlibatè
 dico illi, quam Lutherus hætenus & Calvinus
 suis opinionum, vt mollissimè dicam, nec somniis im-
 plicuerunt, nec irretierunt tritis, attulit mors MAR-
 TINI

TINI SCHAVMBERGII Episcopi & Principis
 Eystadiani: tantam vim venustatemque mihi ad hu-
 ius viri virtutes meritaeque explicanda e caelo insfil-
 laret Deus: efficerem profecto, vt qui dolor, nec senilis
 cuiusdam prudentiae, nec virilis constantiae, nec vllius
 Christianae virtutis ora regioneque poterat hic includi,
 quo minus exiret in gemitum, in lachrymam, in ali-
 am fracti penesque muliebris animi notam, is etiam non
 solum iam emanaret e meis literis ad aures vestras,
 sed etiam intimas tentaret mentes eorum omnium,
 qui Romam, aut curae, vt praesides; aut, vt filij, cordi
 vnquam habuerunt. Verum cum putem, si qua hic
 magna rerum conuersio fiat, eam a me potius, quam
 ab alio ad vos afferri debere: non tam impedit in-
 fantia mea, ne dicam hunc principem, qui est supra
 omnem omnium dicendi vim & Venerem: quam vt
 dicam, faciet officium; cuius vi, tanquam lege teneor
 ad vos hinc, quae ad Romam pertinent omnia, primo
 quoque tempore perscribere. Certè quidem pertinet ad
 Romam, cognoscere illum mortuum, qui quicquid vi-
 xit, Pontifici vixit, atque (ne putetis Germaniam nihil
 habere Romani) Romam in media Germania, & sin-
 terius coluit, & constantius defendit, quam Rome
 quisquam. Exequi autem, quid & quantum vixit,
 vel quia operosius est, quam vt possit breuissimi tem-
 poris spatium, quod necessariis quoque negociis est praer-
 piendum; vel quia id oratione (quam e temporis ve-
 stigio natam, & quasi inter prima labra, vix dixerò
 me

me commentatum fuisse) perstrinxi, tantum tangam
 eius mortem. Deus bone, cuius constantia mortem
 septuagenarius plus minus cui tota vita erat quidam
 quasi honoris cursus, ad mortem attulit, mortis amo-
 rem. Quantum inter eorum mortem, qui mundum
 & horum, qui viuunt Christum, intersit: certè qui-
 dem hic senex, sanctus senex, & quasi non istius mun-
 di senex, apertissime declarauit. Illi enim si morian-
 tur, potius extrusi, quam cedentes è sinibus natura.
 pleno oculo flent, & molliculè lamentantur, quasi
 perdere mundum sit, perdere Deum, & spes, quæ illis
 reposita est ad futuram gloriam, languidior sit, quam
 vt voluptatis, quam sensuum lacunis ceperunt maxi-
 mam, riuo, & riuo non bene limpidò possint præferre:
 hic verò vitam ita contempfit, vt corpus hoc, tanquam
 vestem, dormiturus, non facillimè solùm, sed etiam li-
 bentissime exuerit. Cùm multæ sunt notæ hominis
 probi, & à vita moribusq; egregiè constituti, tum illa
 maxima, æquè posse pati, & mortis falcem & vitæ fi-
 lum; nec illam fractè fugere, nec hanc miserè petere, in
 Dei vt manu, sic nutu totum. Hæc amussis in Princi-
 pem Martinum ita conuenit, vt rectius amussim exi-
 gamus ad Principem, quam Principem ad amussim.
 Multa indicia huius mentis, ex multis multorum ser-
 monibus fluxerunt, à me primùm. Postquam qua-
 tuordecim septimarum languor, qui dicebatur potius
 quam morbus, eum adfixerat lecto, rationes meæ fe-
 rebant, vt ab illo peterem auris copiam. Inromissus
 pro

pro more, postquam dolueram, verè dolueram, subne-
 xueram què spem, causam spei, alias aula potius tri-
 cas, quàm Christi voces: excidit mihi tandem vox il-
 la Christiana, è morbo nec multo, nec magno eluce-
 re valetudinem certam, tamen me sperare ad Dei vo-
 luntatem ita eum iam factum vsu, factum exemplo,
 factum librorum sacrorum lectione, vt sit excepturus
 a què mortem, si feriat; atque vitam, si excipiat. Ille o-
 culo in me contra morem intento, audaciam (inquit)
 verbi, sed vultu, inquit, medio inter ridentem & pal-
 lentem, tu mihi primus mortem minaris & ominaris?
 excusanti mihi libertatè verbi, & pro timorem spem,
 pro Christo obtrudenti mundum, frustra subiecit &
 ex aula disciplina argutaris post veram vocem: nec
 tamen est, cur timeas offensionem. Nam accipio, si
 Deus velit, nuncium; si nolit amorem tuum. Istud
 est amare, illo tempore mihi mortis mentionem iniie-
 cere, quo alij vitam promittunt & seni, certius; &
 morbido liberius, quàm robusto antea, & firmo à va-
 letudine. Quo magis mihi places, qui sic mortali spe-
 ras vitam, vt morbido timeas mortem. Neque sum tam
 ignarus mortalitatis, vt statuam mihi legem mo-
 riendi, alienam potius vocem, quàm Dei volunta-
 tem: neque hic primum lectus, me docuit mori, sed
 ille, qui ante decem annos meam valetudinem tentà-
 rat, & ad mortis portam, tanquam lapidem, grauissi-
 mè adflixerat. Lucrum ergo iam mihi est, quicquid
 viuo, & ab eo tempore vixi. Prope est, vt in Martino
 pin-

pingam Paulum, ita iustis verborum ponderibus pendit, lucrum vitæ, mortalitatis vim flabilem, mortis certam rationem, aliena voti ventum, sui lecti timorem, omnia tandem exeuntia in Dei voluntatem. Ac ne putetis vocem potius casus, quam iudicij: neque semel fuit dicta, neque vni, neq; in vna causa. Gratulanti Principi vicino restitutam valetudinē (exierat enim in vulgus spes) iubet agi gratias per literas, quæ, quod proferrent spem, omitte mihi sis (inquit Secretario) spem, & subiice de me fore illud, quod Deus vult. Laus Germanorum est, valere iudicio: & inter Germanos hæc laus Thuringiorum & Saxonum maximè est. Verùm noster Princeps, quantum Thuringij reliquos Germanos, tantum Thuringios, vni omnes iudicij vi vicit & superavit. Quicquid vidit titubatum, aut in officio, aut contra artem, id is quadã iudicij vel acie tam probè vidit, vel limatam probè correxit, vt nihil vltra. Id firmus quàm exquisitè fecit, non est, cur moneam: cùm morbidus, imò moribundus (quo tempore acies mentis corporis dolore retusa, vix se exeret) viderit pro spe humano diuinam voluntatem sufficiendam. Totum hunc non dicam solius Dei, qui sui totius Deum solum vult regulam? nihil mirum, si valetudinarius in Deum se totum abdat, qui valens omnia dicta, facta, cogitata ad Dei voluntatem, tanquam normam reuocauit. Quæ viui valentesq; terimus, ea morituri arripimus, boni bona, mali mala, siue dicta siue facta

facta. Solent, facta illustres & nomine, illustria v.
 surpare elogia, pompa hic, plus ultra; constantie il-
 le, preffus refurgo; superbia vnus, vel Cæsar, vel
 nihil; alter modestie, sto quasi casurus; alius de-
 niq; aliud, quod proximè representet, quam quisque
 mentem habet, vel libatam ex cœlesti igni, vel terre-
 nae faci immerfam. MARTINVS verò noster quid
 præfert? ad pompam nihil, ad vsum verò illud, Ich
 sehs Gott heyin / id est, commendo rem Deo. O bo-
 nam, bone senex, Cynosuram, ad quam dum vitæ tua,
 tanquam nauiculæ, clauum dirigis, appulisti in por-
 tum, & gloria, quæ vana; & felicitati, quæ vera, quæ
 nullus aut inuidiæ ventus euertere, aut calamitatis
 tempestas potest corrumpere. Querin' ? quam ha-
 bent hæc verba vim? Princeps, si qua cura paulò mor-
 daciore, aut molestior incurreret, cogitabat primum
 ipse secum, consultabat dein' cum aliis. Nihil profi-
 cit suam? id reliquum est illi in Deo, Ich sehs Gott
 heyin. Post hoc verbum, si vrgeret cura, certè eum
 vrsit, non pressit quasi hominem in cura, sine cura.
 Vnde vt in vitæ perpetuo tenore, sic in morbi perpe-
 tuo dolore, non audiebantur voces querela, nec, vt
 fœminæ fractæ; sed (quasi mel mentis, non posset fel
 verbi adere) patientia; Deus, quod tu vis: fiat
 voluntas tua, Domine; in manu Dei sum, is
 figat, refigat; quod Domino placitum est.
 Etiamné Martine? tam non tuus, vt totus sis Dei? i-
 stud quidem est, exprimere verè Episcopum, nisi verius
 Chri-

Christum: qui, quantus fuit, obedientiae filius fuit, voluitque nullus esse in morte, ut possit esse totus ad voluntatem Patris. Pulchre Bonaventura. filius ille etiam obedientiae, nulla re nauis Christum & verius apparuisse Deum, quam obedientiae vultu. Verè quidem istud, non pulchre tantum. Solus enim Christus potuit sic obedire. singulas eius aetates, singulae virtutes ornabant, at obedientia omnes. Vis puerum? parentibus filius grandem? Casari Deus. moriturum? iudicibus summus iudex obediuit, tam promptè, tam exquisitè, ut sacrae literae parum dicant, quae ouem dicunt. Ouis quidem fuit verè, sed supra ouem illud, voluisse mori ad nutum Patris. Quam propè, Martine, imitaris Christum tuum? propius adhuc. Christus ultimam suam orationem, voluit esse mundo testem non diuinitatis, non potentiae, non prudentiae, sed submissionis, sed mansuetudinis, sed obedientiae. Quam dico orationem? illam, plenam spiritus, Domine, non mea, sed tua voluntas fiat. MARTINVS, eadem formulam, & in lecti, tanquam mortis vestigio, vè Christus Patri, sic ille Christo filius, se totum tradit & quasi consecrat. Nam patientiae & obedientiae non verba tantum, sed facta, & facta illustria. Qui eum lectus tenuit duobus mensibus, lectus languoris, lectus doloris, is nunquam expressit ab illo languoris & doloris vocem: sed tanquam COS mansuetudinem in eo & obedientiam (quas videbatur habuisse virtutes non confirmatione disciplinae, sed natura satum)

Aa

exacuit:

exacuit: sic ut in hoc morbo molestè tulerit, non letum, sed se. se? se, inquam, non patienter sibi, sed se se molestum aliis. Nam qua fuit natura suauiat, voluit suis aut gratus, aut nullus viuere. Hactenus quidè patiebatur, sed nec grauiter, nec cum periculo. Expectatur id temporis (quem Princeps Romam allegarat, sua erga sedem Apostolicam obedientia testem) D. Brandius, & auidè expectatur à senè; certè quidem credo omine quodam, ut qui Pontificem Romanum, omni officio & obedientia viuus complexus est, eum iam moriturus haberet & obedientia approbatorem, & benedictionis patrè. Rediit ille. O latum senem, & de reditu Brandij, quem amauit; & de nuncio, quem attulit. Post quã enim renunciauit Pontificis in eum beneuolentiam, quam emerat bene magnam, magno amoris pretio, Cardinaliumq; literas explicauit, senis emicuit ex vultu letitia, quam lachrymæ vbertim sequentes loquebantur, nihil ei aut in vita fuisse, aut in morte esse prius & antiquius, quàm suæ in sanctam sedem obedientia testificationem, & sanctæ sedis in se auctoritatem ac beneuolentiam. Fuit ille (dicam verbo) suorum ut subditorum pater, sic maiorum filius verus; qui quoties aut suorum in se elicere, aut suam in Pontificem exprimere obedientiam voluit, illud sermone iam tritissimum fecit, oportet obedire, oportet esse obedientia filium. Audio à multis nubem illam, quam corporis morbus menti eius videbatur offudisse, huius reditu & sermone ita disse-
 etam,

Etiam, ut nihil prius habuerim, quàm hunc letitiæ
vultum, & è vultu nitentem valetudinis spem, co-
ram videre. Accedo, intromittor, audio illam pri-
mam vocem, Brandius, Turnere, nihil ad te? nihil à
tuo Cardinale? Post voces aliquot acceptas, redditas
de Illustrissimo, profectò, inquit, bonus vir est; &
cum quo vellem mihi vsum esse communionemq; a-
moris & literarum. Cùm multas habes (Illustrissime
Cardinalis) laudes, multas & magnas, ex natura, ex
doctrina, ex cœlo petitas, tum illam sanè longè ma-
ximam, ex sancti senis sancta ore fluentem, cui tan-
ti fuit boni viri notio, ut non eam tanquam su-
rum aula cuiuslibet appingeret, sed summam seruaret
illis summis, quibus vera virtus, verus zelus, verus cau-
dor, hanc laudem confecerant. Ut laudabat, si a-
mabat, planè & ad normam. Hinc amor in Anglos
verus; Anglos dico, qui integri ad hæresi Romanæ
& Christum exilio sancto profitebantur: & ut a-
mor in hos, sic in illos, qui Lutheranam & Calui-
niam siliquam delitiis orbis & cœli præferunt, o-
dium, odium planè maius & acerbius, quo indignius
ferebat, eam gentē, quæ Vilibaldos, Valburgas, Bur-
chardos, Bonifacios protulit, satores apud Germanos
Euangelij primos, & austeritatis ad cœlū magistros,
nunc furore carnis actos transuersim, sequi nescio
quam mollem, & Veneream Lutheri, tanquam noui
Priapi, religionem. Sed amor ponit me extra circum-
quem huius moris curro, verè curro. Nam res, quæ

*inciderant ex vario euentu varia, non sinunt meum
 calamum in singulis herere. Totus eius morbus fuit
 victoria quadam sensus & mundi, certe victoria, in
 qua sensus & mundi seditio prius posita, quam visa.
 Hanc victoriam & mentis pacem planè statuo eum
 impetrâsse è caelo. nihil enim illi tritius in ore, nihil
 in prece, nihil in altari, quàm vt Deus sinat illum
 hîc purgari, & si quid macule corpus adfricauerit a-
 nimæ, anima id luat in corpore. Nihil mirum, si
 potuerit pati, cui, pati, fuit palmarium, imò è caelo
 premium. Propè mortem, mirum est, quàm con-
 tempserit mortem. Roganti vni, quod optaret in hac
 vita amplius, respondit; mori: nec aliquid in hac aut
 scelerum forde, aut hereseon labe posse esse, quod ei vi-
 tam possit facere aut dulcem, aut optabilem: esse qui-
 dem sibi cordi & curæ, Ecclesiam suam, populû suum,
 Eystadium suum (ô voces pastoris bonas) sed vt se, sic
 hæc in manu esse Dei. Hactenus speramus illi vitam.
 Postquam medicus clamat, mortem certam, Deus bo-
 ne, quos gemitus? quas lachrymas? quos dolores suo-
 rum? nihil necesse, mercede eliciamus proficarium pul-
 lam & lachrymam. Tota ciuitas, est luctus, tota di-
 tio, imber lachrymarum. Is tamen recto & erecto a-
 nimo videre hanc hominum de se curam, in illam so-
 lum cogitationem intentus, atq; defixus, quomodo
 moriatur Deo. Quamquam frustra hanc curam cu-
 rat. Nam vnus est ille bene moriendi modus, quem
 semp tenuit, bene viuere. Qui illi erat à sacra secretaq;*

AUREO

aure, quia nouit Principum animos difficillimè di-
 uelli, à pleno titularum, dignitatum, rerum huma-
 narum affectu, voluit etiam hunc affectus in illo fun-
 dum tentare. Deus bone, quàm reperit purum? quàm
 defacatum? quàm limpidum? & nullo mundi limo
 inspersum? Est (inquit Confessarius) illustrissime Prin-
 ceptus, tempus, quo testè re mundo, quanti facis mun-
 dum; respondeas, mentem tuam clarè, an res terre-
 nas vt necessariò, sic libenter relinques. Egon? (inquit)
 libenter non relinquam res terrenas? nec meas? nec
 veras res? Quae nobis videntur res, sunt vmbra; quae
 firmæ, sunt planè fluxa. Non multò pòst sistitur illi
 Christus panis specie reclusus. Mox ille, titulos (in-
 quit) bone Iesu, honores, agros, palatia, vitam, om-
 nia, singula, quibus me supra me ornasti, tibi nunc ce-
 do, liberè, libenter. Quid hìc primùm laudo? men-
 tem? est supra omnem laudem. Verbum? peribit illi
 vis à me verbo. Exemplum? exemplum quidem hoc,
 si qua laude aut via possum, optem subiici non prin-
 cipibus modò, sed omnibus etiam hominibus, qui in
 huius stadij meta. Principibus tamen maxime. Om-
 nes & omnia ita sunt in horum vel nutu, vel manu,
 vt monendi mihi sint, vti, non abuti hac prerogati-
 ua. Quae illos magnos faciunt, aliena sunt, vt nunc
 illorum, sic paulò antea aliorum, & non multò pòst
 fortasse futura hostium. Ipsi sunt, quantum Dei sunt.
 Extra hoc, spectata eos, quantulos? spectata eos, quàm mi-
 seros? spectata eos, quàm obnoxios hominibus, belluis? spe-

Et a eos. quos tandem? bullas viuas. & paulò post exi-
 turas in ventum & fœtorem. Huc, Præfides terræ,
 huc respicite ad Martinum, veram cynosuram, si ve-
 litis ex mari, quod nauigatis, mundi, appellere in cœ-
 li stationem. Magna illa, quibus vos magni, pom-
 pas, honores, diuitias, MARTINVS docet vmbrae
 esse, non res; mundi, non vestras. Vultis tamen has
 vmbrae? planè vt infantes. Quemadmodum hi in
 pomis, lapillis, pupulis, querunt non quod bonum,
 sed quod bellum; & leuia putant verba bona, si verè
 bella: sed maturiores iam facti, quæ tantoperè pla-
 cebant, fugiunt tricas & Apinas, amantque rem,
 non colorem pomi, pretium, non speciem lapilli; non
 puppam fœminæ, sed fœminam veram: Sic nos in hac
 lutea compage, currimus post colores, post vmbrae,
 quoad exciti exemplis Martinorum, aut cœlesti luce
 illustrati, vnum verum esse, vnum bonum esse, vnum
 nostrum esse Deum, planè cognoscimus. Post se libe-
 ra voce exutum his terrenis, Illustrissimum, Re-
 uerendissimum, Principem, Episcopum, &
 alios titulos ægerrimè audiit, tanquam non suos. Venit
 ad agonè (in quo quicquid athleta Christi debet) fa-
 cit. piè facit, & cum fonte lachrymarum: ac quemad-
 modum sacerdos eum munit sacra Confessione & men-
 sa; sic is se piat sacra lachryma, nec prius facit flendi si-
 nem, quam ille muniendi. Piato, immò sacrato nulla
 amplius fluit lachryma, vngitur placidus, dicit vale
 placidus, monet placidus, & audit monentes, orat pla-
 cidus,

eidus, & quasi non pars mundi, sic è mundi statione
 placidè exit. Multa vestigia diuini hominis, tanquã
 ad Deum rectã exeuntis. Qua quisq; vita fuit, scãda,
 integra; eius signum, anima claustrum iam corporis
 perruptura, clarè edit. Dicunt, auarus, opes; libidi-
 nosus, delicias; miles, bella; nauta, scopulos; bona, bo-
 nus. Martinus, vt verus Episcopus, & in mundo viuens
 sine pice mundi: dispēsat partes, Suffraganeo suo, con-
 cionandi; Capellano, celebrandi; aliis, alias functio-
 nes piè diligenterq; obeundi. Si quid effert iam mens
 in corpore, quasi extra corpus, quid putatis illud? non
 mundum aut mundana, sed missas, psalmos, Euan-
 gelium, resurrectionis spem, cœlum, Ecclesiam suam.
 Quid pergo? agon illius & extremus vita circus fuit.
 totus in cura Episcopali. monet, & monetur; moue-
 tur, & mouet; benedicit & benedicitur. Id memora-
 bile, quod sepè suis, huic sacram manum, illi sacrum
 oculum, alteri sacrum osculum, omnibus sacram cru-
 cem & benedictionem sepè impertierit, quasi sacer sa-
 cra tantum cogitans, faciens, dicens. Duobus illis die-
 bus, qui fuerunt seni vita vltimi, Adamus Fabricius, q;
 præerat sacris eius concionib. & cōfessionibus, & Lau-
 rēcius Eiszephius, Suffraganeus, viri à zelo & doctrina
 instructi, semper penè aderant illi, operamq; quam
 malebant vigenti & viuo, moribundo iã piè nauant.
 Præeuntes, nunc hunc, Pater noster; nunc illum,
 Credo; vtrumq; iã, alias orationes; pius senex sequi-
 tur tanta vultus vociq; suauitate, vt viderint omnes.

in illo animi submissionem, quantam oratione mea-
 nunquam equem, qui senex iuuenum, pastor ouium,
 pater filiorum, vocem nutumque non sequi tantum,
 sed obseruare etiam videbatur, atque hoc vltimum &
 maximum, vel suis modestiæ exemplum, vel sibi obe-
 dientiæ monumentum conficiebat. Omnia hic, tan-
 quam ouis, & obedientiæ infans alieno ductu, nisi
 quod sepe iusserit sibi præiri illam Psalmum, Expe-
 ctans expectaui Dominum. De hoc psalmo vi-
 deo sanè fulgorem Spiritus sancti emicantem ex voce.
 Nam Sacramētis, lachrymis, orationibus iam piatus,
 non clamat, De profundis; nec gemit, Misereres;
 sed quasi carnem, mundum, Sathanam ducens in
 triumpho, id vnum cogitat, dicit, Expectans expe-
 ctavi Dominum, & intendit mihi.

I. Expectauit senex, non mundum, sed Do-
 minum, & intendit, nec quæ fuit resurrectio-
 nis spes, excidit illi.

II. Auditus est, & eductus de lacu miseriæ,
 inferni putentissimo lacu, & de luto fecis, id
 est, sepulchro carnis luteo.

III. Et fixi in petra pedes eius, ne posset ca-
 dere, & carnis huius vel peccati mortem ite-
 rum mori, qui illi pes aliquando lapsabat, is
 nunc firmus in cælo.

IV. Oris quoque; aliæ vices; alia cantio vocis.
 quæ erat in carne oratio pro se & suis, ea iam
 id cælo facta est laudatio, perpetua laudatio
 Dei, de usura cæli, gloriæ, Dei. V. Vi-

V. Videbunt multi mysterium, mali ad timorem, boni ad spem.

VI. Et dicent hi, & illi, beatum virum, cui spes, Dominus, & ita spes, vt mens illi non effluerit ad res, & idola mundi, infanias veras, veras vanitates.

Non pergo in reliqua explicatione Psalmi, qui totus de resurrectione Christi, & ordine redempti mundi, non sine instinctu coelesti, à senè paulò post resurrecturo, toties fuit vsurpatus. Non de morte tantùm, sed de hora etiam fuit mysterium. Nocte, quæ fuit illi vltima, cœpit seriò rogare de decima hora: quam, quia omnes nôrant longissimè abesse, putant delirium esse vocis. Magis putant, quod non multò post subiecerat voce contentius elata, decima, adhuc non audita? tandem quasi agrè ferens, horam optatam diutiùs, quàm pro voto hærere, iterum atque iterum, etiãne, (inquit) tam tardè decima? Quid vrages, sancte senex, decimam? veniet illa, veniet, quàm festa tibi & fausta, tam nobis lachrymabilis & mœsta: cùm cognituri sumus, quod prius interpretabamur delirium vocis, fuisse mysterium. Auditur enim iam decima, & ecce, tu tuam animam, nitidam illam, & à carnis Sathanaquæ nexu liberam reddis Deo tuo, nosquæ deseris inter mundum & Dæmonem medios, immo sine te mortuos. Bene dixit vnus, cui senis cor visum; aut certè sapius auditum.

AA 5 eum

eum toto vitæ curriculo creditum optimum, sed meliorem tamen semper fuisse, quàm creditum. Id iam videmus clarè. Credimus antè tantum Confessorem, vidimus in morte etiam Prophetam. Fuit præterea aliquid, eum mortuum in octava corporis Christi. Nam cum is corpus Christi tanta reuerentia in vita semper coluisset, quanta hominum quisquam; & rem sacram toties fecisset, vt in funere eius Suffraganeus argute dixerit, res sacras fecisse illum plures, quàm audierint alij: profecto hoc credo è caelo fluxisse in eum beneficium, vt quem diem is reuerentissime semper habuit, & Ecclesia, Christi corporis vero, sed mysticè velato, triumphum contra hæreticos decreuit, eum is videret & in terra vltimum, & in caelo primum. Mallem, non tam citò videret, non quòd beato quicquam vellem præcerpere de sua felicitate, sed quòd hæc eius felicitas nobis sit infelicitas, quantum scribendo non possum consequi. Sed non turbæ meis querelis tuos (B. MARTINE) sacros manes, tantum terogo, vt quæ tibi felicitas in caelo obtigit, eius nobis aliquam partem impertias, nobisque videas & provideas pastorem, non qui optimus videtur posse, sed qui vult optime, & ad tuum exemplum, Ecclesiam hanc tuam in medijs mundi, tanquam maris vndantis, scopulis fluitantem, regere & administrare. Hæc habui (Illustrissime Cardinalis) quæ de Episcopi MARTINI morte scriberem. Si quid verum.

rum, aut varium postea incidere, quod vestra Roma
scire inter sit, id mox ad vos ut perferatur, effecero. In-
terea temporis me Vestra Celsitudinis obsequiis om-
nibus, sincerè, pro eo, ac debeo. & totum dedo. Va-
leat Illustrissimus Anglia, Roma, toti Ecclesiae quàm
diutissime.

V.^{ta} Celsitudini

Deuinctissimus
Capellanus

ROBERTVS
TURNERVS.

INDEX



I N D E X

EPISTOLARVM,
QVAS DIVERSISD. ROBERTVS TURNE-
RVS DEDIT.

Lib. 2. fol. 204. 207. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Antonio VVelfero, Serenissimo Bauariæ
Duci à Consiliis, &c. fol. 304. 307. 330
Andræ Patritio Nidecico, Regina Polonæ
Cancellario, &c. 343

E.
Erasmio Vendio, Serenissimo Bauariæ Duci
à Consiliis, &c. 284. 291. 292

G.
Gulielmo Serenissimo vtriusque Bauariæ
Duci, &c. Domino Clementissimo. 281.
283. ibid.

Gulielmo Alano, Anglo. 299
Georgio Stobæo, Theologo, ac Reuerendis-
simo Archiepiscopo Salisburgensi à Cõ-
siliis. 334
Hen-

H.

Henrico Dethico. 335

I.

Ioanni N. Sacerdoti. 287

Ioanni Holonio, Patri Societatis Iesu. 316

Ioanni Beruitio. 321.325

Ioanni Vogelio. 332

Ioanni Victori, Monacensi. 339

M.

Michaëli Lauretano, Patri Societatis Iesu.

311

Minutio à Minutiis. 324

Martino Dummio, Serenissimo vtriusque
Bauariæ Duci à Consilijs & Cõcionibus.

327

N.

Nicolao Fitzherberto, Anglo. 296

P.

Petro N. 301.313

T.

Thomæ Golduello, Episcopo Assaphensi.

309

Vito

V.

Vito Zetzio.


VV.

VVenceslao Petreo, Serenissimo vtriusque
Bauariæ Duci à Consiliis. 318


Reuerendissimo & Illustrissimo D. Guliel-
mo Alano, S. R. E. Cardinali & Archiepi-
scopo Mechlinen. 345



ue
ri8
el-
pi-
345







TURNER
THE THE THE
OLD OLD OLD
EP EP EP

Th
5838